
COLLEGE LIBRARY
ST.
JOSEPH'S
COLLEGE

Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/bwb_C0-AUL-899_5

BURT FRANKLIN BIBLIOGRAPHICAL AND REFERENCE SERIES No. 39

NOMENCLATOR LITERARIUS

THEOLOGIAE CATHOLICAE

THEOLOGOS EXHIBENS

AETATE, NATIONE, DISCIPLINIS

DISTINCTOS

TOMUS V

Pars II

EDIDIT ET COMMENTARIIS AUXIT

H. HURTER S. J.

NOMENCLATOR LITERARIUS

THEOLOGIAE CATHOLICAE

THEOLOGOS EXHIBENS

AETATE, NATIONE, DISCIPLINIS

DISTINCTOS

TOMUS V

Pars II

EDIDIT ET COMMENTARIIS AUXIT

H. HURTER S. J.

BURT FRANKLIN BIBLIOGRAPHICAL AND REFERENCE SERIES No. 39



BURT FRANKLIN

New York 25, N. Y.

THEOLOGIAE CATHOLICAE

AETAS RECENS.

TOMUS V

Pars II

THEOLOGOS COMPLECTENS NOVISSIMOS

ST. JOSEPH'S UNIVERSITY
3 9353 00287 0846
RELEASE

BX
1749
.H96
1962
vol. 5
pt. 2

AB ANNO 1870—1910

CUM APPROBATIONE CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI EPISCOPI BRIXINENSIS
ET FACULTATE SUPERIORUM

EDITIO TERTIA PLURIMUM AUCTA ET EMENDATA

BURT FRANKLIN BIBLIOGRAPHICAL AND REFERENCE SERIES No. 39

153872



BURT FRANKLIN
New York 25, N. Y.

Published by
BURT FRANKLIN
514 West 113th Street
New York 25, N. Y.

ORIGINALLY PUBLISHED
INNSBRUCK - 1911

PRINTED IN THE U.S.A.

VI.

Theologi annorum 1870—1893.

I. Theologia dogmatica.

650. A conc. vaticano ad nostra usque tempora magnus floruit theologorum numerus[1]), inter quos plures sane illustres, quos pro complemento nostri operis breviter saltem attingemus. Initio philosophos quosdam nominemus, qui spiritu christiano *philosophiam* tractarunt. Tales sunt Petrus Coel. Roux-Lavergne aliquamdiu theologiae professor in seminario nemausino († 16. Febr. 1874), cujus est *philosophia juxta d. Thomae dogmata,* Parisiis 1850—59; *compendium philosophiae* juxta doctrinam s. Thomae Aq., ib. 1856. Edidit iterum philosophiam celebris Goudin (IV[3], 320), ib. 1886 t. 4. — Michael Rosset professor philosophiae in seminario camberacensi dedit *prima principia scientiarum* seu philosophiam catholicam juxta d. Thomam ejusque interpretes respectu habito ab hodiernam disciplinarum rationem, Parisiis 1865 t. 2 in 12. — Jos. Matthias Noirot (n. 24. Jan. 1793; † 24. Jan. 1880) diu in lyceo lugdunensi philosophiae professor (1827—52) reliquit *Leçons de philosophie,* Lyon 1852. Privatim Parisiis juvenes in philosophia instituit gloriarique potuit egregiis discipulis, inter quos et Ozanam. — Alex. Pestalozza (1807—1871) rosminianae disciplinae vindex erat et interpres, cujus philosophiae compendium et *Elementi di filosofia* satis vulgata sunt per seminaria et scholas italas. — Jos. Romano SJ. Siculus n. 3. Jan. 1810, in variis collegiis philosophiam vel theologiam docuit. Insignis erat archaeologus, hinc plurium academiarum socius, panormitanae secretarius († 1878). Edidit praeter alia[1]): *La*

[1]) Dolemus elenchum hunc non fore integrum, tum quia in tanta ingeniorum cultura ingens est eruditorum numerus, tum ex defectu subsidiorum. Inaequalis quoque erit conspectus hic literarius, pro aliis regionibus et disciplinis copiosior, magis jejunus pro aliis. Neque semper potuimus virorum illustrium eruere annum mortis: hinc etsi statuimus defunctos tantum recensere theologos, quosdam forte adhuc vivos laudabimus. Parcant nobis isti gratiasque agant Deo de vita, qua etiam nunc fruuntur. Querentur forte alii nos quosdam recensere, qui proprie theologi non sunt. Fatemur difficile fuisse limites accurate statuere, sed maluimus abundare quam deficere, et utilitatis rationem habentes, illos noluimus praetermittere, qui etsi munere et charactere theologi non sunt, libris suis theologiae ancillati sunt.

[1]) Cf. Sommervogel VII, 34—37; Polybiblion 1878 I, 468.

scienza dell' uomo interiore e delle sue relazioni con la natura et con Dio, Panormi 1840—46 t. 4 in 12; 1845—47; *Elementi di filosofia*, ib. 1853 t. 2. — Petrus Caterini Romae n. 13. Mart. 1847 Soc. Jesu est ingressus, quam reliquit (1888). Collaboraverat in edenda Civiltà Cattolica, cui inseruit plures articulos, quos in unum dein redegit opus inscriptum *Dell' origine dell' uomo* secondo il transformismo. Esame scientifico, filosofico, teologici, Firenze 1883. — Franc. Forcisi canonicus et professor philosophiae in seminario catanensi edidit *Prolegomini* alla soluzione del problema ideologico, Cataniae 1887 in 16., quod secundum s. Thomae principia solvere nititur. — Bonfiglio Mura Calaritanus n. 6. Aug. 1810, OSMV. procurator ordinis, dein et prior generalis 1859, a Pio IX. Perusium vocatus juris naturalis professor, Romae rector Sapientiae institutus, dum Urbs ab Italis invaderetur ad mortem est quaesitus. Rediit in patriam et a Leone XIII. archiepiscopus Arborensis (Oristano 1879) est dictus. Opposuit se opinionibus liberalibus Italiam invadentibus († 18. Jul. 1882). Scripsit inter alia: *La filosofia moderna* considerata nelle sue tendenze, Perugia 1854; *Studi filosofico-polemici* sulla società moderna, Romae 1863. — Nuntius Signoriello dignus Sanseverini nepos atque in cathedra philosophica in archigymnasio archiepiscopali neapolitano successor († 11. Oct. 1889) praeter opera pag. 1197 laudata concinnavit *Philosophia moralis* 1879 ed. 2; *Lexicon peripateticum philosophico-theologicum*, in quo scholasticorum distinctiones et effata praecipua explicantur, Neapoli 1854; 1872 ed. 2. retractata et plurimum aucta; redegit quoque fasciculos *La scienza e la fede*. Cf. Morgott lit. Handw. 1890 c. 168. — Franc. Battaglini philosophiae professor in seminario, deinde in universitate bononiensi (1850), can. archidiaconus et academiae s. Thomae socius, episcopus ariminensis (1879), mox archiepiscopus bononiensis et (1885) cardinalis (n. 14. Mart. 1823; † 8. Jul. 1892) reliquit egregias *Logicae, metaphysicae, ethicae institutiones* secundum d. Thomae Aq. doctrinas, 1869. — Ant. Valdamari professor et seminarii cremensis rector disseruit praeclare *Sull' odierno conflitto tra i Rosminiani e i Tommisti* in ordine alla filosofia, Cremae 1879 ed. 2. — Jos. Bayma SJ. Pedemontanus (n. 9. Nov. 1816; † 7. Febr. 1892), cujus *realis philosophiae institutionum* v. 3 prodierunt Londini 1861—63. — Laurentius Casimirus Bourquard Dellensis n. 1810 in universitate catholica andegavensi professor illustravit *l' Encyclique* (Leonis XIII) *Aeterni Patris*, Argentorati 1884; *Doctrine de la connaissance* d'après s. Thomas A., Parisiis 1877. Cf. Lit. Handw. 1881, 324; 1884, 214. — Jacobi Alexis Augustini congr. s. Sulp. (1807-71) *compendium philosophiae* ad usum seminariorum ed. jam 10, prodiit Parisiis 1876. 1877 t. 3 in 12. — Anselmus Rittler philosophiae professor et lycei ratisbonensis rector († 1891) in op. *Wesenheit und Dasein* in den Geschöpfen nach der Lehre des h. Thomas v. A., Regensburg 1889 acriter tuentur discrimen reale. — Jac. Sengler (n. 11. Sept. 1799; † 5. Nov. 1878) philosophiae professor, laicus, de quo cf. Reusch d. Biogr. 34, 39 ss. — Matthias Schneid Wemdingae in Bavaria 31. Jul. 1840 natus, in seminario eichstettensi philosophiae 1869 professor, ejusdem regens et canonicus († 12. Dec. 1893), in philosophia s. Thomae bene versatus, quam verbis et scriptis solidis secundum mentem Leonis XIII. per Germaniam tuebatur. Scripsit: *Scholastische Lehre von Materie und Form* Eichstätt 1873 ed. 3; *Naturphilosophie* des h. Thomas von Aq. ed. 3; *Aristoteles in der Scholastik*, ib. 1875: *Körperlehre* des J. Duns Scotus, Moguntiae 1879; *Neuerer Spiritismus* Eichstaett, 1880, l. eruditus et utilis; *Philosophie*

des hl. Thomas von Aquin und ihre Bedeutung für die Gegenwart, Wirceburgi 1881; philosophische Lehre *von Zeit und Raum* 1886; *Psychologie im Geist des hl. Thomas,* 1892 pars 1; *Spezielle Metaphysik* im Geiste des h. Th. t. 2 p. 1. Leben der Seele, Paderborn 1892. Ex ejus praelectionibus concinnavit Jos. Sachs *Grundzüge der Metaphysik,* ib. 1896. — In America Azarias frater laicus congregationis religiosae praeter alia consideravit *Aristotle and the Christian Church.* — Praetermittimus Franc. Rothenflue S. J. Helvetum, qui origine traxit ex familia b. Nicolai de Flue (n. 25. Jun. 1805; † 21. Sept. 1869). — Franc. Jaffre SJ. (1825—89) composuit pro juvenibus *Cours de philosophie,* Lugduni 1875 t. 4; *Cours de phil. relig.,* Paris 1887 ed. 2; 1888 ed. 3. — Max Huttler OSB. quondam, philosophiae doctor († 1888) praeter fasciculos literarios exposuit *die Religionsphilosophie* des Raym. von Sabunde. Ein Beitrag zur Geschichte der Philosophie, Augsburg 1851 in 8. — Ludovicus Peemans Lovaniensis n. 15. Aug. 1801, in seminario mechlinensi philosophiae professor (1830—1859) missione petita vitam duxit obscuram studiis philosophicis deditam († 20. Jan. 1871). Scripsit: *Introductio* ad philosophiam, Lovanii 1840; et *institutiones logicae,* ib. 1843 in 12; *Inst. anthropologiae psychologicae,* Malines 1852—53 in 12., quae opera multum laudantur [1]). — Jac. Alex. Aug. Manier n. 19. Sept. 1807 congr. S. Sulp., aliquamdiu philosophiae et hist. eccl. prof. et seminarii remensis director († 14. Jan. 1871) concinnavit *Philosophiae compendium* [2]), Parisiis 1851 t. 3; 1870—71 ed. 9; 1877 ed. 10 emendatum et multum auctum suppresso nomine a Lud. Maria Empart sodali et professore philosophiae in seminario minori aureliensi (n. 1. Maj. 1820; † 11. Febr. 1891). — Nimis prolixus est alioquin sanae doctrinae *Cours de philosophie* complètement adapté au programme officiel de 1883, auctore sacerdote Bonat professore philosophiae, Paris 1885 in 8. — Cursum solidae philosophiae coepit F. M. E. Lefebure in universitate lovaniensi catholica philosophiae professor, cujus *Traité élémentaire* de Logique prodiit Lovanii 1885. — Jo. B. Tornatore disputat de humanae cognitionis modo, origine ac profectu ad mentem s. Thomae, Placentiae 1885; cum supplemento, ib. 1891; 1892 ed. 2; *Expositio* principii traditi a s. Thoma ad naturam investigandam rei substantialis, ib. 1883. — *Philosophiae institutiones* ad mentem s. Thomae concinnavit Th. Sucona y Vallès ecclesiae tarraconensis canonicus, quae iterum prodierunt notabiliter auctae Tarracone 1886 t. 2. Ultima p. complectitur et historiam philosophiae, in qua rationem habet philosophicorum errorum, qui per Hispaniam praesertim divulgati fuere. — Raph. Rodriguez de Cepeda professor in universitate valentina proponit *Elementos de derecho natural,* Valentiae 1887—88 pp. 2, opus plane scholasticum, solidum, catholicum. — Laur. Lecuyer OP. (n. 1833; † 1883) describit *L'Idée de Dieu en nous* (seu potius idea quam Deus de nobis praeformavit), Poitiers 1895 opusculum posthumum. Ipsius forte est *Le prêtre éducateur,* Paris 1891.

651. Se iuntur qui *apologiam* sive religionis christianae sive Ecclesiae catholica nstituerunt. Clarum nomen adeptus est in *Germania* Christianus Hermannus Vosen Coloniensis religionis professor Coloniae (1844) ad mortem usque (n. 9. Jul. 1815; † 12. Maj. 1871) duobus operibus: *Das Christenthum und die Einsprüche seiner Gegner,* Friburgi 1861, aliquoties editum, auctum, retractatum, ita a Ferd.

[1]) Cf. Goemans Biogr. nat. 16, 814.
[2]) Cf. de utroque Bertrand II, 338—42.

Rheinstaedter 1881 ed. 4; 1905 ed. 5. cur. Sim. Weber; *der Katholicismus* und die Einsprüche seiner Gegner dargestellt für jeden Gebildeten; ib. 1866; 1869 ed. 2., 1885 cura Henrici Brüll[1]) in pluribus (praesertim circa primatum et rom. pontificis infallibilitatem) emendata; utrumque opus sane utile, non tamen omni accuratione elaboratum[2]). Vir erat de animarum salute sollicitus, concionator clarus, Kolpingii familiaris, qui et folia publica redegit vel juvit, et alios quoque libellos vel diss. edidit. — Franc. Henr. Reinerding Oldenburgensis, collegii germanici alumnus, philosophiae et theologiae doctor, utriusque disciplinae professor in seminario fuldensi, canonicus (n. 16. Sept. 1814; † 25. Febr. 1880) edidit *theologiae fundamentalis* tr. 2, Monasterii 1864, in quibus nova methodo, clare et sagaciter veritatem religionis christianae et divinam Ecclesiae catholicae institutionem probat ex ipsis factis praesentis temporis praebens probationem capitis veluti ex corpore[3]). *Beiträge zur Honorius- und Liberiusfrage,* eine Beleuchtung der neuesten kirchenhistorischen Forschungen über dieselben, ib. 1865. *Die Principien des kirchlichen Rechts* in Ansehung der Mischehe, eine Begründung der jüngsten kirchlichen Erlässe mit besonderer Rücksicht auf die Praxis, Paderbornae 1853; *der h. Bonifacius als Apostel der Deutschen* mit Bezugnahme auf sein Verhältniss zu Fulda, Wirceburgi 1855. *Glaubensbekenntnis* von Joannes Ronge 1844; *der Papst und die Bibel* 1846.

652. Inter apologetas Germaniae eminet par nobilissimum professorum, qui academiam wirceburgensem vere ornarunt, quorum prior est Henr. Jos. Denzinger origine Bavarus sed natus Leodii 10. Oct. 1819. Absolutis studiis Wirceburgi in collegium germanicum Romae receptus est, ubi eadem perfecit (1841—45). Redux post brevem animarum curam vocatus est ad cathedram s. Scripturae (1848), dein a. 1854 ad docendam theologiam dogmaticam in universitate wirceburgensi eamque cathedram rexit ad mortem usque (19. Jun. 1883) non obstante diuturno viginti annorum morbo, quem patientia vere christiana tulit. Haec potiora ejusdem opera[1]): *De Philonis philosophia* et schola Judaeorum alexandrina adversus hypotheses Gfroerer, Wirceburgi 1840; *Kritik der Vorlesungen* des Prof. H. W. J. Thiersch über Katholicismus und Protestantismus, fasc. 2 ib. 1847, in qua disserit adversus Irvingianismum; *Ueber die Aechtheit des bisherigen Textes der Ignatianischen Briefe,* ib. 1849, qua in diss. reprobat Curetonis hypothesim; *Die speculative Theologie Günthers,* ib. 1853, in quo l. illius aperit errores; *Vier Bücher von der religiösen Erkenntniss,* ib. 1856—57, opus infinitae lectionis et eruditionis, in quo omnes errores, et opiniones adversariorum religionis christianae refert atque expendit: *Enchiridion symbolorum et definitionum,* ib. 1854, liber utilissimus, hinc saepius editus, 1888 ed. 6; 1908 ed. 10; *Ueber die unbefleckte Empfängniss,* ib. 1855; *über die päpstliche Unfehlbarkeit,* ib. 1870; *Ritus orientalium,* Coptorum, Syrorum et Armenorum[2]), ib. 1863—64 t. 2; *S. Brunonis ep. herbipol. opera,* in Migne PP. lat. t. 142; Habert *theo-*

[1]) Henricus Brüll professor religionis in gymnasio dürensi (n. 1842; † 8. Apr. 1884) infallibilitatem romani pontificis adversus exceptiones Langen in l. anonymo: *Katholisch oder nicht,* 1871, vindicavit. Cf. Handw. 1885 c. 767.

[2]) Cf. Lit. Handw. 1862 c. 15; 1865 c. 61; 1870 c. 353; 1871 c. 299; 1881 c. 457; 1885 c. 463. Cf. Reusch a. d. Biogr. 30, 326.

[3]) Cf. Lit. Handw. 1865 c. 59.

[1]) Cf. Stamminger KL² 3, 1516; Hettinger Dreifaches Lehramt etc. Friburgi 1883; in primis Katholik 1883, II, 428—44; 523—38; 638—50.

[2]) Cf. Lit. Handw. 1864 c. 202.

logia graecorum patrum vindicata circa materiam gratiae, ib. 1853; De Rubeis *de peccato originali,* ib. 1857; Pr. Marani *divinitas D. N. J. Christi,* ib. 1859. *Eloge et epicrisis eorum,* quae recentioribus criticis de pseudoisidorianis decretalibus statuta sunt, in patrol. Migne t. 130 praemissa illorum editioni. Inseruit quoque diss. doctas fasciculis literariis tubingensibus.

653. Alter insignis apologeta religionis catholicae est Franc. Ser. Hettinger Aschaffenburgi n. 13. Jan. 1819. Theologiae operam dedit primum Wirceburgi, dein Romae in collegio germanico, cui et urbi aeternae gratissimo semper exstitit animo addictus. Laurea theologica adepta (1845) rediit in patriam, ubi aliquamdiu in munere pastorali fuit occupatus, mox tamen in seminarium accitus subregens, donec ad universitatem vocatus est (1856) patrologiae et propaedeuticae cathedram recturus. Aliquamdiu etiam amicissimi sui collegae Denzinger cathedram supplevit, in qua ipsi defuncto successit. Maximo emolumento intellectuali et morali auditores suos instituebat atque nobilitate conceptuum, praelectionum splendore stilique elegantia captabat, excitabat, accendebat. Decessit apoplexia correptus 26. Jan. 1890. Plurima reliquit opera utilia, plane egregia. Inter quae eminet: *Apologie des Christenthums* [1]): 1. Beweis des Christenthums; 2. die Dogmen des Christenthums, Friburgi 1863 s. t. 5, in qua stilo florido religionis christianae et catholicae veritatem ostendit atque magna eruditione testimonia vel ex adversariorum scriptis adducit, quae causam catholicam promovere possint. Ingens fuit utilitas, quae inde redundavit ad dissipandas difficultates et dubia contra fidem, ad confirmandos nutantes in fide, ad aperiendam veritatem iis, qui a recto tramite aberrarunt. Hinc saepius fuit edita, 1906 ed. 9. cur. E. Müller, qui t. 1. praemisit notitiam de auctore. Affine est opus scholis destinatum *Lehrbuch der Fundamentaltheologie* oder Apologetik, ib. 1879 pp. 2; 1888 ed. 2., opus valde eruditum, sed scholis forte minus accommodatum [1]). His addantur: *Die kirchlichen und socialen Zustände von Paris,* Moguntiae 1852, fructus itineris; *die Idee der geistlichen Uebungen* nach dem Plane des h. Ignatius, Ratisbonae 1854; *das Priesterthum der kath. Kirche,* ib. 1851; *die Liturgie der Kirche,* Wirceburgi 1856; *Aphorismen für Predigt und Prediger,* Friburgi 1888; 1907, cui affinis est *Timotheus* ib. 1891; 1897, opus posthumum sacerdotibus destinatum, valde utile, 1909 ed. 3. cur. Ehrhard: quae omnia prodierunt ex ejus cura et solicitudine in formandis clericis. *Aus Kirche und Welt,* ib. 1893 ed. 3. t. 2, fructus itinerum, quae vel officii vel reparandae valetudinis causa instituit, opus lectione dignum, amoenum et utile; *Thomas von Aquin* und die europäische Civilisation; *David Fr. Strauss* ein Lebensbild, Friburgi 1875; *Die Krisis des Christenthums,* Protestantismus und katholische Kirche, ib. 1886, libellus valde utilis ad cognoscendam tristem Protestantismi conditionem; *die kirchliche Vollgewalt des apostol. Stuhles,* ib. 1874, appendix apologiae; *Organismus der Wissenschaften,* 1862, insignis dissertatio. Plurimas diss. inseruit fasc. variis literariis, unde dein prodierunt ejus opera majora. Docte et erudite illustravit Dante, quem magni faciebat. Ob suas praelectiones, opera egregia et spiritum vere catholicum columen cum Hergenroether erat universitatis wirceburgensis, celebre ejus nomen per universam Germaniam, magnum vel

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1865, 62; 1870, 355; Weiss Benjamin Herder p. 82.

[1]) Cf. Pesch Lit. Handw. 1880 c. 131; Zeitschr. für katholische Theologie 1879 p. 579 ss.

Romae: hinc a Pio IX. cum illo Romam vocatus fuit, ut operam suam conferret ad decreta condenda pro futuro concilio vaticano, et a Leone XIII. dictus praelatus domesticus et electus qui germanice verteret suas literas encyclicas; socius academiae religionis romanae. Merito ergo clerus Franconiae recurrente a. aetatis ejusdem 70. hoc ei dicavit elogium aeri incisum:

Qui in annorum decursu strenuo labore multos in semitam vitae sacerdotalis direxit;
Qui multo plures adolescentes e Germania universa ad suam cathedram confluentes sacram scientiam edocuit;
Qui scriptis suis connubium philosophiam inter ac theologiam firmans Ecclesiae gloriam ampliavit:
Viro de re catholica optime merito [1]).

654. Alius si quis unquam rei catholicae apologeta laboriosissimus fuit Andreas Raess n. 6. Apr. 1794 Sigolsheimii in Alsatia, Colmar et Liebermann dignus discipulus. Factus est director seminarii et theologiae dogmaticae professor. Cum amico et collega Nic. Weis episcopo postmodum spirensi (p. 1124) ad promovendum spiritum et vitam catholicam tristissimis temporibus illis fere emortuam iterum edidit vel vertit opera (fere 100) apologetica, theologica, practica plerumque retractata, aucta, illustrata: quae admodum vulgata fuere et laetos retulerunt fructus. Ita Butleri *Leben der Heiligen,* Moguntiae 1823—27 t. 23 cum t. indice; 1838—40 ed. 2., cum festis mobilibus t. 2 ib. 1835 (cf. pag. 177); et hujus op. *Auszug,* ib. 1826—27 t. 4; 1879 ed. 8; *Bibliothek der kathol. Kanzelberedsamkeit,* Francofurti 1829—33; 34—36 t. 18; Carron (p. 847) *Glaubensbekenner in Frankreich* am Ende des 18. Jahrh., Moguntiae 1822—26 t. 4; ejusdem l. *die tugendhaften Schüler* oder Leben frommer Jünglinge, ib. 1819 t. 2, opus juventuti valde utile: *die christlichen Helden* in der französischen Staatsumwälzung, ib. 1820; Picotii (p. 1273) *Denkwürdigkeiten aus der Kirchengeschichte Frankreichs,* Francofurti 1828—29 t. 2; *Religiös kirchliches Leben* in Frankreich während des 17. und 18. Jahrh., 1828 t. 1; *Was sagt die Geschichte dazu?* Nachtrag zur Reformationsfeier von 1817 von einem Freunde der Wahrheit, Moguntiae 1823. In primis vero meruit collectione pretiosa et utili *die Convertiten* seit der Reformation, Friburgi 1866—80 t. 13; *Leibnitzens System der Theologie* nach dem Manuscript herausgegeben (lateinisch und deutsch), Mainz 1826. Condidit quoque cum Weis fasciculos literarios *Katholik,* ib. 1821, qui modo adhuc florent et ingenti commodo fuere rei catholicae per Germaniam. Mutatis conditionibus politicis et ecclesiasticis Moguntiam reliquit recessitque Argentoratum, ubi mox (1830) factus est director magni seminarii et theologiae dogmaticae et homileticae professor; a. 1841 coadjutor episcopi et 1843 episcopus argentoratensis. In conc. vaticano ardenter stetit pro definienda infallibilitate summi pontificis. Celebravit 11. Sept. 1866 concurrentibus duobus cardinalibus, undecim episcopis et ultra mille sacerdotibus universoque populo catholico Alsatiae annum quinquagenarium sacerdotii et vicesimum quintum episcopatus. Rexit [1]) tamen suam dioecesim, cujus bonum maxime promovit, alios fere viginti annos decessitque episcoporum Germaniae senior et praesulum illustrissimum exemplum 17. Nov. 1887 a. aetatis 92.

[1]) Cf. Renninger Katholik 1890 I, 385-402; Kaufmann Fr. Hettinger Erinnerungen eines dankbaren Schülers, Frankfurt 1891; Lauchert a. d. Bl. 50, 283.

[1]) Cf. Guerber A. Raess in op. Deutschlands Episcopat in Lebensbildern I, 4 Würzburg 1873; Paulus KL. X, 733 ss.

655. Contra physicos incredulos, atheistas, materialistas, darwinistas etc. plures steterunt. Ita Franc. Lorinser parochus et canonicus wratislaviensis (n. 12. Mart. 1821; † 12. Nov. 1893) concinnavit *Buch der Natur,* Ratisbonae 1876—80 t. 7, 1882 ed. 2., quo in op. nititur ostendere harmoniam naturam inter et revelationem [1]). Ejus praeterea sunt *Geist und Verwaltung* des Bußsacramentes, 1860; 1883 ed. 2; *Geist und Beruf* des kath. Priestertums, ib. 1858; 1896 ed. 2. cur. Dr. Vermeulen; *Aus meinem Leben,* Wahrheit und keine Dichtung, ib. 1891 t. 2. Vertit egregie ex hispano aliquot opera celebris Balmes (p. 1109) et Calderonii poëmata. — Albertus Werfer scholarum inspector († p. 1875) describit *Gottes Herrlichkeit* in seinen Werken, Ulm 1861. — Georgius Mich. Schuler, Bavarus, stilo vivaci et magna christiani populi utilitate disseruit de Dei exsistentia et providentia, de animae spiritualitate et immortalitate, primatu et infallibilitate rom. pontificis [2]). — Pariter admodum utiles, juventuti praesertim, sunt pro demostranda Dei Creatoris exsistentia et sapientia libelli Caroli Berthold scholarum magistri († 1884), quibus aperit admirabilem in rebus naturalibus teleologiam ex. gr. *Betrachtungen der Natur* im Lichte des Christentums, der Geschichte, Wissenschaft u. Kunst, Cöln 1872; 1878 ed. aucta; *Die Herrschaft der Zweckmässigkeit* in der Natur, Freiburg 1877; *über die Schönheit der Natur* in christl. Anschauung, Würzburg 1878 in 8; *Blüten christl. Naturanschauung* aus den Schriften der Heiligen und Kirchenschriftsteller, Steyl 1882. Redegit ab a. 1874 egregios fasciculos [1]) literarios *Natur u. Offenbarung,* quos insignibus ditavit diss., ut ex gr. *Die neuere ungläubige und die christliche Naturauffassung* t. 23. Opus Michaelis Bach († 1878) *Studien und Lesefrüchte* aus dem Buche der Natur Cöln 1866, retractavit iterumque edidit (ex parte scil. t. 2). Opus hoc, quod eundem prosequitur scopum, t. 4 saepe prodiit, cura Ludov. Borgas et Jülkenbeck, ib. 1899 ed. 9. cum plurimis illustrationibus. Ejusdem Bach est etiam: *Die Wunder der Insektenwelt,* Sonst 1870; Münster 1884 ed. 4. cum multis illustrationibus [2]). — In eosdem fasc. Natur und Offenbarung inseruit contra physicos incredulos varios articulos Damian eques de Schütz [3]) physicus († 1884), cujus etiam est *Das exakte Wissen der Naturforscher.* Eine Zusammenstellung von Aussprüchen hervorragender Naturforscher und Philosophen (qui scil. fatentur eorum scientiam limitibus admodum esse circumscriptam), Mainz 1878. — Albertus Riedel parochus tiefenbacensis plures diss. philosophicas pro tuenda doctrina catholica inseruit fasciculis literariis vel seorsim edidit, quas passim exhibet Gla 1, II. — Car. Bor. Scheidemacher philosophiae doctor et vicarius capituli aquisgranensis († p. 1888), scripsit

[1]) Cf. Scheidemacher Lit. Handweiser 1879 pag. 156. 417; 1880 p. 760. Similis argumenti videtur opus Legerin Mariae Pioger Cenomani (n. 1821), cui titulus *Dieu dans ses oeuvres,* Parisiis 1876—81 t. 3; 1883 t. 5 in 12., in quo astronomiae praesertim mirabilia proponit tueturque alios mundos praeter terram nostram a naturis rationalibus incoli; *L'oeuvre des six jours* en face de la science contemporaine; question de l'ancienneté de l'espèce humaine, ib. 1880 in 12. Cf. Lorenz IV, 86; VI, 402; X, 416.

[2]) Gla 1, II passim.

[1]) Cf. Rassmann II, 16. Hos fasciculos ditavit articulis apologeticis etiam Henr. Ant. Bolsmann parochus dioecesis monasteriensis († 1880).

[2]) Cf. de Berthold et Bach Gla 1, II, 159 ss.

[3]) Cf. Alius ab eo est Jos. Schütz decanus in Bohemia, cujus est *Der Darwinismus* und die Ergebnisse der Naturforschung, gemeinfaßlich zusammen dargestellt, Warnsdorf et Wien 1895.

Die Nachteule des Materialismus scheel und scheu vor dem Licht der Thatsachen oder Materialismus und Psychologie, Koeln 1868 in 8; *Das Seelenleben und die Gehirnthätigkeit,* gegen die Seelenleugner gerichtete Forschungen, auf Thatsachen begründet, Regensburg 1875, opus solidum, eruditum, sagax; *Die Thatsache der Empfindung* und ihre psychologische Bedeutung für das Wesen der Seele, Aachen 1871. *Die Apokalypse des hl. Joannes* ein neuer Erklärungsversuch, Augsburg 1887; nititur parallelismum inducere inter vaticania et fata historiae mundi ad nostra usque tempora. Plures diss. inseruit fasc. literariis Natur und Offenbarung, quas passim recenset Gla 1, II.

656. Henricus Lücken (n. 1815; † 22. Sept. 1882) diligenter collegit *Die Traditionen des Menschengeschlechtes* oder die Uroffenbarung Gottes unter den Heiden, Münster 1856; 1869 ed. 2; *Die Stiftungsurkunden des Menschengeschlechtes* oder die mosaische Schöpfungsgeschichte erläutert und bestätigt durch die Sagen der Völker und die Naturwissenschaft, Freiburg 1876; *Die Einheit des Menschengeschlechtes* und dessen Ausbreitung über die ganze Erde, Hannover 1845; et iterum in Natur und Offenb. t. 2 et 3 pluribus articulis. — Jos. Kuhl gymnasii rector describit *Die Anfänge des Menschengeschlechtes* und sein einheitlicher Ursprung, Bonn 1875. 1876. pp. 2; *Darwin und die Sprachwissenschaft;* Leipzig 1877; *Die Descendenzlehre* und der neue Glaube, München 1879. — Matthaeus Rauch OSB. Bavarus, in lyceo augustano professor et seminarii regii director (n. 18. Dec. 1814; † 31. Jul. 1876), scholarum inspector concinnavit opus utile, eruditum et solidum: *Die Einheit* des Menschengeschlechtes, anthropologische Studien [1]), Augsburg 1873. — Jac. Henr. Löwe professor philosophiae in universitate pragensi disseruit über *ein angeblich ethisches Hinderniss* der Abstammung der Menschheit von einem Menschenpaare, Prag 1867: ostendit enim conjugium inter fratrem et sororem in prima hominum familia non fuisse absolute et intrinsecus malum. — Hermann Ant. Jos. Wedewer Coesfeldae in Westphalia n. 14. Jun. 1811 philologus egregius, professor in gymnasio patrio, dein Francofurti, ubi familiari conversatione virorum illustrium ut Böhmer, Janssen, Passavant, Schlosser etc. usus est. Vir erat sincere et probe catholicus. Ejus opera et diss. spectant in primis historiam literariam et linguas classicas [1]). Huc referri possunt: *Klassisches Alterthum und Christenthum* mit besonderer Beziehung auf die Gelehrtenschulen, Frankfurt a. M. 1855; *das Christenthum und die Sprache,* ib. 1867; *das Christenthum* und die neuere Sprachwissenschaft, ib. 1870; *über die Bedeutung des Christenthums* für die Idee des Schönen und der Kunst, ib. 1862; *die Literatur* u. die christliche Jugendbildung, ib. 1868 etc. A facultate philosophica wirceburgensi dictus est doctor philosophiae h. c. († 16. Apr. 1871). — Franc. Jos. Köhler parochus in dioecesi rottenburgensi († 1874) describit *die Pädagogik der göttlichen Providenz* aus dem Geschöpflichen überhaupt und aus der Natur des Menschen insbesondere entwickelt, 1873, in quo refellit errores, quibus increduli omnem ordinem moralem subvertere vel inficere nituntur. — Georgius Fridericus Daumer Norimbergensis n. 5. Mart. 1800 diu acer religionis christianae adversarius, veritatis tandem tramitem in ea reperit, factusque est catholicus

[1]) Cf. Hagemann lit. Hdw. 1873 c. 226.

[1]) Cf. Janssen aus dem Leben eines kath. Schulmannes hist. pol. Bl. 71 (1873) 81—101; 200—18: allg. d. Biogr. 41, 415; Gla 1, II passim. A concivibus electus est a. 1848 deputatus pro parlamento Germaniae.

15. Aug. 1858. Vitam duxit privatam, solitariam totamque nonobstante corporis infirmitate studiis, praesertim de mystica magia et daemoniologia deditam. Propter singularem vitae suae cursum, singularium quoque fuit opinionum. Studii sui plane intensi plurimi exstitere fructus: *Meine Konversion,* ein Stück Seelen- und Weltgeschichte, Mainz 1860; *der Tod des Leibes kein Tod der Seele,* Dresden 1865; *das Geisterreich* in Glauben, Vorstellung, Sage und Wirklichkeit, ib. 1867 t. 2; *Das Reich des Wundersamen und Geheimnissvollen,* Ratisbonae 1872; quibus strenue nititur vel ex factis refellere materialismum et rationalismum[1]); *Marianische Legenden und Gedichte,* Monasterii 1859; *die dreifache Krone Roms.* Versuch einer neuen Beleuchtung u. Charakterisierung des römisch-kath. Priester- und Kirchenthums, Münster 1859. *Das Christenthum und sein Urheber* mit Beziehung auf Renan, Schenkel, Strauß, Baur etc. und die gesamte Negation, Mainz 1864; *das Wunder,* seine Bedeutung, Wahrheit u. Nothwendigkeit den HH. Strauß, Frohschammer, Renan, Reinkens etc. gegenüber ins Licht gesetzt, Regensburg 1874. Decessit 14. Dec. 1875. — Ant. Franc. Rost Bohemus n. 10. Nov. 1798, philosophiae professor Oeniponte (1830), cui cathedrae tamen renunciare debuit, quod nimis acriter aggressus est Josephinismum. Factus est subregens in seminario pragensi et canonicus altbunzlaviensis († 22. Sept. 1879). Proposuit *röm.-kath. Glaubensprincip,* Pragae 1826, in quo docte tuetur primatum et ejusdem in rebus fidei ac morum auctoritatem; *religionswissenschaftliche Darstellung der Ehe,* Viennae 1833 in 18; *Das eine Nothwendige* etc. Die öftere Kommunion oder sacramentale Vereinigung mit Christo dargestellt gegen den Jansenismus, Pragae 1848 in 4; *Gedanken über Gottes Dasein* Innsbruck 1831; ... über *Natur und Geist,* 1834; conciones [1]) etc.

657. Matthias Bayr auctor est[2]) l. *Glaube und Kirche* und deren volksthümliche Vertheidigung, Klagenfurt 1872 in 8. pro populo fideli — Geminum opusculum edidit eodem fere tempore J. M. Christen *Rechenschaft* für den christl. Glauben. Eine leichtfaßliche Darstellung der Göttlichkeit des Christenthums, Trier 1871. — Theodorus Josef Heberling parochus ad s. Martinum Friburgi in Brisgovia († 1873) exhibet *Vergleichende Darstellung* des Protestantismus insbesondere des Lutherischen mit sich selbst, oder wie hat sich der Protestantismus aus seinem Prinzipe entwickelt und gestaltet? Auch als Beitrag zur Irenik, Mainz 1837 in 8. — Conr. Sickinger parochus dioecesis moguntinae populo exhibet *Die katholische Kirche* als das sichtbare Reich Gottes auf Erden, Moguntiae 1877 in 8. — Franc. Ant. Haeckler parochus composuit *Kontrovers-Katechismus* oder Wahrheitsgemäße und leicht verständliche Darstellung der Unterscheidungslehren der röm.-kath. Kirche und der lutherisch-protest. Religion, Kempten 1884; 1891 ed. cur. Jo. Georgio Restle. — Ferdinandus Schlünkes praepositus capituli aquigranensis et consiliarius scholasticus († 1884) statuit: *Das Christenthum* eine von Gott übernatürlich geoffenbarte und von der kath. Kirche richtig und vollständig verkündigte Religion, Koeln 1865 in 8. Explicuit quoque *epistolam,* quae in 2. Mach. I, 6—9 legitur, Coeln 1844, et *diffe-*

[1]) Cf. Lindemann KL² 3, 1401; Rump Lit. Handw. 1873, 323; Veit Valentinus a. d. Biogr. 4, 771—75. Gla I, 1. et 2. passim.

[1]) Cf. thes. II. rei cath. p. 728; Gla 1, II, passim.

[2]) Cf. Praetermittimus Dom. Kastner parochum (n. 1821; † 17. Aug. 1884), cujus sunt *Religiöse Studien* der wichtigsten Fragen des Glaubens mit Berücksichtigung der Jetztzeit, Linz 1862.

rentiam ep. 2. Mach. I, 10—12, 18 locorum, ib. 1847. — De Jo. B. Pfeilschifter operosissimo publicista pro causa catholica (n. 1793; † 1875) praeter meritum jam oblivioni dato cf. Lit. Hdw. 1875 Sp. 20. Multa edidit, multa coepit praesertim folia publica et literaria. — Jos. Bened. Höllrigl parochus ypsensis et decanus pie et sagaciter meditando proponit *Apologetik der Wahrheit,* Wien 1875. — Ferd. Knie, qui redegit *Eichsfelder Volksfreund,* concinnavit *Geschichtlicher Wahrheitsspiegel.* Eine Widerlegung der verbreitetsten Entstellungen (9) der Geschichte und des Katholicismus, Paderborn 1891 in 8. — De Franc. Xav. Künzer canonico theologo wratislaviensi († 1881) cf. Gla 1. II. p. 537. 933. — Frid. Hanf statuit q. *Wo ist Wahrheit?* Vorurtheilsfreie Prüfung des Glaubens der Reformatoren gegenüber der kath. Kirchenlehre mit einem reichen den Schriften und Reden der Reformatoren wörtlich entnommenen Beweismaterial, Regensburg 1883 ed. 2. — Joh. Bapt. Hert quondam theologiae professor monacensis et canonicus ed. *Häresie am Richterstuhl* und der Obersatz im dogmatischen Beweise, Ingolstadt 1835 adversus exceptiones malignas contra ecclesiam romanam. — Andreas Niedermayer Bavarus n. 11. Oct. 1835 plane eximiis animi et ingenii dotibus praeditus, ardenti zelo Ecclesiae catholicae causam religionisque incrementum promovere studuit, sed proh dolor, in ipso virilitatis flore abreptus fuit (17. Jan. 1872). Plures scripsit libellos stilo vivaci et florido, inter quos egregium *Rundschau, Kampf und Wachsthum der Kirche* in unsern Tagen, Friburgi 1862; *das Pfingstfest in Rom,* ib. 1862; *der deutsche Klerus und die Wissenschaft*[1]), ib. 1864; *das Concilium in Baltimore,* ib. 1867; *die Streiter für den apost. Stuhl* im Jahre 1867, ib. 1867; *Katholiken Deutschlands organisirt euch,* ib. 1868; *die Sekundiz Pius IX.,* 1869 etc., quibus libellis potenter excitabat fidelium animos in bonum fidei[1]). Ejus praeterea est: *das Mönchthum in Bajuvaria* in den agilolfingischen und karolingischen Zeiten, Landishuti 1859. — Petrus Roh SJ. Helvetus aliquamdiu theologiae dogmaticae professor, suis missionibus potens .a. 20 concionator magnos excitavit inter fideles motus (n. 14. Aug. 1811; † 17. Maj. 1872). Ejus praeter alia sunt: *Was ist Christus?* Friburgi 1872; 1895 ed. 6; 1909 ed. 8; *die Grundirrthümer unserer Zeit;* die Encyclica Papst Pius IX. vom 8. Dec. 1864, ib. 1890 ed. 5. Ejus sermones ab aliis excepti passim prodierunt, ut Hannover 1860; Lipsiae 1895 ed. 5., sed vim et ignem ejus non satis referunt. — Syllabum admodum bene exposuit Jos. Tosi (n. 1824; † 13. Maji 1875), theologiae dogmaticae primum Graecii, dein Viennae professor et ibidem canonicus, in *Vorlesungen*[2]) *über den Syllabus errorum* der päpstl. Encyclica vom 8. Dec. 1864, Viennae 1865. — Matthaeus Lerch Cist. in monasterio ossecensi, Bohemus, plura reliquit programmata de argumentis apologeticis, necnon et l. *Die Kirche Christi* in ihrem Wesen, ihren Eigenschaften und Beziehungen, Viennae 1877, in quo promittit novam prorsus religionis christianae apologiam, qualis nunquam ab apologetis sive recentioribus sive veteribus instituta fuit. Tam amplis tamen promissis non stat[3]), imo suos errores plene et ex corde retractat (n. 1834; † 1885). — Joannes Ev. Wieser SJ. Tirolensis n. 24. Mart.

---

[1]) Huc spectant quoque l. *Die katholische Kirche* als Erhalterin und Beförderin von Kunst und Wissenschaft historisch nachgewiesen, Erfurt 1870 ed. 2. auctore F. A. Hageliken gymnasii prof. († 1872).

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1872 c. 33 ss.; Knabenbauer Stimmen aus Maria Laach III (1872), 93 ss.; KL. X, 1238 ss.

[2]) Cf. Lit. Hdw. 1866 c. 60.

[3]) Cf. Lit. Hdw. 1877 c. 582; 1878 c. 26; 1879 c. 168.

1831, propaedeuticae philosophico-theologicae in universitate oenipontana professor (1870; † 22. Apr. 1885), redegit *Zeitschrift für kath. Theologie,* et pro controversiarum opportunitate disputationes inseruit ingenii plane sagacis specimina[1]). *Die Unfehlbarkeit des Papstes* und die Münchener-Erwägungen, Oeniponti 1870; *Die Döllinger'sche Dreikirchenidee* und das wissenschaftliche Prophetenthum in der Kirche, ib. 1875; *Mensch u. Thier* adversus Darwinismum, ib. 1875; *der Spiritismus* und das Christenthum, Regensburg 1881. *Ueber die Bedeutung der Herz-Jesu-Andacht* für unsere Zeit, 1869 etc. — Ant. Wappler, professor historiae ecclesiasticae in universitate viennensi et canonicus ad s. Stephanum (n. 1823; † 12. Aug. 1887), libris scholasticis de religione suo tempore satis innotuit. — Joan. Valentinus Jirsjk Bohemus n. 19. Jan. 1898, canonicus pragensis, episcopus budwicensis (1851; † 23. Febr. 1883) reliquit lingua bohemica plura opera apologetica fidei catholicae, theologiam dogmaticam popularem Pragae 1852 ed. 3. — Jo. B. Wenig SJ. Neodorfii in Bohemia n. 11. Aug. 1826, in universitate oenipontana linguarum orientalium et introductionis in N. T. professor, et ejusdem rector († 25. Oct. 1875) disseruit *Ueber die Freiheit der Wissenschaft,* Oeniponte 1863; *über die kirchliche und politische Inquisition,* Wien 1875 suppresso nomine, quae diss. viris liberalibus ingrata exstitit. — Jos. Lukas n. 16. Jun. 1834, parochus et parlamenti membrum, insignis fuit orator († 19. Febr. 1879) liberalismum sagaciter pluribus aggressus est libellis, ut *der Schulzwang* ein Stück moderner Tyranei, Landshut 1865; *die Presse* ein Stück moderner Versimpelung, Regensburg 1867.

658. Ad fidem catholicam conversi sunt Albertus de Haza-Radlitz a secretis Frid. Ferdinando duci de Anhalt Koethen, qui et ipse rediit ad Ecclesiam catholicam (1825). Plura vertit opera gallica et italica scripsitque *Vertheidigung der röm.-kath. Kirche,* Offenbach 1827, in qua disserit contra polemicas conciones protestantium, quibus hi nituntur transitum improbare ab eorum sectis ad Ecclesiam catholicam († 1872). — Aurelius Emmanuel Meinhold n. in insula Usedom 26. Aug. 1829, parochus († 1873), qui reliquit sagaces (sed magis politicas) diss., ut *das Nationalitätsprinzip,* nebst einem Anhang: das Nationalitätsprinzip und das vaticanische Konzil, Regensburg 1872 in 8 ed. 2. (1. 1862); *die kath. Kirche,* Fürsten, Völker u. die Revolution. Nebst einem Anhange: Warum die Revolutionen der Gegenwart die kath. Staaten erschüttern und nicht die protestantischen, ib. 1860. — Arthur Hager quondam praeco in ditione meckleburgensi, qui diu dein redegit *Schlesische Volkszeitung* (n. 1835; † 1884), enumerat *180 Gründe,* die mich bewogen haben, in den Schoß der röm. Kirche zurückzukehren, Freiburg 1873 ed. 4, quae non omnia sunt motiva, sed aphorismi seu sententiae sagaces[1]). *Spricht die Bibel* für den Katholicismus oder Protestantismus, Neisse 1876 fasc. 1; Breslau 1877 fasc. 2. — Fridericus Pilgram Jenbaci 1819 in provincia rhenana natus per molesta et admodum diuturna dubia, quae proponit et solvit in op. *Controversen mit den Ungläubigen.* Ueber die Realität des Wissens und die Logik des Glaubens, Freiburg 1855, ex scepticismo

[1]) Cf. Zeitschrift für kath. Theologie 1885 p. 385 ss.; Gla I, 2 passim. Ejus frater Joseph praepositus erat bulsanensis († 1899), discussit et illustravit accurate Pauli ap. doctrinam *de justicatione ex fide* sine operibus ex fide operante, Trient 1873.

[1]) Quae Hülskamp Lit. Handw. 1873 p. 269 dicit gedankenreich mehrfach überraschend und allesammt lesenswerth.

universali et profundo incredulitatis reperit in Ecclesia catholica veritatem, quam et ingressus est 23. Dec. 1846 Confluentiae. Opus citatum est admodum philosophicum, sagax lectu dignum. Alia ejusdem opera sunt: *Irrwege des modernen Denkens* in der Auffassungsweise kath. Wahrheiten, Köln 1852; *Zeitfragen,* ib. 1852; *Physiologie der Kirche.* Forschungen über die geistigen Gesetze, in denen die Kirche nach ihrer natürlichen Seite besteht, Mainz 1860, quo in op. attingit erroneas protestantium opiniones contra Ecclesiam[1]). Obiit auctor noster 1890. — J. A. Moritz Düsseldorfiensis, philosophiae doctor (conv. 1843; † 1877), de cujus conversione confer scriptum: *Selbstbekenntniss* eines Katechumenen, Regensburg 1844. Scripsit dein über den *Charakter und die wesentlichen Eigenschaften* der Concordate, Schaffhausen 1851. Vertit quoque aliorum opera. — Joannes Propst Helvetus n. parentibus protestantibus 1803 juvenis docuit in missionum instituto Basiliae mathesim, simul tamen theologiae in universitate ibidem operam dedit. Cum vero professores audiret, qui circa personam Christi sibi contradicerent, et lectione systematis theologiae auctore Leibnitio in gravia incidit dubia circa veram fidem. Post longam, duram et gravem luctam spretis omnibus difficultatibus et obstaculis amplexus est fidem catholicam 16. Maj. 1827. Luctam et conversionem describit ipse in l. lectu digno[2]): *Ueber Protestantismus und Katholizismus* oder Darlegung der Gründe, die einen Protestanten bewogen zur kath. Kirche zurückzukehren, Speyer 1827; Luzern 1830. Cum non posset ob amissum in juventute brachium presbyteratus ordinem suscipere, contentus ordinibus minoribus sacerdotalem duxit vitam et sacerdotalia, quantum fieri potuit obivit munera: nam non solum erat magister et rector scholarum, sed et catecheta, concionator, imo theologiae professor in seminario cincinnatensi in America. Decessit in monasterio S. Crucis in pago turginensi Helvetiae 1882 relictis libris scholasticis, paedagogicis, asceticis, inter quos plurimum placuit *Eusebia, ernste Betrachtungen* über die tiefen Wahrheiten der christlichen Religion, Augsburg 1864. — Celebrior est Maria Theodorus Ratisbonne parentibus judaeis n. 28. Dec. 1802 Argentorati Bautainii discipulus, qui fidem amplexus est catholicam 1827 atque ordines sacros suscepit 1830. Postmodum cum fratre suo Alphonso, qui ex acerrimo fidei catholicae hoste subito miro plane modo Romae est conversus 20. Jan. 1842, impense sollicitus fuit de salute confratrum suorum. Hunc in finem instituit piam congregationem nostrae Dominae de Sion, quae indefesse curaret hujus populi conversionem[1]). Scripsit Theodorus († 10. Jan. 1884) *Histoire de St. Bernard* et de son siècle, Paris 1841 t. 2; 1889 ed. 10. *Strahlen der Wahrheit,* Mainz 1880; *Réponses aux questions* d'un israélite de notre temps, Paris 1878; germanice interprete Endler, Regensburg 1890; 1905 ed. 2. Ejus frater Alphonsus decessit 6. Maj. eodem a. 1884. — Dr. Anger, qui se cognominavit de Eythra, quondam muneri publico in Saxonia addictus, studiosus Lipsiae, concione pastoris lutherani Harles potenter commotus studentium vanitatibus serio se subduxit (1848) et juxta veram Christi fidem instituit vivere. Cum vero experientia 30 a. satis agnovisset miseram Lutheranismi conditio-

[1]) Cf. Gla 1, II passim praesertim p. 72 et 504; Zehender Nach 40 Jahren. Religionsphilosophischer Briefwechsel, Leipzig 1845.

[2]) Fragmente ex eo exhibet Rosenthal 1, 345—367.

[1]) Cf. Rosenthal III, 1, 141 ss.; 194 ss.; Zeck KL. X, 801 s.; M. Th. Ratisbonne 1904.

nem et devictis diuturnis molestisque dubiis pacem reperit demum in Ecclesia catholica, prout ipse narrat in opusculo: *Was zieht uns nach Rom?* Leipzig 1884. Acriter hoc aggressi sunt Lutherani: quare illud retractavit, continuavit auxitque responsis ad illorum exceptiones opportunis [1]), Paderborn 1892 in 8. inscriptum: *Gottes Arbeit* im Gewissen. — Opus utilissimum lectu dignissimum collegit David Augustus Rosenthal Silesius Nissae n. 16. Apr. 1821 professione medicus insigniter eruditus [2]), in botanica admodum excultus, ipse ex judaismo conversus (1851; † 29. Mart. 1875) scil. *Convertitenbilder* aus dem 19. Jahrhundert, Schaffhausen 1865—70 t. 3 in pp. 6; in quibus vitam et saepe etiam conversionis exhibet motiva percurrens varias regiones Germaniam, Angliam, Galliam, Russiam et Americam. T. 1 prodiit ed. 3 v. 3 cum duobus supplementis, Regensburg 1889—1901. Edidit quoque opera poëtica Aug. Silesii (Jo. Scheffler), ib. 1862 t. 2. — Guil. Sterneberg professione medicus († 1888 a. aetatis 80) plures utiles inseruit articulos contra incredulos fasc. lit. Natur und Offenbarung.

659. In *Anglia* splendidum reperimus theologorum chorum, qui relictis Anglicanorum castris fidem amplexi sunt catholicam [3]), eamque dein et scriptis propugnarunt. Fridericus Oakeley e nobili ortus familia n. 1804, condiscipulus Newman, Pusey, Wilberforce, Froude etc., parochus anglicanus (1839), sed ob suam erga Ecclesiam catholicam propensionem parochia privatus a. 1845, hoc ipso anno illi se addixit: qua de re ad amicum scripsit *A Letter* on Submitting to the Catholic Church, Londini 1845 in 24. Sacerdos factus (1848) parochiam magno fidelium fructu rexit in suburbio londinensi multisque oculos aperuit, ut veritatem agnoscerent [1]). Decessit canonicus 29. Jan. 1880. Praeter alia edidit *The Order* a Ceremonial of te most Holy and Adorable Sacrifice of the Mass, ib. 1848 in forma dialogi; *The Athanasian Creed,* ib. 1873; *The Church of the Bible* or Scripture Testimonies to Catholic Doctrines and Catholic Principles, Londini 1857, liber egregius; Catholic Worship: A Manual of Popular Instruction on the Ceremonies and Devotions of the Church, ib. 1872. — Guilelmus Anderdon SJ., n. 26. Dec. 1816, Oxonii studiis operam dederat et cum tot aliis veritatis lumen agnovit (1850). Ingressus est Soc. Jesu; theologiam docuit in universitate Dublinensi (1856—64). Insignis erat concionator atque rei catholicae apologeta, ut testantur tot opuscula [2]) etiam saepius edita (41) († 28. Jul. 1890). — Jam accedamus ad triadem illustrissimam, qua maxime regio illa gloriari potest. Primus est Guil. Bern. Ullathorne OSB. n. 7. Maj. 1806 ex antiqua familia catholica, quae in majoribus attingit s. Thomam Morum

---

[1]) Cf. hist. pol. Bl. 94 (1884) 57—60; 110 (1892), 598—61; 111 (1893) 744—55; Gla 1, II, 826.

[2]) Cf. Wunschmann allg. d. Biogr. 29, 233; Gla 1, II, 796 s. Saillard parochus et editor fasc. *La Semaine religieuse* de Grenoble collegit in eundem fere finem *Les hommes célèbres* du XIX^e^ siècle et la foi chrétienne: Croyants, Convertis, Gratianopoli 1881 in 12., ut scil. ex praestantia horum virorum argumentum inferret pro veritate religionis catholicae.

[3]) Guil. Augustinus Ignatius Grant n. est 1838. Variis sectis adhaesit, sed etsi saltem ex parte agnovit veritatem Ecclesiae catholicae, defecit ad irvingianos (1868). Verum gratia plenius illustratus rediit poenitens ad Ecclesiam (1880; † 21. Maj. 1883). Cf. de ejus operibus Gillow 3, 11. Etsi laicus et pictor, in rebus theologicis bene erat versatus et stilo utebatur admodum logico et ad persuadendum idoneo.

[1]) Cf. Rosenthal Convertitenbilder 2, 331—47; Gillow V, 204—10.

[2]) Cf. Sommervogel VIII, 1632 ss.

Angliae cancellarium et martyrem. Puer se addixit rei nauticae, sed in itinere, dum quodam die dominica assisteret sacrificio missae, gratia divina tactus se obsequio Dei devovit et redux ingressus est 12. Mart. 1814 ord. s. Benedicti. Sacerdos ordinatus a. 1831 adscitus est a sodali P. Morris, quem Gregorius XVI. visitatorem apostolicum in insulam s. Mauritii delegaverat, missionis socius et vicarius generalis pro partibus Australiae. Hic zelo vere apostolico miserorum, in primis pro sceleribus ad deportationem in Australiam damnatorum, curam egit nulli parcens labori, sacrificio, periculo, eorumque plures etiam ad fidem convertit. Causam ecclesiae catholicae tum in illis regionibus Anglicanorum machinationibus et vexationibus admodum pressae strenue egit verbis, scriptis, omni qua potuit opera. Hinc enatus l. *Observations on the Use and Abuse of the sacred Scriptures* as exhibited in the Discipline and Practice of the Protestant and catholic Communions, Sydnei 1834. Ut efficacius suae missioni consuleret revisit Angliam 1836, ibique incredibili studio atque solertia illius bonum promovit apud episcopos et fideles, apud gubernium et sedem apostolicam. Rediit in dilectissimam suam missionem cum comitatu quindecim sacerdotum, plurium theologorum, ludimagistrorum et sororum caritatis. Cum adversarii Ecclesiae novas excitarent turbas, intrepida fortitudine se illis opposuit. Episcopum Polding iterum in Europam redeuntem comitatus est, ut honorem episcopalem sibi destinatum fugeret atque indefessum in Anglia missionarium egit. Suis insignibus dotibus omnium in se convertit oculos coactusque est acceptare munus vicarii apostolici, hinc consecratus episcopus titularis Hetalonae (1846). Magnam partem habuit in restauratione hierarchiae catholicae per Angliam, quam demum decrevit immortalis Pius IX. Huic studio adscribenda ejus *History of the Hierarchy*. Ipsi assignata fuit dioecesis birminghamensis (1850), cujus bonum operosissime promovit: instituit enim 44 missiones, ecclesias 67 aedificavit, alios atque alios ordines religiosos in eam induxit, praesertim piarum feminarum (pro quarum defensione prodierunt nobiles *Three Lectures* on the Conventual Life, London 1868), scholarum numerum quam maxime auxit, instituta misericordiae et seminarium clericorum condidit. Intrepide propugnavit jura cleri, scholarum libertatem, ordines religiosos, humanitatem erga eos, qui carceribus detinebantur: ubicunque imminebat periculum aderat in tutelam vigilantisimus noster praesul. Ad fovendum dilatandumque spiritum catholicum quinquies habuit synodos dioecesanas, quatuor interfuit conciliis provincialibus, duodecies limina apostolorum visitavit. In suo sacello domestico septuaginta ministros anglicanos in verae Ecclesiae sinum recepit, tantae enim auctoritatis apud suos. Non obstantibus tot curis et laboribus apostolicis otium nactus est scribendi tractatus insignes de controversiis sui temporis. Aliquot jam laudavimus, quibus adde *The immaculate Conception of the Mother of God.* An Exposition, Londini 1855. Contra liberalem in rebus catholicis sentiendi rationem, quae ex Germania Angliam invasit, scripsit *A Letter on the Rambler* and the Home and Foreign Review (fasciculi literarii) addressed to the Clergy, ib. 1862; et 1863: *On certain methods* of the Rambler etc. Aliam inscripsit clero ib. 1864 *on the Association* for the Promotion of the Unity of Christendom, et iterum 1865: *The Anglican Theory* of Union as maintained in the »Appeal to Rome« and Dr. Pusey's Eirenicon. Redux a concilio vaticano publicavit: *The Council and Pape Infabillity*, ib. 1870; *The Accord of the infallible Church* with the infallible Pontiff, ib. 1870; *The Döllingerites*, Mgr. Gladstone and Apostates from the

Faith, ib. 1874; *Mr. Gladstone's Expostulation unravelled,* 1875; *The Endowments of Man* considered in their Relations with his final End. A Course of Lectures, ib. 1880; *The Groundwork of the Christian Virtues.* A Course of Lectures, ib. 1882; *Christian Patience,* the Strength and Discipline of the Soul. A course of Lectures, ib. 1886; Letters, ib. 1892: qui libri sunt admodum utiles, eruditione patristica referti, solidi stiloque nobili conscripti. His adde insignes plane sermones, quos variis occasionibus habuit. Laboribus demum morbisque confectus sedi suae renunciavit a. 1888, dictusque est archiepiscopus cabasanus. Decessit 21. Mart. 1889. Funus incredibili omnium ordinum concursu celebratum fuit[1]).

660. Sequitur Jo. Henr. Newman[2]), cujus nomen penes suos, amicos et adversarios celebratissimum fuit. Natus is est in Old Broad Street urbis Londinensis 21. Febr. 1801 parentibus non catholicis. Confectis Oxonii splendidissime studiis mox juvenis examinatoris munere fuit auctus curamque animarum ibidem agere coepit. Doctrinae fama et praesertim concionibus suis omnium in se oculos convertit plurimumque promovit commotionem illam religiosam, quae tunc inter anglicanos invaluit multosque demum in verae Ecclesiae sinum reduxit. Cum amicis consilium iniit se opponendi liberalismo et rationalismo in Anglia jam praevalenti novamque veluti vitam inspirandi anglicanismo languenti: inde prodierunt famosi illi *Tracts for the Times,* et etiam fasciculi literarii *British Critic,* quos ipse triennio redegit (1838—41). Maxime commoverunt auctoris nostri scripta animos Anglicanorum, adeo ut episcopus oxoniensis inhibuerit continuationem illorum tractatuum et ipse multis impugnationibus fuerit expositus. Nondum cogitaverat de amplectenda fide catholica, quam putaverat reperiri in ecclesia anglicana, imo diu animum aversum gessit ab Ecclesia romana: sed jam coepit se subducere vitae publicae, renunciavit muneri concionatoris totus se immergens studiis antiquitatis in primis christianae: imo vitam fere eremiticam ducebat cum aliquot amicis. Ibi elaboravit *Essay on the Development of Christian Doctrine,* Londini 1845; 1878 ed. 2; quod in primis occasio exstitit, ut agnosceret veritatem Ecclesiae catholicae, quam etiam ingressus est 9. Oct. 1844 praemissa retractatione suorum errorum, quae subjecta est illi operi, quod etiam germanice (interprete Brühl 1868 ed. 2.) et in alias linguas versum prodiit. Magnum rumorem et stuporem excitavit tanti viri conversio. Post biennium Romam profectus ingressus est Oratorium s. Philippi Nerii et 30. Maj. 1847 ordinatus sacerdos. Inde rediit in Angliam superior congregationis ibidem fundandae. Instituit 1849 oratorium Birminghamii, cujus directionem in se suscepit, aliud Londini quod concredidit celebri P. Faber. Anno 1851 electus est in rectorem universitatis catholicae dublinensis, qua occasione condidit fasciculos literarios Atlantis: post sexennium rediit Birminghamum literisque vixit. Negavit acriter quidem opportunitatem definitionis infallibilitatis rom. pontificis, veritatem tamen adstruit adversus Gladstone. In praemium tot meritorum Leo XIII. virum religiosissimum, modestum et humilem, vitae absconditae

---

[1]) Cf. insigne elogium in Katholik 1889 I, 449—95; 561—89; II, 385 ss.; 1897 II, 50 ss.; KL. XII, 192—96 auctore Bellesheim; The Autobiography of A. Ullathorne with Selections from his letters, Londini 1891 in 8., de qua cf. idem in Lit. Hdw. 1891, 520; cf. et 1892, 524; Gillow V, 560—63 recenset ejus op. sub n. 57.

[2]) Ejus frater Fr. Guilelmus n. Londini 1805 vir pariter admodum doctus, linguarum classicarum prof. Jo. Henricum non est secutus in fide catholica amplectenda († 1897). Plurima reliquit scripta quae cf. Polybiblion 1897 II, 461.

amantem cardinalem creavit 12. Maj. 1879. Decessit venerandus senex 11. Aug. 1890 a. aetatis 90. Mortuum laudibus et encomiis prosecuti sunt scriptores omnis conditionis tamquam unum e maximis Anglorum [1]). Folia periodica vel literaria 170 resonarunt ejus laudibus [2]). Inter ejus opera eminent *Apologia pro vita sua,* Londini 1864, germanice 1865; opus classicum, quo multa continentur ad historiam religiosam et literariam Angliae illius temporis spectantia; *Lectures on certain Difficulties felt by Anglicans* ib. 1850 t. 2; *Via media of the Anglican Church,* quem l. edidit cum adhuc esset anglicanus, Londini 1830—41 t. 3, sed catholicus factus retractavit 1877; *Essay* in Aid of a Grammar of Assent, ib. 1870; *Lectures on the Present Position of Catholics in England,* ib. 1851; germanice 1853; *Loss and Gain* ib. 1876 ed. 7; *Callista,* lectu dignissima et jucundissima; *Discourses* on the scope and nature of University Education, Dublini 1852; *Office and Work of Universities,* ib. 1856; *Lives of the English Saints,* ib. 1844 t. 14, quibus, aliis praetermissis, addantur sermones plurimi plane aurei. Excellunt ejus scripta stili classicitate, disserendi nobilitate, idearum sublimitate, ingenii acumine [3]). Post ejus mortem prodierunt *Letters and Correspondence* of J. H. Newman during his Life in the English Church with a brief Autobiography edited at C. Newman's Request by Anne Mozley [1]), Londini 1891 t. 2; *Meditations and Devotions,* ib. 1883. Opera collecta prodierunt Londini 1868—96 t. 37.

661. Henricus Eduardus Manning n. in Totteridge 15. Jul. 1808 parentibus anglicanis insigni successu studia (1827—30) sua absolvit Oxonii. Postquam per breve tempus adhibitus fuit in ministerio pro coloniis, accepta ordinatione anglicana singulari zelo et studio parochum egit et concionibus suis auditores vehementer commovit. Celebri Newman successit in munere concionatoris academici oxoniensis: sed indigne ferens miseram servitutem, qua ecclesia anglicana sub regimine politico gemebat, muneribus ecclesiasticis se abdicavit et ita nactus est otium, ut de salutis via cogitaret, quam etiam in Ecclesia catholica reperit 6. Apr. 1851. Susceptis sacris ordinibus muneri concionandi et sacras confessiones excipiendi vacavit condiditque 1856 congregationem oblatorum s. Caroli, cujus statuta Pius IX. probavit. A cardinali Wiseman electus est praepositus capituli, a Pio IX. protonotarius apostolicus et post card. Wiseman rejectis aliis candidatis archiepiscopus westmonasteriensis (1865) et 15. Mart. 1875 cardinalis. In conc. vaticano fortiter stetit pro definienda infallibilitate rom. pontificis. Vigilantissimus et

[1]) Cf. Rosenthal, 2, 275—330; Bellesheim Lit. Handw. 1891 c. 141—46, ubi literaturam de ipso exhibet; Bellesheim KL² 9, 219—26; Rich. Hutton, Card. Newman 1891; Gillow V, 165—74, qui ejus scripta sub n. 71 recenset; W. Koch Kirchliche Handl. II, 1116, qui copiosam exhibet literaturam de eo; P. Thureau Dangin La renaissance catholique en Angleterre au XIX. siècle, Paris 1889 p. 1.

[2]) Cf. Glancey The Press on Card. Newman. Birmingham 1891.

[3]) Zimmermann S. J. Stimmen aus Maria Laach 1890 II, 468—79, ubi de ejus operibus disserit, pag. 478 scribit: Die Zaubergewalt Newmans beruht nicht allein in seinem klaren durchsichtigen Stil, der erschöpfenden Darlegung, der Vorwegname aller Gegengründe, so daß der Verstand und das Herz sich gefangen geben müssen, sondern weit eher noch in der Macht seiner Persönlichkeit, in dem Bewusstsein, dass die Sprache vom Herzen kommt, dass es dem Verfasser heiliger Ernst ist, dass alle Geheimnisse des menschlichen Herzens offen vor ihm liegen, dass er getrieben von christlichem Mitgefühl und heiligem Eifer als Bote Gottes, als Diener der Kirche zu uns redet.

[1]) Conspectum ditissimae hujus collectionis lectu dignissimum praebet Bellesheim Katholik 1891 I, 251—67; 325—48.

vere apostolicus praesul promovendo bono Ecclesiae catholicae solertissime incubuit aucto clero, multiplicatis scholis catholicis ad numerum fere 2000, conditis seminariis novem, academia ecclesiastica et 10 altioribus scholis institutis, 30 societatibus operariorum et 100 asylis beneficientiae, aedificatis 1200 ecclesiis et sacellis, erectis 90 monasteriis et 322 domibus piarum feminarum. Hi fructus [1]) ipsius zeli inter annos 40. Miserorum etiam erat potentissimus patronus et apud operarios magna fruebatur auctoritate. „Post vitam sanctam [2]) in terra ad vitam aeternam transivit 14. Jan. 1892". Plurimis quoque scriptis egregiis fideles docuit, errantibus aperuit oculos, dubios firmavit in fide, fidei hostes repressit, omnibus profuit: excellunt enim dictionis classicitate, conceptuum nobilitate, doctrinae sanitate [3]). Huc spectant eloquentissimi ejusdem sermones, Londini 1873 t. 3, etiam germanice *Kirchliche Gelegenheitsreden*, Paderbornae 1869; *The appellate Jurisdiction* of the Crown in Matters Spiritual, Londini 1850 opus egregium; *the Grounds of Faith*, ib. 1852; 1890 ed. 8, germanice *Warum wir glauben*, Paderbornae 1875, opus invictum quod plurimos commovit; *The office of the Holy Ghost* under the Gospel, Londini 1857; *Confidence in God*, ib. 1884 ed. 3; germanice Ratisbonae 1862; Paderbornae 1875; *The Blessed Sacrament* the Centre of immutable Truth, ib. 1864; *the Temporal Mission* of the Holy Ghost, ib. 1865; *the internal Mission* of the Holy Ghost, ib. 1875 ed. 5, opus insigne; interprete Stamm Paderbornae 1877; *the Love of Jesus to Penitents*, Londini 1885 ed. 9; *Sin and its Consequences*, ib. 1885 ed. 5; germanice Paderbornae 1876; *England and Christendom*, Londini 1867; *Petri Privilegium*, ib. 1871, in quo solide decreta vaticana explicat, illustrat, vindicat; *Vatican Decrees* 1875; germanice 1875 adversus Gladstone; *The true Story* of the vatican Council, ib. 1877 ed. 2; germanice 1877; *The Independence of the Holy See*, ib. 1877 ed. 2., germanice Berolini 1878; *The fourfold Sovereignty of God*, ib. 1871; *Miscellanies*, ib. 1877—88 t. 3; *The Glories of the sacred* Heart, ib. 1876; germanice Coloniae 1875; *The eternal Priesthood*, Londini 1883 ed. 8; germanice Moguntiae 1884; 1905 ed. 3; *Religio Viatoris*, Londini 1887; *Essays on Religion and Literature* by various Writers, ib. 1865—74 t. 3; *Passtime Papers*, ib. 1893, collectio dissertationum valde utilium ad praxim et ascesim spectantium; *Sermons* on Eccles. Subjects 1870 ed. 2; germanice 1879. Opera ejus politica praeferuntur dogmaticis et asceticis: aptior dicitur fuisse ad regendum quam ad docendum.

662. His addantur praeter alios ordine chronologico Carolus Seager n. 1808, qui Pusey erat amicus et Oxonii collega. Ad fidem catholicam conversus est cum uxore sua 12. Oct. 1843. Propterea vero expunctus fuit ex universitatis albo et nonnisi parum ante mortem (23. Dec. 1870) in idem restitutus. Clarus erat orientalista[1]). Jam ante suam conversionem ediderat sex epistolas adversus Bricknell inscriptas *Auricular Confession*, Oxonii 1842. — Henricus Guil. Wilberforce n. 22. Sept. 1807 pastor erat anglicanus opu-

[1]) Cf. Lit. Handw. 1892 c. 604.

[2]) Ita in ejus epitaphio.

[3]) Cf. Bellesheim H. E. Manning, Moguntiae 1892, et hujus epitome per plures articulos in Katholik 1892 et KL² 8, 619-26; Zimmermann K. Manning Francofurti 1892; Memorials of Card. M., London 1903; Jo. Oldcastl Purcell († 1899) Life of Card. Manning, Londini 1895 t. 2, quam gravissime carpit et vocat ‚Zerrbild' Bellesheim in Katholik 1896 I, 308—25; 436—56.

[1]) Cf. Gillow V, 488; Rosenthal II, 237—242.

lentae parochiae ac familiari utebatur consuetudine cum tot viris illustribus, qui eo tempore participes erant, duce praesertim Pusey, controversiarum in sinu ecclesiae anglicanae[1]). Exemplum tot aliorum secutus ex ea secessit, renunciavit pingui praebendae et amplexus est fidem catholicam 15. Sept. 1850. Epistola data ad suos parochianos Londini 1851 rationem reddit suae conversionis († 24. Apr. 1873). Redegit ab a. 1854—63 *Catholic Standard,* quod dein transiit in *Weekly register.* The Church and the Empires. Historical Periods, 1874. — Praetermisso St. John pastore quondam anglicano (conv. 1845) Orat. († 24. Maj. 1875). — Ambrosius Philipps de Lisle nobilis admodum prosapiae n. in Garrendon Park 13. Mart. 1809, puer jam fidem est amplexus catholicam (1825), quam non sine laeto fructu, condita Cisterciensium abbatia omnisque generis subsidiis fovere, tueri atque dilatare est nisus. Fuit quidem singularis in nonnullis opinionibus, sed bona ferebatur[2]) intentione († 5. Mart. 1878). — Guil. Palmer n. 12. Jul. 1811 multum sollicitus fuit de concilianda ecclesia anglicana cum graeco-schismatica, quam veram esse Ecclesiam reputabat. Hanc demum reperit cooperante Passaglia Romae, hinc eam est ingressus 28. Febr. 1855 († 4. Apr. 1879). Post suam conversionem inter alia edidit[3]): *Egyptian Chronicles* with a Harmony of Sacred and Egyptian Chronology and an Appendix on Babylonian and Assyrian Antiquities, London 1861 t. 2 in 8; *Commentatio in l. Danielis,* Romae 1874. — Car. Fox Larkin (n. 1800; † 1879) laicus, habilis et potens erat scriptor, quem tamen nimia genii vehementia ultra aequi limites abripiebat[1]). — Anno sequenti (12. Apr. 1880) decessit Thomas Jos. Brown n. 2. Maj. 1798 OSB. theologiae lector (1822—40), episcopus Apolloniae et restituta hierarchia (1850) neoportensis. Reliquit epistolas aliaque opuscula[2]). — Guil. Georgius Ward parentibus anglicanis natus 21 Mart. 1812 splendido fructu Wincestrae et in academia oxoniensi studiis operam dedit seque fervide addixit controversiis religionis, quae tunc Angliam commovebant. Edito 1844 libro seu tractatu *Ideal of a christian church* bellum veluti indixit sectae anglicanae tantamque excitavit tempestatem, ut dignitatibus muneribusque academicis se abdicare coactus sit (1845): sed tempestas ei saluti fuit, nam jam 28. Aug. 1845 fidem est amplexus catholicam. Post aliquot annos (1849) card. Wiseman ipsi etsi laico cathedram concredidit dogmaticam in collegio s. Edmundi, erat enim theologia praesertim scholastica apprime imbutus. Valetudinis gratia cathedrae renunciavit 1857, hortante tamen cardinali redegit fasciculos egregios *Dublin Review* (1862), quibus se fortiter, docte, invicte opposuit liberali sentiendi rationi in rebus theologicis, quae ex Germania tempore et occasione concilii vaticani invadere nitebatur et Angliam. Praeprimis stetit pro philosophia scholastica, quae ipsi unice sana, rationalis, catholica erat; pro infallibilitate rom. pontificis ejusdemque principatu temporali tanto rationum pondere, disserendi constantia, ut »logicus natus« diceretur. Obiit hic vir pietate non minus quam scientia insignis 6. Jul. 1882, a viris doctis laudatus, ab Angliae praesulibus magni factus, a Pio IX. philosophiae doctor creatus, a Leone XIII. primis s. Gregorii M. insignibus honoratus[3]). Dissertationes

[1]) Cf. Rosenthal III, 429—44; Gillow 5, 583.

[2]) Cf. Rosenthal II, 62; Polybiblion 1878 II, 552; praesertim E. Sh. Purcell Life and Lettres of A. Ph. de Lisle, London 1900, cujus epitomen exhibet Bellesheim Katholik 1900 I, 426—444; 519—37.

[3]) Cf. Gillow V, 240 s.

[1]) Cf. Gillow IV, 135—38.

[2]) Cf. Gillow I, 325.

[3]) Cf. *William Ge. Ward* and the Oxford Movement, Londini 1889 a filio suo

illis fasciculis insertae magna ex parte collectae prodierunt: *Essays on the Church's doctrinal authority,* Londini 1880; Essays *on devotional and scriptural Subjects,* ib. 1879; Essays *on Religion and Literature; Witnesses to the Unseen* and other Essays[1]), ib. 1893 a filio ejus edita. Praeterea plurimum laudantur *The Anglican Church* contrasted in every principle of its constitution with the church of every age, ib. 1850; *On Nature and Grace,* 1860; *Science, Prayer, Free Will and Miracles,* ib. 1881 ed. 2. adversus Tyndall; *Essays* on the Philosophy of Theism, ib. 1884 t. 2 adversus Stuart Mill, H. Spencer, Bain etc. — Henricus Formby quondam pastor anglicanus, qui Oxonii et Berolini studiis vacaverat, 24. Jan. 1846 ad Ecclesiam catholicam rediit, et suscepto ordinis sacramento animarum curam in se suscepit. Edidit pro populo historiam biblicam et ecclesiasticam, *State Rationalism in Education,* Dublin 1854 ed. 2; *Safeguards of divine Faith* in the presence of Sceptics, Freethinkers and Atheists: a Series of eight essays chiefly adressed to men of the world engaged in their various professional and social vocations, Londini 1882, utiles quidem sed non satis lucidae et criticae; *A familiar Introduction* to the Study of sacred Scriptures, Londini 1842 in 12. forma epistolarum (14), quibus s. Scripturae praecellentiam ostendit et ad ejus studium fideles exhortatur. Conditum et sagax est opus *Monotheism* in the main derived from the hebrew nation and the Law of Moyses the primitive religion of the city of Rome, London 1877, germanice ed. a Corn. Krieg, qui illius pretium doctis suis et criticis annotationibus auxit[1]), Moguntiae 1880. Cf. Gla 1. II, 664 s. († 12 Mart. 1884). — Thomas Fr. Knox n. 24. Dec. 1822 secutus est Newman in conversione (1845) et ingressus est Oratorium s. Phil. Nerii. Dictus est a Pio IX. honoris causa theologiae doctor († 20. Mart. 1882). Praeter alia edidit *When does the Church speak Infallibly,* Londini 1867, germanice Regensburg 1874, l. bonus et utilis. Praefationem historicam praemisit op. *The first and second Diaries* of the English college Douay and an appendix of unpublished documents ed. a PP. Oratorii londinensis, Londini 1878; et alteri op. ab iisdem ed. *The Lettres* and Memorials of W. Card. Allen (1532—94), ib. 1882. — De Car. Meynell (n. 1828; † 3. Maj. 1882) cf. Gillow V, 2. — Roger Guil. Beda Vaughan OSB. in monasterio s. Pauli Romae extra muros n. 9. Jan. 1834. Post reditum in Angliam (1862) obitis variis muneribus datus est archiepiscopo sydneyensi in Australia Polding coadjutor cum jure successionis (1873), cui et successit 1877, sed morte abreptus est subitanea 18. Aug. 1883 a. aetatis 49. In lectionibus quadragesimalibus proposuit[2]) *Arguments for Christianity,* Sydney 1879; *Christ's Divinity,* ib. 1882; *The Life and Labours* of S. Thomas of Aquin, Londini 1871—72, t. 2 in 8., quod opus in compendium redegit ejus frater Jos. Her. Vaughan Londini 1875. 1890. — Jo. Matthaeus Rhodes laicus nobilis ad fidem conversus est catholicam 1852, quam non solum ore

---

Wilfrido, qui pariter insignis est rei catholicae apologeta, concinnata; cui adjecit *W. G. Ward and the Catholic Revival,* ib. 1893, de quo op. cf. Lit. Hdw. 1889, 353; 1893, 293; hist. Jahrb. 1889, 886; Etudes 1894, 5—25; hist.-pol. Blätter 1889, 953—64; 1893 II, 793—807 auctore Bellesheim, qui jam 1882 II, 267—84 ei illustre posuit epitaphium et in KL. XII, 1213 s.; Gillow V, 572—74; Rosenthal II, 253—63.

[1]) Cf. Bellesheim Katholik 1894, II, 125—38.

[1]) Cf. Gillow II, 309 ss., qui ejus opera sub n. 43 recenset, quorum aliqua sunt de psalmodia, ascetica, paedagogica, apologetica etc.

[2]) Cf. Gillow V, 564. Ejus frater Herib. fuit archiep. londin. et card. eloquens orator (1832—1903).

et calamo sed et vitae ratione est professus († 29. Oct. 1891 a. aetatis 74). Auctor est op. *The Visible Unity* of the Catholic Church, Londini 1870, t. 2 in 8. — Eodem a. 1891 (21. Maj.) decessit Eduardus Healy Thompson pariter quondam pastor anglicanus, qui dum se pararet ad concionem de Ecclesia, in gravia incidit dubia, num Anglicani ad veram spectent Ecclesiam. Diu haesitans, solicite studens eam reperit penes catholicos. Receptus est cum uxore in sinum Ecclesiae catholicae 1846. Relicta sua parochia magno hujus dolore Londinum se recepit, ubi literis vixit. Edidit[1]) opuscula ascetica, et etiam *Remarks on certain Anglican Theories* of Unity, Londini 1846, quo in libello rationes suae conversionis proponit; *A few Earnest Thoughts* on the Duty of Communion with the Catholic Church, Londini 1847 in 8. — Tertius qui hoc anno (2. Maj. 1891) obiit et ad veram redierat Ecclesiam (1845) fuit Albanus Jac. Christie SJ. n. 8. Dec. 1817 Londini. Curam animarum egit atque edidit plures sermones doctos (Lectures), inter quos *Union with Rome,* Londini 1869, etiam ascetica poemata et versiones operum bonorum[2]). — Anno sequenti (17. Ap. 1892) decessit Guil. Henr. Lewthwaite (n. 9. Mart. 1817) et ipse quondam pastor anglicanus ad fidem conversus 3. Apr. 1851. Curam animarum egit et aliquot libellos asceticos composuit[3]). — Non multum antea obierat (28. Jan. 1892 a. aetatis 72). Hon. Colin Lindsay, laicus qui Ecclesiae catholicae se adjunxerat 28. Nov. 1868. Plura jam ediderat theologica ante suam conversionem[4]); post suum ad Ecclesiam reditum *The Evidence for the Papacy* as derived from Holy Scriptures and from primitive antiquity, Londini 1870, in cujus introductione rationes reddit, quare Anglicanorum reliquerit castra; *de Ecclesia et Cathedra* or the Empire — Church of J. Christ, ib. 1877 t. 2; opus incompletum, cum t. 3. morte superveniente perficere non potuerit. Reliquit alia quaedam opuscula theologica. — Guil. Lockhart n. 22. Aug. 1819 Warlinghami prope Londinum parentibus anglicanis lectione bonorum librorum de controversiis et conversatione cum viris egregiis sed de fide vera pariter solicitis veritatem fidei catholicae agnovit eamque est amplexus (1843) moxque ingressus congregationem Rosmini. Exinde animarum saluti operam strenue dedit atque missionarium egit etiam in Hibernia et Scotia. Vir religiosus erat exemplaris. Obiit ordinis procurator generalis mortuusque repertus est 15. Maj. 1892. Edidit plura opuscula[1]) utilia: *A few Thoughts* four Thoughtful Protestants, Londini 1853; *Reasons* for Rationalists, ib. 1853; *The Communion of Saints,* ib. 1868; 1869 ed. 3; *The Old Religion* or How shall we find Primitive Christianity?, ib. 1868; 1870 ed. 3; *Life of Ant. Rosmini,* ib, 1886 t. 2 in 8. etc. — Henr. Nutcombe Oxenham n. 1829, postquam aliquandiu egerat ministrum ecclesiae anglicanae ad fidem conversus est catholicam 1857 et ordinatus sacerdos. Adhaesit familiariter nimis Döllinger, cujus aliquot scripta anglice vertit[2]). Postea tamen

[1]) Cf. Gillow V, 540—2, quem cf. V, 422 de Nic. Rigby (1800—7. Sept. 1886).

[2]) Cf. Sommervogel II, Append. XI; R. Clarke in memoriam F. A. J. Christie in The Month 78, 153—68.

[3]) Cf. Gillow IV, 217—220.

[4]) Cf. Gillow IV, 243—47.

[1]) Cf. Gillow IV, 301—8. Jul. Gordon, qui quondam folium publicum Univers redegit, multorum aliorum anglicanorum conversionem in variis narrat libellis. Inter alia disseruit du Mouvement religieux en Angleterre ou le progrès du catholicisme et le retour de l'église anglicane à l'unité, Paris s. a. suppresso nomine; de la Réunion de l'église d'Angleterre protestante à l'Eglise catholique. Programme du D. E. B. Pusey. Réponse du docteur J. H. Newman, Paris 1867 in 8.

[2]) Cf. Gillow V, 228—30.

ab ejus recessit factione decessitque 23. Mart. 1888. — Franc. Henr. Laing Londinensis n. 9. Apr. 1816 ministrum jam egerat anglicanum, ad veram tamen rediit Ecclesiam (1846). Ingressus est Soc. Jesu (1849), sed cum esset singularis indolis eam iterum reliquit curamque egit animarum († 17. Dec. 1889). Scriptor erat elegans sed et vehemens, hinc excentricus[1]). — Guilelmus Maskell n. 1814 Oxonii studiis operam dederat factusque est minister confessionis anglicanae. Episcopi exetrensis erat sacellanus partemque habuit in famosa Gorhami causa censuitque hujus doctrinam dissentire ab Anglicanorum fide. Delectabatur studiis liturgicis antiquae Angliae ecclesiae atque gradatim ei illuxit veritas Ecclesiae catholicae, quam ingressus est 22. Jun. 1850. Bis matrimonium inierat et cum sufficienti frueretur fortuna, scribendis operibus se dedit, quem in finem divitem bibliothecam sibi collegerat operibus praesertim patrum et liturgicis constantem († 12. Apr. 1890). Ex multis ejusdem operibus et dissertationibus[2]) praecipua sunt: *The Ancient Liturgy* of the Church of England according to the Uses of Sarum, Bangor, York and Hereford and the Modern Roman Liturgy, arranged in parallel columns, Londini 1844; 1846. Hoc opus, cum adhuc esset anglicanus, composuerat estque summi momenti pro studio liturgico. Cum vero ed. factae essent rarae, 3. curavit Oxonii 1882. *Monumenta ritualia* Ecclesiae anglicanae or Occasional Offices of the Church of England according to the Ancient Use of Salisbury cum diss. et notis, Londini 1846—7 t. 3; Oxonii 1882 t. 3 ed. multum aucta.

663. Ex *Belgis* inter apologetas referri possunt Jo. de Decker SJ. Bruxellensis (n. 20. Dec. 1808; † 26. Dec. 1870), cujus praeter *Cours élémentaire de philosophie*, Namur 1850—51 t. 4, est *Sommaire de conférences* sur la religion à l'usage des élèves, ib. fasc. 3 1853—55. — Jo. Baptista Boone SJ. Flander (n. 1. Nov. 1794; † 2. Febr. 1871), cujus inter alia sunt: *Motifs de mon attachement à l'Eglise Catholique,* Bruxellis 1850 ed. 4; *le théâtre,* lisez et jugez, Bruxellis 1840; *Conférence sur les Bibles,* ib. 1840 in 18. adversus Panchaud praeconem protestantem, ib. 1842 ed. 3; *Conférences sur les preuves de la Religion* pour affermir les jeunes gens dans les principes de la foi chrétienne, Alostae 1843 t. 2 in 18; *Manuel de l'apologiste* ou analyses de conférences sur la religion, Bruxellis 1850. 1851 t. 2; opus valde utile, plenum et solidum, germanice interprete Heinrich Mainz 1858, plurimaque alia opuscula polemica, ascetica, practiča[1]). — Constantinus van Aken SJ. Antverpiensis, theologiae professor (n. 23. Apr. 1834; † 11. Febr. 1889) inseruit plures articulos apologeticos vel polemicos fasciculis literariis; habuit Gandavi 1876 praelectiones theologicas pro laicis, quae manuscriptae prodierunt; edidit l. *du Pape* auctore J. de Maistre (pag. 840 ss.), quem annotationibus theologicis et litterariis auxit, Brugis 1884. — Ejus sodalis Ignatius Carbonnelle Tornacensis, qui eodem a. decessit 4. Mart. 1889 (n. 1. Febr. 1829), astronomiae et mathesis professor, et sexennio de instituenda juventute in missione bengala sollicitus, societatis literariae bruxellensis, quam cum aliis condidit, secretarius, praeter plurimas diss. ad disciplinas praesertim, quas profitebatur, spectantes, ostendit *Les Confins de la science et de la philosophie,* Parisiis (1881) ed. 2 in 2 t., opus bonum. Redegit cum magna sollertia et sagacitate illius societatis fasciculos literarios: *Revue des*

[1]) Scripta ejus haud pauca recenset Gillow IV, 93—96.

[2]) Gillow ejus scripta sub n. 43 recenset IV, 504—512.

[1]) Cf. Sommervogel I, 1773—83, qui eorum 56 recenset.

questions scientifiques [1]). — Franciscus Becker SJ. n. Trajecti ad Mosam (7. Mart. 1838; † 15. Nov. 1884), Neo-Eboraci theologiae moralis et juris canonici professor[2]), plurimas diss. apologeticas lingua patria edidit, inter quas insignis est: *Le Principe de causalité* d'après la philosophie scolastique et réfutation de l'empirisme et du subjectivisme, gallice versa a Mansion Ambiani 1877.

664. Belgarum tamen illustrissimus hac aetate erat Victor Augustus Dechamps[3]) in oppido Melle prope Gandavum 6. Dec. 1810 claris parentibus natus. Jurisprudentiae operam primum dederat, sed perspecta mundanorum honorum vanitate viam clericalem, imo et religiosam iniit (1835) ingressu in congr. ss. Red., in qua prima munera obiit. Concionibus eloquentibus omnium in se oculos convertit, ita ut Pius IX. ei destinaret sedem leodiensem, quam vir modestus recusavit, sed ex voluntate pontificis regios principes in religione instituendos suscepit. Laboribus attritus aliquantisper secessum quaesivit, quo usus est ad componenda opera: *le libre examen* de la vérité, Tournai 1857, germanice interprete Heinrich 1857; *Entretiens sur la démonstration catholique de la révélation; Le Christ et les Antichrists,* 1858; t. 2; 1861, germanice 1859 interprete Heinrich. Rectoratum universitatis lovaniensis modeste abnuit, sed a Pio IX. jussus est acceptare sedem namurcensem (1865), inde translatus est ad primatialem mechlinensem (1867), imo 1875 honoratus purpura. Praesul erat apostolicus, fortis et beneficus († 29. Sept. 1883). Plura alia edidit opera adversus protestantes, francomuratorios, liberalismum[1]) etc. *Le grand erreur* de notre temps, Mechliniae 1868; *L'infaillibilité et le Concile gén.,* ib. 1869; germanice Mainz 1869; *de l'Opportunité de la définition dogmatique* de l'infaillibilité du s. Siège en matière de foi, ib. 1869; germaniče ib. 1870; *La Question d'Honorius,* Lettres (3) au R. P. Gratry, 1870; germanice Moguntiae 1870. Scripsit et epistolas ad Dupanloup, germanice Treviris 1870. Ejus opera collecta prodierunt Mechliniae t. 17.

665. *Galli* fuere[2]) Fr. Mart. de Noirlieu parochus et canonicus honorarius s. Dionysii parisiensis (n. 1792; †

[1]) Cf. Précis historiques, Bruxellis 1889 p. 190; Sommervogel II, 725—28; VIII, 1989. Alius a Petro Carbonel († 1890), cujus sunt D. Thomae Aq. *excerpta philosophica,* Avenione 1882 t. 2 in 8., i. e. philosophiae compendium.

[2]) Alius a Dietrich Becker, de quo supra egimus 1136 (et a Hub. Beckers philosopho schellingiano et professore in universitate monacensi († 1889).

[3]) Alius ab eo est Nicolaus Deschamps SJ. Villaefrancae in Gallia n. 12. Dec. 1797, qui quam plurimis libris et articulis (cf. Sommervogel II, 1956) pro libertate institutionis scholasticae fortiter pugnavit († 29. Maj. 1872). Potiora opera sunt: *le Monopole universitaire* destructeur de la religion et des lois ou la charte et la liberté d'enseignement, Lugduni 1843; *Du paganisme dans l'éducation* ou défense des écoles catholiques des quatre derniers siècles contre les attaques de nos jours (scil. c. Gaume), Lugduni 1852; *Cours élémentaire de littérature,* Avenione 1860 in 12; *les sociétés secrètes* et la Société ou philosophie de l'histoire contemporaine, ib. 1874—76 t. 3; 1881 ed. 4 t. 2; *Les fleurs de Marie* ou sa vie, ses fêtes et ses vertus sous l'emblème des fleurs du printemps, Parisiis 1863, liber bellus.

[1]) Cf. Hugues KL² 3, 1435; Saintrain Vie du C. Dechamps, Parisiis 1887; Pieraerts in elogio funebri, quod habes Katholik 1883 II, 508—22.

[2]) Praetermittimus Marty canonicum algeriensem (1892). — Jo. Petrus Mabile (n. 20. Sept. 1800; † 8. Maj. 1877) Bautain, etsi ab hoc magni aestimabatur, refutavit. Erat vicarius generalis Montisalbani, episcopus s. Claudii, dein versaliensis, plurimisque literis pastoralibus vere apostolicis seriem argumentorum apologeticorum pro fide et Ecclesia catholica solide tractavit. Cf. Polybiblion 1877 pag. 543. — Eugenii Tisserand n. 1817 canonici honorarii niciensis exstat *le Plan divin du christi-*

1870), qui praeter libros pro instruenda juventute scripsit *Exposition et défense* des dogmes principaux du christianisme, Parsisiis 1857, ed. plurimum aucta. — Victor de Bonald († 6. Mart. 1871), de quo cf. supra pag. 1041; Jos. Theophilus Foisset (n. 1800; † 1873), qui etsi laicus et publicis muneribus addictus cum tot aliis calamum strinxit adversus Renan[1]): *Ernest Renan, Vie de Jésus,* Bisontione 1863 ed. 5; *Catholicisme et Protestantisme,* Divione 1846 ed. 2. — Ludovicus C. de Plasman Aurelianensis (1790—1883) et ipse laicus sed operum misericordiae pius fautor, praeter alia (cf. Polybiblion 1883, 1, 461) scripsit *les Strauss français:* Lettres critiques sur les doctrines antireligieuses de MM. Littré et Renan, suivi du Musée philosophique tiré des oeuvres de ces deux auteurs et de la Réfutation du système de Strauss sur la Résurrection, 1858 in 12; *les Nouveaux Strauss,* 1871 in 8. adversus Saint-Beuve; *D'où vient l'âme* et comment se transmet elle, 1869 in 18. adversus Loyson. — Constantinus Pietri († 30. Dec. 1878) praeter alia disseruit *de l'existence de Dieu* et de l'immortalité de l'âme d'après les sciences physiques et morales, Paris 1839; 1842. — Jac. Millet SJ. (n. 21. Dec. 1797; † 7. Apr. 1873) reliquit *Petits Traités de la Religion,* Parisiis 1852, 1853; 1858; *De la révolte contre l'autorité divine,* coup d'oeil sur la philosophie contemporaine, Metis, 1856; *Introduction à l'Etude de la religion,* de son histoire, de ses dogmes, de ses institutions, Parisiis 1858 in 12. — Ejus sodalis Eug. Marquigny (n. 18. Dec. 1836; † 28. Jul. 1885) et Petrus Toulemont (n. 1826; † 7. Apr. 1889) plurimos articulos pro religionis tutela foliis literariis inseruerunt. — Hyacinthus Valroger[1]) Orat. Cadomensis n. 6. Jan. 1806 primum medicinae studuit, sed vocationi divinae obsecutus theologiae se addixit. In sodalitio theologiae professorem, novitiorum magistrum et congregationis assistentem egit († 10. Oct. 1876). Sex articulos inseruit Anna-

---

anisme ou les trois oeuvres de Dieu: Création, Rédemption, Eglise, Niciae 1863; 1867. — F. J. Rouillot scripsit *Etudes sociales,* 1881 t. 2 in 8; *Transformation surnaturelle* de l'homme avant et après la mort, 1877. — Franc. Chesnel Corisopitensis, vicarius generalis (n. 1822; † 1876) exposuit *Les droits de Dieu* et les idées modernes, Pictavii 1875—77 t. 2, quo in opere disserit etiam de relatione inter Ecclesiam et societatem civilem. — Chaudé sacerdos in botanica bene versatus sagaciter composuit *La Théologie des plantes,* Paris 1882, in quo juventuti praebet egregium argumentum, ut ex sapientia, quae elucet e mundo botanico, colligant Dei exsistentiam. — Victor Aubin proponit *Actualités* ou réponses aux objections de la science antichrétienne, ut occurrere possimus tot exceptionibus, quae ex variis disciplinis naturalibus jam fieri solent, Paris 1877 ed. 2. admodum aucta; 1882 ed. 3. — Ath. Lucianus Jouve sacerdos proponit *Etudes historiques et scientifiques* sur les preuves de l'existence de Dieu, Parisiis 1887, cujus 1. p. inscribitur Dieu dans l'histoire ou la foi du genre humaine; *Les doctrines negatives* considérées dans leurs rapports avec le dogme de l'existence de Dieu, Paris 1883 in 12. — Toussaint Senigon n. 1805 archipresbyter et canonicus honorarius agenensis reliquit opuscula utilia stilo excellenti conscripta, ut *Coup d'oeil* sur la génération des erreurs sociales et religieuses ou Négation de la hiérarchie divine dans les sociétés domestique, civile et religieuse, Parisiis 1881 in 12. etc.

[1]) Adversus hunc scripsit etiam Petrus Sebastianus Laurentie († 9. Febr. 1876 a. aetatis 83), qui redegit folia publica spiritu catholico, stetit etiam pro juribus sedis apostolicae et reliquit *Introduction à la philosophie,* 1829. Cf. Lit. Hdw. 1876 c. 283.

[1]) Ejus frater Achilles Car. de V. n. 8. Jun. 1801 sodalis fuit congr. S. Sulp. (1822), in eaque docuit philosophiam et ss. literas, necnon et theologiam dogmaticam († 30. Aug. 1878). Collegit *Réflexions sur l'Evangile* pour tous les jours de l'année tirées des Oeuvres de Bossuet, Fénelon, Bourdaloue et Massillon, Paris t. 2 in 12. Cf. Bertrand II, 385.

libus philosophiae christianae 1839. 1840 inscriptos *Les doctrines hindoues* examinées, discutées et mises en rapport avec les traditions bibliques; *Examen des doctrines* contenues dans le Bhagamta-purana et le Veshmpurana, ib. 1842 p. 187—211; *Plan d' une défense du christianisme* d' après la méthode historique, ib. 1841; aliosque plurimos articulos philosophicos, criticos, apologeticos[1]) etc. Etudes critiques *sur le rationalisme contemporain,* Parisiis 1846; 1879, quam curavit ejus frater; Essai *sur la credibilité de l' histoire évangélique* en réponse au Dr. Strauss par M. A. Tholuck traduction abrégée et annotée, ib. 1847; *du christianisme et du paganisme* dans l' enseignement, ib. 1852; *Introduction historique et critique* aux livres du N. T. par Reithmayr, Hug, Tholuck etc., traduite et annotée, 1861 t. 2 in 8; *L' âge du monde* et de l' homme d' aprés la Bible et l' Eglise, ib. s. a. in 12; *La genèse des espèces,* études philosophiques et religieuses sur l' histoire naturelle et les naturalistes contemporains, ib. 1873 in 12; *Pensées philosophiques et religieuses* du comte J. de Maistre choisies et coordonnées, ib. 1879 in 12, quod opus complevit et edidit ejus frater. — Augustinus Bonnetty, etsi a sanae doctrinae tramite aberravit studio minus prudenti tuendae revelationis, huc referri potest[2]). Natus is est in oppido Entrevaux 9. Apr. 1798. Prae nimio amore philosophiae renunciavit vitae clericali, sed semper vixit ut bonus catholicus, imo ut coenobita veterum temporum: Traditionalismi secutus est opiniones, hinc acriter impugnavit studium philosophiae in seminariis. Strenue stetit pro causa Ecclesiae et religionis redegitque *Annales de philosophie chrétienne* 1830 t. 95 in 8), deinde *L' Université catholique* (1838 t. 40). Alia ejusdem opera sunt *Beautés de l' histoire de l' Eglise,* présentant par ordre chronologique ses combats, ses triomphes et les traits les plus propres à instruire etc. Parisiis 1841 t. 2 in 12; *Documents historiques sur la religion des Romains* et sur la connaissance qu' ils ont pu avoir des traditions bibliques par leurs rapports avec les Juifs, ib. 1867—78 t. 4; *le Christianisme et la philosophie* 1845 in 8. etc. Totus in eo incumbit, ut ostendat harmoniam fidem inter et scientiam. Ob traditionalismi errores decreto s. congr. Indicis propositae ei fuere plures (4) prop. subscribendae contradictorie oppositae sententiis a se passim defensas[1]). Decessit 29. Mart. 1879. Gallice verterat quoque cum Paulo Perny et annotationibus illustraverat Jos. Henrici de Prémaré SJ. missionarii († 1735) *Vestiges des principaux dogmes chrétiens* tirés des anciens livres chinois avec reproduction des textes chinois, 1879.

666. Lud. Theoph. Pallu du Parc Pictaviensis (n. 3. Sept. 1804, † 31. Mart. 1877) episcopus blessensis utiles reliquit (141) instructiones pastorales. — Aemilius Bougaud Divinionensis, celebri Dupanloup a secretis, vicarius generalis aurelianensis, dein episcopus Vallis Guidonis (Laval) orator insignis (n. 26. Febr. 1824; † 7. Nov. 1888) edidit *Le christianisme et les temps présents,* Aureliani 1872—74 t. 5, brevi saepius editum, cujus versio germanica interprete principe de Arenberg prodiit Moguntiae 1891—99 t. 5. Ostendit[2]) vero in his quinque t. 1. hominem indigere religione; hanc 2. esse christianam, quae 3. docet mysteria Trini-

[1]) Cf. Ingold Essai de Bibliographie oratorienne pag. 177; Revue des qq. hist. XXI, 274—82.

[2]) Cf. Polybiblion 1879, I, 454; in primis Dedoue A. Bonetty ... Sa vie, ses travaux, ses vertus, ses derniers moments, Paris 1879.

[1]) Cf. Denzinger Enchiridion symb. et definit. n. 1505 ss.

[2]) Cf. Gla 1, II, 39 s.

tatis, creationis et lapsus humani generis, incarnationis et redemptionis; neque 4. sufficere esse quomodocunque christianum, requiri ut sit catholicus, et 5. catholicus, qui ex fide vivit. Est apologia plena, sagax, stilo rhetorico concinnata, audaces tamen subinde tuetur opiniones, ut poenarum inferni mitigationem. *Jésus Christ,* 1885 in 16; 1895 ed. 2; *Etude historique et critique* sur la mission, les actes et le culte de s. Bénigne apôtre de la Bourgogne et sur l' Origine des Eglises de Dijon, d'Autun et de Langres, 1859 in 8; *Histoire de Ste Chantal* et des Origines de la Visitation, 1874 ed. 8; undecies saltem edita; etiam germanice Moguntiae ib. 1872 t. 2; Freiburg 1910 ed. 2; *Histoire de la bienheureuse Marguerite Marie* et des origines de la dévotion au Sacré-Coeur de Jésus, ib. 1874, praecedentis veluti continuatio; ed. habuit saltem 7; *Histoire de s. Monique,* ib. 1874, ed. 7; Histoire *de s. Vincent de Paul*[1]), 1889 t. 2; 1898 ed. 3; *Chronique de l' abbaye de s. Benigne de Dijon* suivie de la Chronique de S. Pierre-de-Bèze, Divione 1876; *Discours* ed. a suo fratre, Paris 1891 ed. 3. — Optime de fide christiana meruit qui eodem anno apoplexi correptus decessit (17. Jan. 1888) Augustus Nicolas Burdigalensis n. 6. Jan. 1807, laicus, in ministerio cultus sectionis caput et inspector bibliothecarum Galliae. Nonobstantibus tot muneris sui negotiis tuendae religioni christianae erat intentus atque studiorum suorum testes sunt opera egregia. *Etudes philosophiques sur le christianisme,* Burdigalae. 1842—45 t. 4, quo innumeris viam veritatis sagaciter aperuit, dubiorum nebulas dissipavit, plurimos in fide confirmavit, et cujus utilitatem innumerae probant editiones: prodierunt enim usque ad auctoris mortem 28 editiones.. Favet tamen traditionalistarum opinioni. Alia ejusdem opera sunt *L'Art de croire,* ib. 1866 t. 2, 1905 ed. 8; germanice Ratisbonae 1867; quae est introductio philosophica egregia et utilis ad fidem christianam pp. 4 *Besoin de croire,* Raison . . . Moyen . . . Bonheur de croire. *La divinité de J. Christ,* ib. 1864, nova demonstratio adversus conatus incredulorum nostrae aetatis, praesertim Renan, germanice Ratisbonae 1864; *Jésus Christ* introduction à l'Evangile, ib. 1875 ed. 2; *La Vierge Marie* et le plan divin 1852; 1870 t. 4, etiam germanice interprete Silvestro Hester Paderbornae 1856, quo in opere multa egregia habentur de b. Maria V.; *du protestantisme* et de toutes les hérésies dans leur rapport avec le socialisme, ib. 1869 t. 2 ed. 3, germanice Mainz 1853; Paderborn 1853; *la Révolution et l' ordre chrétien,* ib. 1873 in 8. connexum cum opere sequenti: *l' Etat sans Dieu,* mal social de la France, ib. 1873 ed. 3; *Rome et la Papauté* ib. 1883, quibus operibus Ecclesiae necessitatem pro ordine sociali patefacit[1]). Omnia haec opera se commendant stili elegantia et vivacitate, idearum nobilitate, disserendi sagacitate et forma ad populi captum accommodata. — Jos. de Bonniot SJ. (n. 20. Apr. 1831; † 19. Nov. 1889) redegit *Etudes religieuses et Bibliographie catholique,* quae egregiis articulis et dissertationibus illustravit, ediditque praeter alia: *la Bête,* Question actuelle, Turonii 1874 in 8; Parisiis 1889; *Les malheurs de la philosophie,* études critiques de phlilosophie contemporaine, ib. 1878 in 8; *Le miracle et les sciences médicales:* Hallucinations, apparitions, extases, fausses extases, ib. 1879; *Hi-*

[1]) Cf. Arthur Loth edidit hoc tempore etiam *S. Vinc. de Paul* et sa mission. Introductionem scripsit L. Veuillot, appendices addiderunt Baudou et Cardier, Dumoulin eam copiose illustravit, adeo ut illustrationes praedominentur, Paris 1880. Redegit aliquamdiu etiam L' Univers.

[1]) Cf. Lapeyre A. Nicolas sa vie et ses oeuvres d'après ses Memoires, Parisiis 1892; Stöckl KL. IX, 276—79; Polybiblion 1888. I, 177.

stoire merveilleuse des animaux, Turonibus 1880; 1883 ed. retractata et aucta; 1890; *Miracle et savants.* L'objection scientifique contre le miracle, Parisiis 1882; *Le miracle et ses contrefaçons:* prodiges païens, hérétiques; magie, spiristisme, hypnotisme, hystérie, possessions, ib. 1887; 1888 ed. retractata et aucta; 1889; 1895; germanice Moguntiae 1889; *Problème du mal.* La douleur chez l'animal, chez l'homme, chez l'enfant, le mal moral, l'enfer, Parisiis 1888 in 18. — Ejus sodalis Franc. Desjacques Sabaudus n. 10. Jan. 1831 juris canonici et historiae ecclesiasticae, dein theologiae Beyruthi professor, pariter redegit *Etudes* (1873—80) iisque inseruit sicut et aliis foliis literariis plurimas doctas diss. de omnis generis argumentis († 10. Oct. 1890). — Eduardus Barthe Aveyronensis (n. 1802; † 20. Maj. 1885 a. aetatis 83) philosophiae professor et canonicus honorarius ruthenensis praeter alia edidit *Raison de ma foi religieuse,* 1880 in 12., liber valde utilis, hinc a plurimis episcopis approbatus; germanice prodiit *Der katholische Glaube vor dem Richterstuhl der Vernunft,* Moguntiae 1882. Praecesserat ejus libellus *Appel à la raison sur la vérité religieuse,* Paris 1850; germanice Freiburg 1853; *L'esprit de la vén. Emilie de Rodat* fondatrice ... des Religieuses de la s. Famille, 1897 t. 2 in 12 ed. 3. *Enseignement dogmatique et pratique* de la religion, 1858 t. 2 in 12. et opuscula ascetica. — Valde popularem apologiam fidei concinavit Guillamin parochus in l. *La religion devant la raison* ou Conversations religieuses d'un cure avec ses paroissiens, Paris 1887.

667. Joseph Felix SJ. (n. 28. Jun. 1810; † 6. Jul. 1891) celeber et potens orator, cujus prodierunt *Conférences* (a. 1856): *Le progrès par le christianisme,* Parisiis 1858; 1862 ed. 5; *Nécessité du Progrès moral* (a. 1857), ib. 1858; 1860 ed. 4; *le progrès moral* par la sainteté chrétienne (a. 1858), ib. 1859; 1861 ed. 3; *le Progrès social* par l'autorité (a. 1859) ib. 1859; 1862 ed. 4; *le Progrès de la société* par la famille (1860), ib. 1860; 1878 ed. 5; *le Progrès par l'éducation chrétienne* (1861), ib. 1861; 1878 ed. 4; *le Progrès de l'intelligence* par l'harmonie de la raison et de la foi, ib. 1862; *Jésus Christ et la critique nouvelle* (1864), ib. 1864; 1866 ed. 3; *L'Economie antichrétienne* devant l'homme, ib. s. d.; .... devant le Christianisme (1866), ib. 1866; *l'objet et la nature de l'art* (1868), ib. 1872; *le Progrès par le christianisme* (1868), ib. 1868; *le Progrès par l'Eglise* (1869), ib. 1869, *le Progrès par l'autorité de l'Eglise* (1870), ib. 1871; *Les rapports essentiels* de l'Eglise avec les peuples catholiques, Leodii 1871; sermones ibidem habiti, sicut et *de la maternité de l'Eglise,* relations essentielles des sociétés catholiques avec l'Eglise, Parisiis 1872; *la Paternité pontificale* devant l'ordre social, ib. 1872; 1876; *Le travail* loi de la vie et de l'éducation, ib. 1856; 1863 ed. 6; 1877; *Le socialisme devant la Société,* ib. 1878; *Christianisme et socialisme* ou le remède au mal social par la charité chrétienne, ib. 1879; *La Confession.* Pourquoi on se confesse; pourquoi on ne se confesse pas, ib. 1891 et plurimi alii sermones[1]), qui excellunt solida disserendi ratione, argumentorum pondere, stili gravitate. — Huic adjungimus alium oratorem admodum celebrem scil. Casparum Mermillod Genevensem n. 22. Sept. 1824, vicarium apostolicum genevensem, dein episcopum friburgensem[2]), quem Leo XIII. a. 1890 car-

[1]) Cf. bene longam seriem apud Sommervogel III, 591—604; Etudes religieuses 1891 t. 54, 591—616; Jenner SJ. Le R. P. Felix, Parisiis 1892.

[2]) Belloc Le C. Mermillod, sa vie, ses oeuvres, son apostolat, Frib. 1892; d'Agrigenti Son. Em. le Card. de Mermillod, Etude sur la vie etc. 1893.

dinalem creavit († 23. Febr. 1892), cujus *Oeuvres oratoires* 1864—91, recueillies et mises en ordre edere coepit A. Grospellier, Parisiis 1893 t. 3. Scripsit etiam *De l'intelligence* et du gouvernement de la vie, 1864; *de la vie surnaturelle* dans les âmes, 1869; *La question ouvrière,* 1862 etc.

668. Car. Daniel SJ. bellovacensis (n. 31. Dec. 1818; † intra 31. Dec. et 1. Jan. 1893) condidit cum J. Gagarin fasciculos literarios: *Études de théologie,* de philosophie et d'histoire, quae prodire coeperunt 1856 et quorum scopus praecipuus est fidei catholicae defensio[1]). — P. J. Jallabert canonicus honorarius s. Genovevae ostendit *le Catholicisme avant J. Christ.* Etudes sur les croyances des peuples qui ont précédé l'ère chrétienne, 1872—73 t. 2 in 8. — Edmundus Lambert[2]) quondam historiae naturalis professor, vicarius generalis ecclesiae N. D. des Victoires parisiensis (n. 1826; † 1886) ostendere nisus est *Accord de la science et de la religion.* Le Déluge mosaïque, l'histoire et la géologie, Parisiis 1868; 1871 ed. aucta; 1877. *Histoire* de l'Eglise de N. D. de Victoires . . . et de l'Archiconfrérie du très-saint et immaculé coeur de Marie, Paris 1872. — Steph. Maistre canonicus honorarius trecensis n. 1815 composuit *la grande Christologie de J. Christ* avec ses preuves et ses témoins, Parisiis 1868—79 t. 22 in 8., in qua totam Christi vitam persequitur et apostolorum discipulorumque ejusdem fata[3]); *S. Clément de Rome,* son histoire renfermant les Actes de s. Pierre, ses écrits avec les preuves qui les réhabilitent, son glorieux martyre, 1884 t. 2 in 8. — Poisson-Grandval parochus scripsit *Dieu et son Christ* ou la vraie religion dans ses causes, ses moyens et ses motifs prouvée et expliquée à un homme du monde, 1875 t. 5. — Huc etiam spectat Fr. Laouënam episcopi flaviopolitani et vicarii apostolici pondicheriani, demum archiepiscopi (n. 1812; † 29. Sept. 1892) opus ab academia gallica coronatum *Du Brahmanisme* et de ses rapports avec le judaïsme et le christianisme, Pondichery 1884—87 t. 2 in 8. — Praeclarum prorsus opus apologeticum composuit Franc. Napoléon Maria Moigno[1]) quondam e soc. J., mathesis professor (1804; † 1884), cui titulus *Splendeurs de la foi,* accord parfait de la révélation et de la science, de la foi et de la raison[2]), Parisiis 1879—82 t. 5 in 8., cujus et *Résumé* dedit, ib. 1881; et inde derivavit *La foi offerte à tous:* le retour à la foi par ses splendeurs, ib. 1880 in 12; *les Livres saints* et la science, leur accord parfait (cum Dessailly) ib. 1884 in 12; *Le pêcheur d'hommes,* ib. 1880. Condidit et redegit duo folia periodica scientiis naturalibus destinata *le Cosmos* (1852 t. 21), et *les Mondes* (1863 t. 39). — Alex. Maria Motais totum se dedit studio biblico clarusque erat s. Scripturae professor in seminario rhedonensi, qui nitebatur discipulos imbuere amore ss. literarum, et canonicus honorarius (n. 20. Jan. 1837; † 19. Febr. 1886) illustrat *le Déluge biblique* devant la foi, l'Ecriture et la science, Parisiis 1885; cujus universalitatem sive quo-

---

[1]) Cf. Etudes 1893 I, 5—8; Sommervogel IX, 166.

[2]) Alius a Carolo Lambert n. 1818 († 1884) cujus sunt *le Système du monde moral,* Parisiis 1862; *l'immortalité* selon le Christ, étude historique, ib. 1865, quorum videtur esse alia editio: *Le spiritualisme et la religion,* ib. 1877 t. 2.

[3]) Cf. Lorenz 10, 201, ubi singulorum t. titulum invenies.

[1]) Cf. Lorenz 3, 497; 6, 280; 10, 283; Hagemann Lit. Handw. 1882, 325; Polybiblion 1884 II, 174; 1879 II, 482.

[2]) Alfred Devers medicus pariter edidit *Accord de la science et de la religion,* Paris 1889, quo in op. collegit testimonia virorum in scientia illustrium, qui hanc harmoniam testantur.

ad locum sive quoad homines[1]) negat; *Moïse, la science et l' exégèse*[2]), examen critique du nouveau système d' interprétation proposé sur l' hexeméron par Mgr. Clifford, évêque de Clifton, ib. 1882; *Salomon et l' Ecclésiaste*, étude critique sur le texte, les doctrines, l'âge et l' auteur de ce livre, diss. sagax et bona, ib. 1876 t. 2 in 8; *L' Ecclésiaste*, introduction critique, traduction française d' après l' hébreu et commentaires, Paris 1877 in coll. La s. Bible avec commentaires ed. a Lethielleux. Versio tamen dicitur minus accurata et elegans; *Origine du monde d' après la tradition*, avec introduction sur la Cosmogonie biblique Caroli Robert Orat. ejus discipuli[3]), ib. 1888, opus posthumum, eruditum, sed mendis inquinatum. Multas quoque doctas diss. inseruit fasciculis literariis[4]). — Similis argumenti sunt opera Joannis d' Estienne *Comment s' est formé l' univers*, Exégèse scientifique de l' Exeméron suivie de Sic itur ad astra, Bruxellis 1881 ed. 2 aucta et emendata; *Le Déluge biblique* et les races antédiluviennes, Bruxellis 1885, in qua diss. contra Brucker SJ. opinionem Al. Motais tuetur. — Ludovici Puech *Bible et géologie* ou Exposé des rapports qui existent entre la science et la révélation, Parisiis 1883 ed. 2., opus bona intentione conscriptum, sed ad scientiae exactae normam non satis expressum. — Alexis Arduin scripsit *la religion en face de la science:* leçon sur l' accord entre les données de la révélation biblique et les théories scientifiques modernes, Lugduni 1877—79 t. 2 in 8; 1881 ed. 3. plurimum aucta. Presse sequitur Gen. c. 1., sed est nimis diffusus: nam excursibus non necessariis indulget. T. 3. adjecit 1883. — Desorges philosophiae et theologiae professor († 1887) plura edidit, inter quae mentione digna: *L' Eglise et les sociétés modernes*, Parisiis 1882; *les erreurs modernes*, ib. 1878; *le Christianisme démontré*, ib. 1887 t. 2; *de l' Origine et de la nature du pouvoir*, ib. 1869. Novam quoque curavit editionem a se retractatam et ad nostram aetatem accommodatam *Theologiae universae* dogmaticae nempe et moralis auctore Thoma ex Charmes (cf. supra p. 16). — P. Verger parochus laicis dedicavit *causeries théologiques*, le christianisme, ses dogmes et ses preuves, Turonibus 1883 t. 2, bonum et utile theologiae dogmaticae compendium. — Lud. Guiol Massiliensis, instituti catholici lugdunensis rector, canonicus honorarius et vicarius generalis massiliensis, praelatus domesticus suae Sanctitatis (n. 1818; † 9. Nov. 1884) dedit *Démonstration philosophique* de la Divinité de J. Christ, 1810 in 8; *de l' incrédulité contemporaine* et de la foi religieuse, 1860 in 8; *la Divinité de J. Christ* affirmée par l' histoire, conférences, Massiliae 1886; *de l' unité de conscience*, Paris 1883 in 8. — Eduardus Hornstein director seminarii solodurensis et theologiae professor (n. 1826; † 1887) praeter alia scripsit[1]) *l' Eglise enseignante* ou le Pape et le Concile; *les Sépultures devant l' histoire*, l' archéologie, la liturgie, le droit ecclésiastique et la législation civile, Parisiis 1868 in 8. Quod argumentum prosequitur in op. *La Crémation* devant l'histoire, la science et le christianisme, ib. 1886 in 8. *Le Divorce*, réponse à M. Al. Dumas et à ceux qui préconisent cette doctrine antireligieuse et antisociale, ib. 1880. Scripsit quoque *Biographie de Mgr. Lachat* évêque de Bâle, ib. 1863 in 8. — Joannes B.

[1]) Cf. Rambouillet opiniones Motais accuratae subjicit crisi in Revue des sciences ecclés. 1886 p. 319 ss. Cf. Vigouroux IV, 1323. Le Hir. Biographiae, Paris 1888.

[2]) Cf. Polybiblion 1884 I, 407.

[3]) Hic bis scripsit: *La Non-Universalité du déluge* adversus Brucker.

[4]) Cf. Polybiblion 1886 I, 363.

[1]) Cf. Polybiblion 1877 I, 462.

Merit parochus (n. 1831) typis dedit *Etude de la religion,* Saumur 1882-85 fasc. 5, in quibus Dei exsistentiam religionis necessitatem, fidei cum ratione consonantiam probat, de vaticiniis et miraculis agit, atque imaginem J. Christi secundum quatuor evangelia delineat. *La foi,* sa nature, ses principaux caractères et sa nécessité, Turonibus 1886 ed .2; *les Epîtres de s. Paul:* traduction nouvelle avec le texte en regard, Parisiis 1888; *Histoire des premiers temps de l' Eglise* d'après les Actes des apôtres et les Epîtres, ib. 1887. Praemiserat jam *Vie de N. S. J. Christ,* utrumque fidelium aedificationi et instructioni destinatum. — Tenougi canonicus honorarius massiliensis n. 1811, libellum inscripsit *Dieu, l'homme et la religion,* Paris 1880, divisum in pp. 4, quarum 1. refellit materialismum, 2. atheismum, 3. deismum et in 4. disserit de divinitate Christi juxta quatuor evangelia. — Pasty canonicus honorarius aurelianensis fuse et bene disputat in op. *L' idée de Dieu,* son origine et son rôle dans la morale, Paris 1881 t. 2. — Francisc. Duilhé de s. Projet professor Apologeticae in instituto catholico tolosano et canonicus composuit *Apologie scientifique* de la foi chrétienne, quae primum prodiit 1885; Toulouse 1890 ed. 3; 1899 ed. 5. et saltem octo subiit versiones; germanice interprete C. Braig, Freiburg 1889. Ea fuit fructus studii a. 15 et tamquam opus plane egregium, in suo genere classicum praedicatur [1]). — Introductionem ad religionem praebet H. Avoine n. 1841 in op. *Du sentiment moral et religieux,* droits et devoirs du coeur dans l'ordre des croyances, Paris 1886 in 8. — Huic affine est *L' homme et les croyances* auctore Henr. Planet (n. 1835) ib. 1886. Ejus quoque est *Dieu d' après la foi,* 1869. — Eugenius Pesnelle theologiae doctor et professor in facultate burdigalensi (n. 1828) exposuit *La science contemporaine* et le dogme de la Création ou la grande méprise du XIX[e] siècle à propos du Vitalisme chimique, du Darvinisme et du Préadamisme, Paris 1879. — A Pernet theologiae dogmaticae professor et canonicus honorarius bellicensis († 16. Dec. 1885) concinnavit *Démonstration catholique* contre le positivisme et le libéralisme etc., Parisiis 1883 t. 2; Etudes historiques *sur le célibat ecclésiastique* et sur la confession sacramentelle [1]) contre les nouvelles attaques des hérésies et de la philosophie, Lugduni 1874. — Inter eos qui fortiter et ardenter steterunt pro libertate instructionis numerari debet Jos. M. Mauritius Emmanuel d'Alzon (n. 30. Aug. 1810) a. 40 vicarius generalis sive honorarius sive titularis nemausiensis († 21. Nov. 1880). Libros quidem non edidit, sed hunc in finem redegit folia literaria vel articulos ditavit et quam plurima bona opera pro causa catholica instituit vel promovit [2]). — Amatus Victor Franc. Guilbert n. 15. Nov. 1812 ex decano parocho factus est (1867) episcopus vapincensis (Gap), dein (1879) ambianensis, demum (1883) ad sedem burdigalensem archiep. translatus et a. 1889 a Leone XIII. creatus cardinalis, mox tamen (15. Aug.) obiit eodam adhuc a. 1889. Semper erat studiis plura edidit opera [3]), inter quae *La Divine Synthèse* ou l'Exposé rationnel au double point de vue apologétique et pratique de la religion révélée, Paris 1884; Gap 1875 t. 3; Paris 1889 t. 2, apologia bona religionis christianae; *Le droit et le de-*

[1]) Cf. Gla 1, II, 56 s.; Polybiblion 1885 I, 418.

[1]) Hanc etiam vindicavit adversus Desanctis Ant. Baud parochus bernensis et protonotarius apostolicus (n. 1805) in l. *L' orthodoxie de la confession sacramentelle,* Besançon 1858; germanice Schaffhausen 1857.

[2]) Cf. Polybiblion 1881 I, 77.

[3]) Cf. L'Episcopat pag. 254; 47; 145; Polybiblion 1889 II, 271.

voir des électeurs, 1871; *L'Eglise, l'Etat et leurs rapports*, 1872; *les devoirs du prêtre* touchant la politique, 1876 ep. duae; *Le monde et Dieu*, ou le fini et l'infini, et leurs rapports, Gap 1879; *Le divorce*, 1884; *La démocratie*, Bordeaux 1886 etc.

669. Lud. Augustus Delalle 9. Oct. n. 1800 archipresbyter tullensis, vicarius generalis nancaeus et episcopus ruthenensis, multum de sua dioecesi restauranda erat solicitus. Fortiter stetit pro quaestione romana, Syllabo et infallibilitate pontificia (1855; † 6. Jan. 1871). Concinnavit *Cours de controverse catholique*, Parisiis 1837—40 t. 4 in 8. Ejus conciones reperiuntur inter Orateurs sacrés ed. Migne ser. III. t. 18. *Lettres* à M. Letronne sur la cosmogonie des Pères de l'Eglise et de la Genèse[1]); *Cours de philosophie*, Paris t. 3 in 8; *Théologie naturelle* ou traité de l'existence de Dieu, ib. 1840; *Psychologie* ou tr. de l'immortalité de l'âme, ib. Cf. etiam supra p. 1398. — Franc. Victoris Roger professoris honorarii academiae cadomensis (n. 1798) Etudes critiques *sur le catholicisme* et réfutation de l'incrédulité moderne, ed. 2. prodiit Caen 1868 in 12. — Joannes B. Caussette superior congr. sacri Cordis tolosanae († 12. Maj. 1880), eloquens et fervidus missionarius a. 36 per magnam Galliae partem, praeter alia[2]) edidit *Le bon sens de la foi* exposé en réponse aux objections philosophiques et scientifiques du jour: 1. p. l'Affirmation chrétienne, 2. p. la Négation antichrétienne, Parisiis 1871 t. 2.; 1873 ed 2. in 12; germanice Mainz 1880, opus bonum; *Ananie* ou Guide de l'homme dans son retour à Dieu, ib. 1878 t. 2. in 18; *Vie du card. d'Astros* (cf. supra p. 1184), 1853 in 8. — Augustus Leboucher in seminario sagiensi theologiae professor disputavit *de Ecclesia Christi* ad normam recentium declarationum s. Sedis et concilii vaticani, Parisiis 1877 in 12; in quo tr. opinionem singularem tuetur, potestatem civilem in societate christiana a Deo derivari per pontificem; *de vera religione* ad mentem s. Thomae, 1880 in 12. — Car. Eugenius Berseaux n. 1822 theologiae professor in seminario nancaeo proponit *les grandes questions religieuses* résolues en peu de mots, Nancaei 1861—62; 1883 t. 4 in 12; *La science sacrée*, Parisiis 1876 t. 4 in 8., quo opere complectitur quae prius distinctis operibus disputaverat de ss. Trinitate (1865 in 12), quam exhibet ut supremam omnium rationem et clavem philosophiae altissimae; *de sacramentis* (Nancaei 1864 t. 3 in 12), deque cultu religioso (ib. 1865 in 12); *les philosophes aux prises avec eux mêmes*, 1866 t. 2 in 12; *l'Ordre des Chartreux* et la Chartreuse de Bosserville 1868 in 8. etc. — Marinus Boylesve SJ. Andegavensis, (n. 28. Nov. 1813; † 22. Febr. 1892), philosophiae professor, plurima edidit; inter quae potiora sunt *Cursus philosophiae* complectens logicam, metaphysicam, ethicam; accedit compendiosa religionis demonstratio et historia philosophiae, Parisiis 1855; etiam gallice, Pictavii 1870; Parisiis 1887; *Petits dialogues de controverse*, ib. 1859; *Triomphe de la foi*, ib. 1861; *l'Eglise et le Pape*, ib. 1862 in 32; *Problèmes contemporains*, ib. 1862—69, in quibus de argumentis ad apologiam christianam spectantibus disputat; *les Luttes de l'Eglise*, ib. 1863. 1864 t. 2, scil. cum paganismo et haeresi; 1878; *Plan d'études et de lecture*, Lugduni 1866 ed. 2; *Les grands siècles* et les grands hommes, 1881; *Jésus Christ et son règne*, Parisiis 1886, opus praeclarum; *Dieu et ses oeuvres*, ib. 1887; *le Pape et l'Eglise*, ib. 1888; *Réponses aux principales objections* contre la Puis-

[1]) Cf. L'Episcopat franç. p. 534. Alazard Notice biogr. Rodez 1882.

[2]) Cf. Lit. Hdw. 89, 131; Polybiblion 1880 I, 543.

sance et l'infaillibilité du Pape 1879; *S. Michel* d'après la Bible et après la tradition, 1882, quae omnia sunt non tam pro doctis quam potius ad populi captum accommodata et valde utilia. His accedunt plurimi alii libelli apologetici et diss. foliis literariis insertae[1]).

670. Ex *italis* huc referri possunt[2]) Jac. Margotti[3]) n. s. Remi 11. Maj. 1823, intrepidus apologeta rei catholicae, jurium in primis romani pontificis. Velut murum aeneum per a. 40 se opposuit foliis periodicis, quae spiritu liberalismi et incredulitatis infecta totam Italiam inficiebant, ut eam a rom. pontifice, Ecclesia et a Deo alienarent, sollertia incredibili, labore indefesso, sagacitate inexhausta duobus foliis, quae diu redigebat scil. *Armonia* primum, dein *Unità cattolica*[4]). Vel potentibus hujus seculi terrori erat, Ecclesiae hostibus maxime exosus: hinc unum vi fuit suppressum ab an. 1866-67. Reliquit et alia scripta: *Le vittorie della Chiesa* nei primi anni del pontificato di Pio IX, 1857, quater editum, gallice et germanice versum; *Le consolazioni del N. S. P. Pio IX.* nelle feste del terzo centenario del Con. di Trento 1863; *Pio IX. e il suo episcopato* nelle diocesi di Spoleto ed Imola, 1877; *Memorie per la storia dei nostri tempi* dal Congresso di Parigi nel 1856 ai primi giorni del 1863, Torino 1866 t. 6 etc. Decessit fortissimus pugil[1]) et bonus miles Christi 6. Maj. 1887, a

---

[1]) Cf. Sommervogel VIII, 1897—1913 sub n. 164; Polybiblion 1892 I, 363.

[2]) De apologia religionis christianae meruit quoque Antonius de Luca (n. 1805; † 28. Dec. 1883) nuncius apostolicus Monachii et Viennae et 1853 cardinalis, vicecancellarius s. R. E., qui quondam redegit insignes *Annali della scienza religiosa*. Meruit et Antonius d'Amelio, qui aliquamdiu redegit *La Scienza e Fede*, qui fasc. post 50 a. prodire cessarunt.

[3]) Alius ab eo est Steph. Margotti, cujus est *S. Pietro e l'Italia* ovvero le relazioni di s. Pietro e suoi successori colle cente città italiane, Torino 1868 t. 2.

[4]) Cf. Less. eccl. III, 341 s. Qua occasione alterius redactoris strenui mentio est facienda, qui fere eodem tempore pro causa catholica zelo intrepido militavit in Gallia, Ludovici Veuillot (n. 11. Oct. 1813; † 7. Apr. 1883), qui redegit ab a. 1843 ad mortem usque *L'Univers*, quod ex folio paucorum lectorum hinc minimae auctoritatis, reddidit folium summae celebritatis et auctoritatis, atque adeo invisum et exosum regimini, ut suppressum fuerit ab 1860—67. Plura alia edidit: *La vie de N. S. J. Christ*, 1864, adversus Renan; germanice interprete Waldeyer, Coloniae 1864; cum plurimis illustrationibus 1874 in 4; 1878 ed. 9; *Le parfum de Rome*, 1861; 1877 ed. 8; *Les Odeurs de Paris*, 1866; *Rome pendant le Concile*, Parisiis 1872 t. 2 in 8; *Mélanges* religieux, historiques, politiques et littéraires, ib. 1842—56 t. 6 in 8; 1861 ed. 2; 1859—61 t. 6 in 8. secunda series; 1875 t. 6 in 8., series tertia, quibus continentur praecipui articuli quos annorum cursu inseruit folio periodico l'Univers, quo ingens exercuit dominium et influxum in innummeros lectores: scripti enim sunt stilo classico, eloquenti, vivaci. Unde in Polybiblion 1883 I, 455 praeter alia elogia legimus: Ce talent, nous le répétons, était de premier ordre et place L. V. dans la petite élite des écrivains destinés à vivre autant que la langue française. Plurimum contulit ad augendam reverentiam erga s. Sedem in Gallia; hujus jura strenue vindicavit et Ecclesiae praerogativas: sed incidit subinde in aliud extremum extenuans rationis vim et jura. Fatendum quoque est eum plus aequo acuisse stilum etiam in scriptores probe catholicos. Cf. Cornut SJ. L. Veuillot, étude morale et littéraire, Parisiis s. d. (1890). Polybiblion 1883 I, 434; E. Veuillot Hommages à L. Veuillot, Paris 1884; Cerceau L'âme d'un grand chrétien, ib. 1908. Ejus *Correspondance* prodiit Parisiis 1885 ss. t. 5. — Adjutorem habuit Veuillot in redactione sui folii Barn. Chauvelot († 17. Aug. 1879), Proudhonii principia est sectatus, imo ei fuit a secretis. Propter opinandi licentiam in carcerem fuit conjectus, qui ei fuit salutaris: nam ad saniorem rediit mentem et exinde factus est ardens apologeta catholicus adversus Renan aliosque incredulos insertis articulis in diversa folia catholica. Cf. Polyb. 1879 II, 271.

[1]) Cf. Civiltà catt. 1887 II, 485; III, 520; Moroni in Indice del Dizionario IV, 273; insigne elogium habes in hist. pol 100, 481—88.

Leone XIII, calamo aureo honoratus. Sacerdos duxit vitam exemplarem; magna devotione ferebatur in b. Mariam V. suisque foliis verum gessit saluberrimum apostolatum. — Ejusdem indolis erat Lud. Nicora Mediolanensis n. 1829, a. 30 parochus mediol., quem Pius IX et Leo XIII magni aestimarunt. Dictus a Leone episcopus comensis, »exequatur« a regimine obtineri non potuit ob animi sui fortitudinem et zelum, quo propugnaverat in La scuola cattolica jura et libertatem Ecclesiae. Dum causa ageretur decessit 27. Nov. 1890. Erat bene versatus in theologia, philosophia, historia etc. — Lud. Previti Panormitanus n. 1823 nondum expleto a. 14. ingressus est Soc. Jesu. Invadente Garibaldi Siciliam a. 1860 coactus est confugere in Galliam, ubi diu philosophiae lectorem egit. Pacatis utcunque rebus italicis rediit in Italiam totumque se dedit praedicationi apostolicae, atque ab 1885 addictus fuit edendae *Civiltà Cattolica*[1]), cui inseruit plures articulos prolixos († 12. Jul. 1892). — Secundus Franco SJ. Taurinensis strenuus operarius apostolicus, concionator insignis et illustris (n. 22. Jan. 1817; † 10. Nov. 1893) praeter opuscula ascetica, propaedeutica, conciones etc. collegit *Risposte popolari alle objezioni più communi* contra la religione, Taurini 1859 t. 2 in 8; Romae 1864 ed 4., saepius editum et in alias linguas versum; *Errori del Protestantismo* svelati ai popoli della campagna, Firenze 1851; Modena 1885 ed. 8. aucta; *L' infallibilità pontificia* proposta ai fedeli, Taurini 1871; inseruit quoque dissertationes fasc. literariis Civiltà Cattolica[2]). Opera collecta prodierunt Modena 1883—89 t. 17. — Famam operibus in defensionem jurium praesertim romani pontificis contra liberales politicos sui temporis merito partam maculavit Car. Maria Curci SJ. Neapolitanus n. 4. Sept. 1810. Liberalibus opinionibus ipse abreptus societate est egressus 1877; sed parum ante mortem (19. Jun. 1891) eas retractavit atque in eam iterum est receptus. Unus e primis fuit, qui sollerter redegit *Civiltà Cattolica*. Praeter alia edidit[1]): *Il paganesimo antico e moderno*, Romae 1862; il *Cristianesimo* antico e moderno, ib. 1860; *La Natura e la Grazia*, discorsi sopra il Naturalismo moderno, Romae 1865 t. 2; *il connubio cristiano*, Utini 1869; *Lezioni sopra i due libri dei Maccabei*, Romae 1872; Lezioni esegetiche e morali *sopra i quattro Evangeli*, Florentiae 1874 t. 2; *opere bibliche*, Neapoli 1890 t. 1: Lezioni ... *sopra Giuseppe in Egitto* con innanzi un discorso sulle attinenze della famiglia; t. 2: Lezioni ... *sopra il l. di Tobia*, Florentiae 1877. Versiones tamen ipsius carent elegantia, subinde sunt nimis diffusae, alias nimis concinnae. Scripsit etiam adversus Gioberti. Praeditus erat memoria tenaci et prompta, stilo utebatur acri et satyrico, disserendi ratione plana et sobria, sed valida, orator fuit insignis et potens. — Eug. Cimati SJ. Foroliviensis (n. 11. Aug. 1819; † 1. Nov. 1881) disseruit *Dell' independenza e libertà* della Chiesa, e del Papa ll., Napoli 1881; *l'arbitrato civile* de Papi ll. 3, ib. 1883; *L' operajo cristiano* nella sua ragione generale, individuale ll. 3, ib. 1879. — Jacobus Bottau Min. Ref. edidit *Il cattolicismo dimostrato* e difeso con le sole parole e ragioni de' suoi nemici, Sampierdarena 1879 t. 2 in 8 ed. 2.

671. Contra omnis generis adversarios prodigiosa prorsus diligentia, infatigabili alacritate, inexhausta facundia Matthaeus Liberatore SJ. stetit. Natus ipse est 14. Aug. 1810 Salerni: sed domesticis curis praepe-

[1]) Cf. Civiltà catt. 1892 III, 361—64.
[2]) Cf. Sommervogel IX, 361—68.

[1]) Cf. Sommervogel II, 1735—40; Vigouroux III, 1036.

ditus anno nonnisi 15. studia accessit: unico tamen anno discendi ardore et ingenii felicitate studia ad literas humaniores usque percurrit, in quibus etiam palmam ceteris praeripuit condiscipulis. Societatem Jesu ingressus est 9. Oct. 1826 a. natus sexdecim. Absolutis studiis ad docendam philosophiam Neapoli est destinatus (1836), quam cathedram tenuit ad a. 1848, quo turbis politicis coactus est Melitam confugere. Sedatis turbis Neapolim revocatus docuit theologiam, condiditque cum Taparelli fol. literaria La *Scienza e la fede* 1841; Romam vocatus iniit cum eodem Taparelli, Bresciani[1]) et Curci consilium de edendis fasciculis literariis sub inscriptione *Civiltà Cattolica*, qui essent propugnaculum causae catholicae qua late patet et sanae philosophiae ad mentem s. Thomae, cui restaurandae manum feliciter admoverat, totoque animi ardore operi se accinxit et annos 42 illis impendit redactoris vel socii munere[2]). Vir erat vere religiosus, paupertatis amantissimus, caritatis, comitatis et candoris singularis († 18. Oct. 1892). Ingens est numerus et magna varietas operum, quae reliquit, ut difficile sit ei assignare locum in hoc theologorum consp ectu secundum disciplinas distributo. Praecipua tamen ejus gloria est restauratio philosophiae secundum principia s. Thomae tanto successu ut senex scribere potuerit: »Quod tunc delirium putabatur nunc eventu probatum laeti conspicimus«. Initium fecit[1]) *Institutionibus logicae et metaphysicae*, Neapoli 1840—42 t. 2 saepissime dein et in variis locis editis; etiam italice, ib. 1848; 1852 ed. 5; adjecit *Ethicae et juris naturae elementa*, ib. 1846 in 8; illas dein ad triennium accommodavit, Romae 1860—61 t. 3; 1872 ed. 5. t. 2 etc. et *compendium* dedit Logicae et Metaphysicae, ib. 1868 in 8; 1880 ed. 3. necnon et Ethicae et juris naturae, Neapoli 1878 saepe editum. Alia ejusdem opera sunt: *Della conoscenza intellettuale*, Romae 1857. 1858 t. 2; Neapoli 1879 ed. 3; *del composto umano*, Romae 1862; etiam sub inscriptione *del uomo* Neapoli 1880 ed. 3. aucta; *degli Universali*, confutazione della filosofia rosminiana difesa da Mons. Ferrè[2]) . . . opuscoli 6, Romae 1883—84 etc. *La Chiesa e lo stato*, ib. 1871; 1872 ed. 2. aucta; *del diritto publico ecclesiastico*, Prati 1887; *Principii di economia politica*, ib. 1889; germanice interprete Kuefstein[3]), Oeniponti 1891; *Opuscoli varii*, scil. del matrimonio: confutazione di una enciclica di Antimo, Roma e il mondo; dialoghi filosofici; Commedie filosofiche, ib. 1868 in 8; *Spicilegio*, Neapoli 1877. 1878 t. 2, quod pariter complec-

[1]) Cum in condenda et edenda *Civiltà Cattolica* magnam partem habuerit Ant. Bresciani SJ., non est prorsus hic praetermittendus. Natus ipse est Alae 24. Jul. 1798, academiae Arcadum socius fuit, vir in literatura plane cultissimus, qui stilo utebatur classico: hinc ejus narrationes rerum gestarum rhetorice descriptae aviditate excipiebantur. Plura scripsit in utilitatem juventutis studiosae, ut *Ammonimenti* di Tionide Nemesiano (nomen ipsius in Arcadum academia) al giovine Conte di Leone de' mezzi per conservare il frutto della buona educazione ricevuto in collegio, Mutinae 1838, saepe editum; Novarae 1839 ed. jam 10. Ejus opera collecta prodiere Romae 1865—69 t. 17, cum vita ipsius (in t. ultimo). Obiit 14. Mart. 1862. Cf. Sommervogel II, 115—31; VIII, 1920.

[2]) Cf. Civiltà catt. 1892, IV, 352—60; Sommervogel IV, 1774—1803.

[1]) Morgott Lit. Handw. 1892 c. 666: In unserem Jahrhunderte das erste Lehrbuch der Philosophie im Geiste und nach den Principien des hl. Thomas, nachmals die Quelle und das Paradigma unzähliger anderer in ganz Europa.

[2]) Petrus Maria Ferrè episcopus primum cremensis (1857), dein ticinensis (1859) demum (1867) casalensis († 15. Apr. 1886) pro Rosmini opinionibus scripsit *Degli Universali*, Casali 1889 t. 9. Cf. de eo Car. Polonini in Biografia di mons. P. M. Ferrè 1886.

[3]) Cf. Hohoff Lit. Hdw. 1891 p. 155.

titur varia opuscula. Innumeras prorsus diss. inseruit *Civiltà cattolica* philosophicas contra ontologismum, rationalismum, aliosque modernos errores, contra liberalismum, cujus opiniones erroneas omnes et singulas acriter impugnat, pro juribus Ecclesiae et romani pontificis tuendis, pro dignitate christiani matrimonii etc. — A Liberatore sejungere non licet sodalem carissimum et strenuum collegam in promovenda philosophia s. Thomae[1]), Jo. Mariam Cornoldi, qui illum aliquot mensibus in morte praecessit 28. Jan. 1892. Patria erat Venetus n. 29. Sept. 1822. Philosophiam docebat Brixinae, Patavii aliisque in collegiis; Romae e suggestu eloquenter errores modernos impugnabat, ad edendam Civiltà cattolica ab a. 1875 plurimum conferebat. Italice scripsit *Lezioni di filosofia,* Romae 1872, 1879 ed. 7, quas em. card. Agostini Venetiarum patriarcha latinas reddidit ob earum utilitatem inscriptas: *Institutiones philosophicae* ad mentem d. Thomae Aq. ab auctore recognitae et auctae; *La Filosofia scolastica speculativa* di s. Tommaso d'Aq.; Nozione elementare *dell' Ontologismo* Bononiae 1878; *il Panteismo ontologico* e le nozioni di Ontologia del M. R. G. Buroni, ib. 1878; *Il Rosminianismo* Sintesi dell' Ontologismo e del Panteismo ll. 3, Romae 1881; *i sistemi meccanico e dinamico* circa la costituzione dei corpi, Veronae 1864; *la conciliazione della fede cattolica* con la vera scienza, Bononiae 1878 ed. 2; *Della pluralità delle forme* secondo i principii di s. Tommaso, ib. 1877 commentarius ad opusc. s. Thomae *de pluralitate formarum,* cujus partem ultimam Uccelli recenter repererat. *S. Pietro in Roma* tre conferenze, Romae 1872; Parmae 1875, coll' appendice della confutazione di un opuscolo di un ministro protestante sopra lo stetso soggetto, ib. 1872; *Sententia s. Thomae Aq.* de immunitate b. V. Dei parentis a peccati originalis labe, Brixiae 1868; Neapoli 1870 ed. aucta, in qua ingeniose nititur ostendere doctorem angelicum doctrinam catholicam non negasse. Edidit iterum *thesaurum philosophicum* seu distinctiones et axiomata philosophorum Georgii Reeb (cf. III[3] 966) auctum Brixinae 1871. Condidit duas academias philosophicas et duo folia literaria *La scienza italiana,* quae dein transiit in *La Scuola cattolica.* — Ant. Abdon de Paz Hispanus reliquit *El arbol de la Vida* estudios fundamentales sobre el cristianismo, Matriti 1877. — Petrus Nuñes Pernia OSB. episcopus cauriensis (1868; † 22. Mart. 1884), insignis theologus et philosophus, pastorum exemplar, qui in clero studium solidum promovit, composuit utilem *Catecismo filosofico-moral practico,* 1870. — Ant. Comellas y Cluet (n. 1832; † 23. Jul. 1884) impio Draperi operi opposuit bonam *Demonstracion de la armonia entre la religion catolica y la ciencia,* Matriti 1880; *Introduccion á la filosofia* o sea doctrina sobre la direccion al ideal de la ciencia, Barcelona 1883, opus sagacis ingenii, in quo revixisse videtur Balmes: in eo juxta mentem Leonis XIII totus est in restauranda philosophia scholastica. Magnam prodit eruditionem in philosophia neoterica. — Contra eundem Draper disputavit Mich. Mir Palmae in Majorica insula n. 11. Dec. 1841, academiae regiae membrum unanimi suffragio electum (1886), et usque 1891 sodalis Soc. Jesu, in *Harmonia entre la ciencia y la Fé,* Madrid 1881; 1885 ed. multum aucta; 1892, varias in linguas versa, germanice a Jo. Jehly, Regensburg 1883 in 8., quod opus eruditum stilo rhetorico et vivido conscriptum sane utile est et accuratum[1]). *La Crea-*

[1]) Cf. Civiltà catt. 1892 I, 348—52; Sommervogel IX, 114—20.

[1]) Cf. Straub Ztschr. für kath. Theol. V (1881), 721—29; Gla 1, II, 349 s. Contra Draper scripsit et Salvator di Bar-

cion segun que se contiene en el primer capitulo del Genesis, ib. 1890 in 4. Plurium auctorum veterum opera cum praefatione iterum edidit. — Thomas Camara collegii s. Augustini Vallisoleti pariter arripuit calamum adversus fidei hostes in *Contestacion* a la Historia del conflicto entre la Religion y la Ciencia de Juan G. Draper, Valladolid 1879 in 8. — Vinc. Manterola canonicus poenitentiarius toletanus statuit solide stilo eleganti utiles *Afirmaciones catolicas,* Matriti 1884 adversus errores obvios de tolerantia, contra poenarum aeternitatem etc.

672. In *America*[1]) illustre nomen sibi comparavit Mart. Jos. Spalding n. 23. Maj. 1810 parentibus colonis catholicis medias fere inter silvas. Ob praeclaras ingenii dotes ab episcopo Flaget, viro vere apostolico, cui Ecclesia catholica in illis regionibus plurimum debet († 11. Febr. 1850) Romam in collegium de propaganda fide fuit missus (1830—34), quem ibi aegrotantem vel Gregorius XVI. invisit. Redux statim parochus atque in seminario ludovicopolitano philosophiae professor est constitutus alacriterque se accinxit muneri apostolico. Ad tuendam fidem contra tot insectationes haereticorum condidit folium hebdomadarium *Catholic Guardian,* et redegit *Catholic Advocate* (1835) aliisque foliis inseruit articulos. Habebat et publicas praelectiones, unde enatum opus *Evidences of Catholicity*[1]), Louisville 1847; Baltimore 1866 ed. 6. Postquam septennio jam vicarii generalis munere rexerat dioecesim, factus est coadjutor cum jure successionis (1848). Sollicitudine apostolica lustravit suam dioecesim, cujus bonum omni qua poterat opera promovebat. Plurimas infatigabili suo zelo ad Ecclesiam reduxit, multaque, etiam insectationes cruentas, passus est a fanaticis Ecclesiae hostibus. Anno 1864 translatus est ad sedem archiepiscopalem baltimorensem († 7. Febr. 1872). Coegit concilium plenarium, cui interfuerunt archiepiscopus 1, ep. 38, abbates 3, theologi 120. Edidit intrepidus apologeta et ecclesiae americanae splendidum decus[2]) praeterea *History of Protestant Reformation,* Baltimore 1865 ed. 7; *Miscellanea,* 1855; *Sketches* of the Life . . . of Bp. Flaget, Ludovicopoli 1853; *D' Aubignés History of the Reformation Reviewed* and Refuted. Ejus scripta sunt clara, ad populi captum accommodata, fortia. — Fridericus Bram-

---

tolo canonicus panormitanus La Storia del conflitto Saggio di un esame critico dell'opera, fra la religione et la scienza, Palermo 1881 ed. 2.

[1]) Inter pugiles pro causa catholica numerari potest Dr. Orestes Aug. Brownson, n. 9. Sept. 1809, qui infans ne baptizatus quidem institutione religiosa prorsus caruit. Omnibus se addixit erroribus ac sectis, donec gratia divina illustratus veritatem agnovit seque Ecclesiae catholicae adjunxit a. 1844, et exinde intrepidus extitit ejus apologeta. Nimio tamen aestu abripiebatur in opiniones extremas et erroneas. Condidit et redegit *Quarterly Review* ab a. 1837; ab a. 1872 novam ejusdem seriem, quae mox prodire cessavit, ut locum faceret: *American Catholic Quarterly Review,* ad quam et ipse suam contulit symbolam († 17. Apr. 1876). Encycl. Brit. Americ. Suppl. I, 554. Cf. ejus *The Convert* or leaves from my experience 1857; germanice interprete Schündelen 1858; *Liberalism versus the Church* 1875; *Spirit Raper.* Opera ejus collecta prodierunt t. 20 Neo-Eboraci 1883—85. Ex schedis mihi benigne transmissis a Jo. B. van der Pol SJ. — De Aug. Thebaud Gallo, sed missionario in America († 17. Dec. 1885) cf. Sommervogel VII, 1961. De Ecclesia praesertim operibus et pluribus diss. egit.

[1]) Opus similis argumenti edidit Ludovicus Jouin SJ. Neo-Eboraci philosophiae professor (n. 14. Jun. 1818): *Evidences of Religion.*

[2]) Cf. J. L. Spalding The life of the M. R. M. J. Spalding 1873, et exinde Katholik 1874 II, 72—102; Hillig KL. XI, 537. Acta concilii habentur in coll. lac. III, 323 ss.

bring SJ. disseruit *de incarnatione*, Woodstock 1886. — Isaac Thomas Hecker n. est 18. Dec. 1819 Neo-Eboraci parentibus protestantibus. Ad fidem conversus 1844 ingressus est O. SS. Red. (1845) atque missionarium egit. E congregatione dimissus novam condidit a s. Paulo cognominatam pro conversione protestantium († 22. Dec. 1888). Edidit praeter alia *Catholicity in the U. S.*, 1879; *The Church and the Age*, an exposition of the catholic church in view of the needs and aspirations of the present age, Neo-Eboraci 1887 in 8., Friburgi 1875 eloquens fidei catholicae apologia. Condidit quoque *The Catholic World* [1]). Auctor est sic dicti Americanismi. — His addimus Franc. X. Weninger SJ. natione quidem Austriacum, qui tamen potiorem vitae partem in America transegit. Natus est hic apostolus novi orbis in Wildhaus arce Stiriae prope Marburgum 31. Oct. 1805. Impensis imperatricis Carolinae Augustae optimo successu studiis operam dedit, lauream theologicam Viennae est adeptus et jam aetatis a. 25 theologiae dogmaticae Graecii professorem egit. Vocationis gratia se sensit impulsum, ut Soc. Jesu ingrederetur, cui se adjunxit 31. Oct. 1832. Oeniponte theologiam dogmaticam sodales docuit, ibique se jam prodidit ille spiritus apostolicus, quo tota dein vita animabatur. In omnium rerum conturbatione a. 1848 inde exturbatus, transiit in Americam, ubi a. 40 indefessa sedulitate, infatigabili zelo, inexhausta concionandi copia missionarium egit vere apostolicum, cui similem hoc seculo vix novimus. Octies noviesque subinde per diem concionabatur coram infinita hominum multitudine, alia atque alia lingua pro varia auditorum nationalitate. Ex pulpito transibat in confessionali et ex hoc in pulpitum vix aliquot horas indulgens somno. Status foederatos quaqua versus peragratus est et usque ad decrepitam aetatem ab habendis missionibus nunquam destitit. Sed non solum sermone, verum et calamo voluit prodesse: neque facile intelligitur, quomodo missionibus, concionibus, exercitiis tradendis, confessionibus excipiendis adeo occupatus, prolixis etiam precibus deditus, potuerit tot libros et libellos edere: edidit enim ultra 40 lingua germanica, 16 anglica, 8 gallica et 3 latina. Ea quidem non sunt opera docta, tamen ad populi captum adeo accommodata, ut intra paucas hebdomadas exhaustae fuerint editiones tanta legebantur aviditate. Praetermissis homileticis, catecheticis, asceticis huc spectant: *Die Apostolische Vollmacht des Papstes* in Glaubensentscheidungen, Oeniponte 1841 in 8; Augustae 1842; *Handbuch der christkatholischen Religion*, Ratisbonae 1858; 1862; *Ostern im Himmel*, Betrachtungen über die Freuden des Himmels, Moguntiae 1865 in 16; *Protestantism and Infidelity*, 1864, decies saltem editum; *Die Unfehlbarkeit des Papstes* als Lehrer der Kirche und dessen Beziehung zu einem allgemeinen Concilium, Einsiedeln 1869 in 8. etc. Decessit vir apostolicus laboribus exhaustus 29. Jun. 1888 a. aetatis 83.

673. *Theologiam dogmaticam* plures vere illustrarunt, inter quos eminet Jo. Perrone SJ., n. Chierii Pedemontii civitate 11. Mart. 1794. Absolutis studiis et adepta laurea theologica in universitate taurinensi unus e primis fuit, qui ingressus est Soc. Jesu a Pio VII. restitutam (14. Dec. 1815). Mox destinatus est qui doceret Urbe vetere (Orvieto) theologiam dogmaticam. Post septennium Romam accitus in collegio romano eandem occupavit cathedram, donec in rerum omnium perturbatione a. 1848 coactus est solum vertere et in Angliam confugere.

[1]) Cf. Stimmen aus Maria Laach LV (1898), 388 ss.; kirchliches Handl. I, 1869; Katholik 1875 II, 512—47.

Restituto ordine ad eandem rediit cathedram, quam pluribus adhuc annis ornavit. Magni factus est a Leone XII., Gregori XVI. et in primis Pio IX., qui ejus merita purpura remunerari cogitavit, nisi tanti viri vere religiosi obstitisset humilitas. Pluribus addictus fuit congregationibus, praesertim illi, quae de Hermesii doctrina inquirebat quaeque definitionem dogmatis de immaculata Virginis conceptione praeparabat († 28. Aug. 1876 a. aetatis 82). Maxime innotuit suis *praelectionibus theologicis,* Romae 1835—42 t 9, quarum plurimae sunt editiones (Taurini 1865 ed. jam 31.), quas etiam in compendium redegit, Romae 1845 t. 5 (Taurini 1872 t. 2 ed. jam 33; 1888 ed. 42). Eae diu innumeris in seminariis adhibitae fuere: commendant enim se sanitate doctrinae, claritate, eruditione, qua vel recentissimorum omnis generis adversariorum rationem habet eorumque expendit exceptiones. Etsi nonnulla in illis merito desiderantur, pretium etiam modo habent ob ingentem quem exhibent literaturae theologicae thesaurum. Complementi instar adjecit praelectiones theologicas *de virtute religionis* deque vitiis oppositis, nominatim vero de Mesmerismi, somnambulismi ac spiritismi superstitione, Parisiis 1866 in 4; Taurini 1867; *de virtutibus fidei, spei et caritatis,* Ratisbonae 1865; thesim dogmaticam *de immaculata b. M. V. conceptione,* Romae 1855. De hoc argumento ediderat jam ante dogmatis definitionem opusculum valde utile: *De immaculato b. V. Mariae conceptu* an dogmatico decreto definiri possit, Romae 1847; Avenione 1848; Matriti 1848; Mediolani 1852 ed. 10; *de romani pontificis infallibilitate* seu vaticana definitio contra novos haereticos asserta et vindicata, Taurini 1874; *Il Protestantismo* e la regola di Fede, Romae, *de matrimonio christiano* ll. 3, Romae 1858 t. 3 in 8; Lodi 1862; *s. Pietro in Roma* ossia la verità storica del viaggio di s. Pietro a Roma [1]), ib. 1861; Taurini 1865 in 16; *l' idea cristiana della Chiesa avverata* nel Cattolicismo, Genuae; *l' idea christiana della Chiesa distrutta* nel protestantesimo, ib. 1862; *l' apostolato cattolico* ed il proselitismo protestante, ossia l' Opera di Dio e l' Opera dell' Uomo, ib. 1862 t. 2 in 8; *La Lucilla disingannata* ossia il protestantesimo svelato, Taurini 1866; 1867; *de D. N. J. Christi divinitate* adversus hujus aetatis incredulos, rationalistas et mythicos ll. 3, ib. 1870 t. 3 in 8; *i Valdesi primitivi,* mediani e contemporanei, ib. 1871. Plurimas quoque diss. vel relationes et conspectus literarios de operibus doctis elaboravit ediditque, ita *de Hermesianismo,* in cujus damnatione partem habuit: *L' Ermesianismo* art. 2, Romae 1838. 1839; germanice Ratisbonae 1839; *Riflessioni* sul metodo introdotto da G. Ermes nella teologia cattolica e sopra alcuni speciali errori teologici del medesimo, Romae [2]).

674. Raphael Cerciá SJ. Neapolitanus (n. 2. Apr. 1814; † 2. Jun. 1886) in collegio romano theologiae dogmaticae professor elaboravit [3]) tract. theologicos, quibus praecipua s. theologiae capita ... enucleantur, scil. *de Ecclesia,* Neapoli 1849; 1852; *de rom. pontifice,* ib. 1850; Parisiis 1878 ed. 5. (cum priori tr.); *de gratia Christi,* Neapoli 1853; Parisiis 1879 t. 3 ed. 3; *de ss. Trinitatis mysterio,* Neapoli 1880; *Manuale Cattolico* compreso in conferenze religiose, ib. 1855 in 8; 1857 adversus recentiores errores; *La parola della Bibbia* ed i veri credenti, saggio dogmatico-critico di religione, ib. 1862;

---

[1]) Eodem fere tempore Ant. Trama professor neopolitanus edidit *il viaggio di s. Pietro* ed il suo primato nella chiesa, Napoli 1867; 1878 ed. 3; *Storia universale* della chiesa cattolica, ib. 1883—84 t. 2 in 16.

[2]) Cf. Sommervogel VI, 558 ss.

[3]) Cf. Sommervogel II, 982.

1874 ed. 3. — Josephi Paria SJ. (n. 15. Jul. 1814; † 13. Oct. 1881) hic mentio fieri potest, quia ex autographo primum edidit celeberrimi Fr. Toleti SJ. (III, 255[3]) *in Summam theologicam s. Thomae Aq. enarrationem,* Romae 1869, 1870 t. 4 in 4. et Jo. B. Ptolomaei SJ. *de romano b. Petri pontificatu* diss. polemicas (IV[3], 1034), ib. 1867. — Eugenius Pisatti Min. parochus taurinensis dedit *La religione in pratica,* corso completo di istruzioni catechistiche, Taurini 1878 t. 5, cursum scil. popularem theologiae concionibus concisis et claris comprehensum. — Obiit cum Ecclesia reconciliatus 12. Mart. 1887, qui ratione ingenii optimis primisque theologis potuisset accenseri, nisi tristi sua defectione maculasset gloriam suis operibus prioribus merito partam, Car. Passaglia quondam SJ. et illustris theologiae dogmaticae professor in collegio romano. Politicis opinionibus abreptus ordinem deseruit et spiritu hostili se opposuit principatui praesertim temporali romani pontificis. Potiora ejusdem opera sunt: *De praerogativis b. Petri,* Ratisbonae 1850, opus accuratum, eruditum, plane insigne; *Commentariorum theologicorum,* pp. 3 in 1 v., Romae 1850—51, in quibus nonnulla erudite tractat, quae spectant ss. Trinitatis mysterium; in p. 3. vero fuse admodum, praesertim secundum mentem patrum, de partitione voluntatis divinae in primam et secundam; *de Ecclesia Christi ll. 5,* Ratisbonae 1853 t. 5, opus non absolutum; *de aeternitate poenarum* deque igne inferni, ib. 1854; Romae 1855, diss. bona; *de immaculata Deiparae semper virginis conceptu,* Romae 1854 t. 3 in 4., opus quidem immensae eruditionis ingeniose dispositum, sed mole sua lectorem opprimens. *Conferenze* de argumentis apologeticis praeclarae, quae habentur in Civiltà Catt. Sec. I t. 5. 6. 7, germanice, Regensburg 1853. Edidit quoque s. Augustini *Enchiridion* cum doctis annotationibus Faure, 1847. Coepit novam ed. *theol. dogmatum* Petavii, sed ea non pervenit ultra t. 1., Romae 1857 (cf. supra III[3], 977).

675. Ex *Hispanis* Valentinus Casajoana SJ. Barcinonensis (n. 29. Dec. 1828; † 28. Maj. 1889) philosophiae et theologiae etiam Romae professor subtilis ingenii reliquit *disquisitiones scholastico-dogmaticas,* Barcinone 1888-90 t. 3, scil. de theologia fundamentali et de Ecclesia, opus in parte scholastica excellens [1]); et *compendium theologiae moralis* P. Jo. P. Gury, 1882 ed. 2. hispana, annotationibus ex jure hispano auctum et illustratum. — Theologiae compendium [2]), Matriti 1874, reliquit et Michael Sanchez († 1889). — Jo. Gonzales canonicus vallisoletanus et examinator prosynodalis toletanus († 20. Dec. 1883) multos articulos inseruit fasciculis literariis et foliis publicis, ediditque *Catecismo de la Virgen* y de Perseveranza Sermones escogidos morales y dogmaticos t. 10 in 8; disseruitque bene de pontificibus cujusvis seculi, speciatim sec. 19., 1853. — Franc. Cuadrado OSA. edidit Compendium tr. *de virtutibus,* donis, beatitudinibus et fructibus, Madrid 1877.

676. *Germania* hac periodo merito gloriatur magnis egregiisque theologis.

---

[1]) Lamoureux in Polybiblion 1880 I, 329: Une dialectique subtile et vigoureuse, un beau style latin dont la concision s'allie toujours à la clarté, telles sont les qualités que l'on admire en chacune des pages de ces courtes dissertations; Sommervogel VIII, 200.

[2]) Es trägt das Gepräge einer gewissen Flüchtigkeit an sich und steht mitten im Strome der Zeit, nach allen Seiten hin die alte katholische Wahrheit theologisch, apologetisch, speculativ gegen die mannigfaltigen Irrthümer der Gegenwart vertheidigend; aber man gewinnt daraus keine geringe Achtung, wie vor dem kirchlichen Sinn, so vor der tüchtigen theologischen und allseitig wissenschaftlichen Bildung des geistvollen spanischen Priesters. Katholik 1875 II, 631.

Praetermissis Jos. Deharbe SJ. argentoratensi (n. 1. April 1800; † 8. Nov. 1871), cujus laus sunt *catechismi* varia forma editi[1]), per universum fere orbem catholicum linguis vulgatis tredecim, prolixiori etiam forma in opere *Populäres Lehrbuch der Religion* oder der kath. Katechismus gründlich und gemeinfasslich erklärt u. durch Gleichnisse und Beispiele erläutert mit steter Berücksichtigung unserer Zeit[2]), Monasterii 1851, Ratisbonae t. 2; Paderbornae 1857—61 t. 4, optimum theologiae compendium, quod in epitomen redegit 1865—68 t. 2; 1911 ed. 7; cui adjecit *Religionsgeschichte* oder Beweis für die Göttlichkeit der christlichen Religion aus ihrer Geschichte von Erschaffung der Welt bis auf unsere Zeiten; et cujus etiam est; *Die vollkommene Liebe Gottes* in ihrem Gegensatze zur unvollkommenen und in ihrer Anwendung auf die vollkommene und unvollkommene Reue, dargestellt nach der Lehre des h. Thomas von Aq., Ratisbonae 1856. — H. Adams, qui concinnavit *Repetitorium* der kathol. Theologie: Dogmatik, Regensburg 1876; *Moraltheologie* 1878. — Jo. Jehly cujus est *Handbuch* für den kath. Pfarrkonkurs, Regensburg 1889 — dignissimus est qui primus nominetur Jos. Kleutgen, qui restaurator theologiae scholasticae ad normam veteris per Germaniam salutari potest, et quem Scheeben encomiastice „Thomam redivivum“ appellat, imo Leo XIII, „principem philosophorum“ dixisse fertur. Natus est Jos. Guil. Car. Kleutgen Tremoniae (Dortmund) in Westphalia 9. Apr. 1811. Frequentavit universitatem monacensem, academiam monasteriensem et paderbonensem. Nomen dederat societati academicae, hinc periculum incurrit, ut caperetur tempore illo academicae libertati adeo infenso: quod ut praeverteret in Helvetiam secessit mutato nomine in Peters (1834—46). Propositum jam antea conceptum ingrediendi scil. societatem Jesu, etsi nullum hactenus viderat jesuitam, exsecutus est a. 1834. Romam vocatus eloquentiam sacram in collegio germanico docebat (1863—69) simulque consultoris congregationis Indicis munere est functus. Ab a. 1856—62 Societatis erat secretarius; in universitate gregoriana studiorum praefectus studiisque totus deditus. Ultimos vitae annos transegit in Tiroli, ubi decessit 13. Jan. 1883. Haec potiora ejusdem opera[1]): *Ueber die alten und neuen Schulen,* Moguntiae 1846; Monasterii 1869 ed. aucta, quo l. modernorum pruritum carpit spernendi vetera et innovandi omnia in juventutis institutione: *Ars dicendi* priscorum potissimum praeceptis et exemplis illustrata, Romae 1847; Taurini 1903 ed. 14. in 8., opus magna accuratione et stilo nitido elaboratum; *Die Theologie der Vorzeit vertheidigt,* Monasterii 1853-60 t. 3; 1867—74 t. 5, opus ejus praecipuum, in quo scholam veterem tuetur circa doctrinam in primis de Deo uno et trino, de Deo creante et elevante, de fide, de Verbo incarnato adversus exceptiones recentiorum, praesertim Hermes, Günther, Hirscher: adjecit dein *Die Philosophie der Vorzeit verteidigt*[2]), ib. 1860—63 t. 2; Oeni-

[1]) Cf. Sommervogel 2, 1875—1884.

[2]) Commendatione quoque dignum est *Die kath. Religion* in ihrer Glaubens- und Sittenlehre, Luxemburgi 1855—62 t. 3 in 8; 1869 t. 2 in 8. ed. 2. Nicolai Wies canonici, qui natus est 3. Oct. 1817 in Altlinster oppido ditionis luxemburgensis. In athenaeo patria professor erat religionis a. 36 (1843—79). Zelo animarum flagrabat multosque in viam bonam deduxit († 14. Jan. 1879). Plura reliquit opuscula ascetica, et *Biblische Geschichte des A. u. N. Testamentes,* ib. 1862 in 12. ed. 4.

[1]) Cf. Liesen Katholik 1883 p. 523—43; Langhorst Stimmen aus Maria Laach 25, 105—24; 393 ss.; 489 ss.; Sommervogel IV, 1113—16; Lauchert allg. d. Biogr. 51, 216; in primis Hertkens P. Jos. Kl. Regensburg 1910.

[2]) Cf. Gla 1, II. passim, praesertim p. 392.

ponte 1878 t. 2, cum tribus appendicibus admodum utilibus de ontologismo, quem Gallus quidam pseudonymus (Sans-Fiel) impugnavit in l. *de l'orthodoxie* de l'ontologisme modéré et traditionel (Paris 1869); in fasciculo 2. tuetur se adversus Dieringer; dein in 3. disserit de intellectu agente; de fide fasc. 3., Monasterii 1868-1875. Coepit *Institutiones theologicas,* Ratisbonae 1881 t. 1. primus de Deo uno et trino, sed et unicus. *Kleinere Werke,* Monasterii 1869—74 t. 5, quorum l. complectitur Leben frommer Diener und Dienerinnen Gottes, 1869 ed. 2. (1854); 2. Briefe aus Rom, in quibus nonnulla corrigit ex iis, quae in suis literis romanis Flier retulerat; 3. t. complectitur l. supra primo loco laudatum, t. 4 et 5 complectitur conciones, quae plenius iterum prodierunt Ratisbonae 1880—85 t. 2. Partem habuit haud infimam in redigenda constit. de fide cath. conc. Vaticani. *De rom. pontificis suprema potestate docendi* disp. theologica, Neapoli 1870 in 8; Leon. Lessii SJ. theologi *de divina inspiratione doctrina* a documentis magnam partem ineditis illustrata et ponderata, Friburgi 1881 in 8. *Das Ev. des h. Matthäus* ... erklärt, ib. 1882, quem commentarium juvenis elaboraverat (1833); diss. *über den Ursprung* der menschlichen Seele[1]) in Ztschr. f. k. Theol. VII (1883) 197-229. *Ueber den Glauben* an das Wunderbare, Münster 1846 sub nomine J. W. Karl ut fasc. 10. collectionis die kath. Kirche vertheidigt etc. Aliquot diss. inseruit etiam fasc. Katholik. Omnia haec opera excellunt doctrinae soliditate, expositionis accuratione et nitore, stili nobilitate.

677. Huic subjicimus ordine chronologico alios. Franc. Xav. Dieringer Hechingensis in oppido Rangendingen n. est 22. Aug. 1811. Ordinibus susceptis mox repetentis munere in seminario friburgensi fungebatur, inde Spiram in seminarium adscitus est ab episcopo Geissel a. 1840 ad docendam theologiam dogmaticam, et ab eodem ad sedem coloniensem promoto in academiam bonnensem, ut ejusdem disciplinae (et homileticae) professor hermesianismo ibidem tunc dominanti se opponeret. Magna alacritate praelectionibus, operibus, concionibus (ab a. 1845—61 erat concionator academicus), institutis inter theologos seminariis practicis aliisque utilibus associationibus promovit studium theologicum et rem catholicam per universam dioecesim. Condidit societatem s. Car. Borromaei pro diffusione bonorum librorum (1846). Redegit aliquamdiu *Katholik* 1841—43. Ut vero se opponeret fasciculis literariis ab Hermesianis editis condidit *kath. Zeitschrift* für Wissenschaft und Kunst (1844—46), cui dein substituit *kath. Vierteljahrsschrift für W. u. K.* (1847—49), qui tamen prodire cessarunt aliaque folia literaria juvit. Factus est in meritorum praemium canonicus coloniensis (1853) et consiliarius ecclesiasticus, sed quater praeteritus fuit in proponendis candidatis pro sedibus episcopalibus vacantibus ut persona gubernio minus grata. Dolendum quod profectu aetatis defecerit a tam bono spiritu seque illis propensum ostenderit, qui se opposuerunt definitioni vaticanae, pro qua ipse quondam steterat[1]). Submisit se

[1]) De hac q. scholastice disputat Otto Zehetbauer in l. *Animae humanae infundendo creantur,* et creando infunduntur. Sopronii 1893. In priori l. parte rejiciuntur opiniones dissonae a doctrina catholica.

[1]) Cf. Kaulen KL² 3, 1727—31, qui eum pie excusat rejecta causa inconstantiae in affectam ejus salutem, et ita de eo scribit: Dieringer lebt fort als einer der verdientesten deutschen Katholiken, gross als Gelehrter, zwar nicht durch tiefe erschöpfende Studien, aber wohl durch geniale Klarheit und grossartige Begeisterung für die Kirche, bedeutend als Lehrer durch eine nachhaltige weit über den Kreis der Kölner Erzdiöcese hinausgehende Wirksamkeit, verehrt als Priester wegen

tamen decretis vaticanis, sed cathedrae renunciavit (1871) acceptata parochia in patria sua († 8. Sept. 1876). Ex ejus operibus mentione sunt digna: *Lehrbuch der kath. Dogmatik,* Moguntiae 1847; 1865 ed. 5„ quod suo tempore catholicis arrisit; *System* der göttlichen Thaten des Christenthums, ib. 1841 t. 2; 1857 ed. 2., pro quo ab universitate monacensi theologiae doctor honoris causa dictus est (1841); *der h. Karl Barromäus* und die Kirchenverbesserung seiner Zeit, Coloniae 1846; *Dogmatische Erläuterungen* mit einem Güntherianer, Moguntiae 1853, cujus errores impugnat; *Das Epistelbuch* der kath. Kirche theologisch erklärt, ib. 1863 t. 3, quod non omnibus arrisit; *Laienkatechismus* über Religion, Offenbarung und Kirche, 1865; 1868, opus melius. Contra Kleutgen sibi non satis constans scripsit: *Die Theologie* der Vor- und Jetztzeit, Bonnae 1868. *Revision der dogmat. Kontroverse* zwischen Katholiken und gläubigen Protestanten mit Rücksicht auf die Vorlesungen über Katholicismus und Protestantismus v. Thiersch in k. Viertelj. f. Wissensch. u. Kunst, Bonn 1847.1848 art. 6. Alias quoque diss. inseruit hisce fasc. et Katholik. *Kanzelvorträge* an gebildete Katholiken, Mainz 1844 t. 2.

678. Rigidus thomista fuit Jo. Laur. Constantinus de Schäzler Augustae n. 7. Maj. 1827. Jurisprudentiae primum operam dedit, militem quoque egit, sed gratiae vocationi obsequens 10. Oct. 1850 ingressus est Ecclesiam catholicam et a. sequenti societatem Jesu. Hac tamen 1856 egressus est et Monachii doctoratus lauream promeruit. Aliquamdiu in seminario osnabruceni repetentis munere est functus et in academia friburgensi a. 1862 legendi veniam adeptus. Romam secessit (1873) atque in variis congregationibus occupatus fuit. Dum concilium vaticanum celebraretur, ab hujus secretario Fessler in theologum fuit adscitus et a. 1874 a Pio IX. praelatus domesticus dictus. Decessit 20. Sept. 1880 iterum in Soc. Jesu receptus. Inter ejus opera sunt: *Die Lehre von den Sacramenten,* Monachii 1860, quod ostendit eum in theologia scholastica apprime fuisse versatum; *Das Dogma von der Menschwerdung Christi* im Geiste des h. Thomas, 1870; *d. Thomas contra liberalismum,* Romae 1874, opus minoris momenti et meriti[1]); *Natur und Uebernatur,* das Dogma von der Gnade und die theologische Frage der Gegenwart. Eine Kritik der Kuhn'schen Theologie, Moguntiae 1865, et respondente Kuhn, *Neue Untersuchungen über das Dogma von der Gnade* 1865; *Gnade und Glaube* 1867; *Neue Untersuchungen* über das Wesen des christlichen Glaubens, mit besonderer Rücksicht auf die dermalige Vertretung der kath. Dogmatik an den Universitäten zu Tübingen[2]), München u. Freiburg, Mainz 1881. *Die päpstl. Unfehlbarkeit* aus dem Wesen der Kirche bewiesen, Friburgi 1870; *die ersten Glaubensbeschlüsse* des vat. Konzils und die religiösen Bedürfnisse der Gegenwart, ib. 1870. Posthuma cur. Esser ejus discipulo et amico prodiit *Introductio* in s. theologiam dogmaticam ad mentem s. Thomae A., Ratisbonae 1882. opera sane solida, quae ingenium produnt sagax. — Ant. Berlage Monasterii

ungeheuchelter Frömmigkeit, die ihn jeden Morgen an den Altar führte, geliebt als väterlicher Freund aller, die ihn um Rath angegangen, und verehrt als ächter Christ, der seinen Glauben in den stillen Werken der Nächstenliebe bethätigt hat. Cf. de ejus op. Gla 1 p. II. passim; Reusch allg. d. Biogr. V, 140—42.

[1]) Alii tamen illud laudant cf. Jeiler et Ad. Weiss literarischer Handweiser 1874, 133 ss.

[2]) Cf. Knoepfler all. d. Biogr. 30, 649. de hac magna acrimonia agitata controversia hist. pol. Bl. t. 51. 52. 53: Schmid Theol. Litbl. 1866 p. 586—91; 612—20; 644—54; 675—83; 707—15; Werner Geschichte der kath. Theol. 1889 2 p. 643 ss.; Gla 1, II, 338 s.

n. 21. Dec. 1805 absolutis studiis Monasterii, Bonnae, Tubingae, ubi multum profecit sub Drey et Möhler, mox docere coepit in patria civitate theologiam moralem, dein dogmaticam, quam ultra a. 40 est professus. Etsi Hermesii discipulus hujus errores evitavit et progrediente studio et magisterio semper magis sanam doctrinam tradidit, quam exhibet in sua *Katholische Dogmatik,* Monasterii 1839—64 t. 7, cui praecessit *Apologetik der Kirche,* ib. 1834, opus speculationi magis quam probationi positivae innixum, expositionis nitore et eleganti dictione insigne[1]). Decessit apoplexia correptus 6. Dec. 1881. — Minus innotuit Matthaeus Beyr Bohemus n. 1812, professor theologiae in seminario sanhyppolitano et ab a. 1849 parochus († 9. Dec. 1883), cujus *institutiones theologiae dogmaticae,* Viennae 1847 t. 3 prodierunt.

679. Illustre nomen adeptus est Joannes B. Franzelin, qui tamen a juventute extra Germaniam vixit atque docuit. Natus is est Aldenae in Tiroli meridionali 15. Apr. 1816. Studiis gymnasii magno successu et virtutis exemplo percursis juvenis cum Georgio Patiss insigni asceta et concionatore non citra nutum Dei Soc. Jesu 27. Jul. 1834 est ingressus. Studiis theologicis Romae operam dedit linguasque graecam et hebraicam adeo calluit, ut discipulus locum suppleret magistri aegrotantis atque recreationis gratia textum legeret sine punctis vocalibus, eamque docuit post suam ex urbe ob rebellium turbas (1848) fugam in Gallia: unde revocatus post pacatas res publicas linguas orientales tradidit in collegio romano. Anno 1857 promotus est ad cathedram theologiae dogmaticae et gradatim adhibitus in pluribus congregationibus romanis ob immensam ejus eruditionem et in rebus theologicis peritiam. In praemium laborum et meritorum et ad honorandam eminentem ejusdem scientiam Pius IX. eum frustra renitentem et cum lacrymis obsecrantem, ne tanto honore insigniretur, cardinalem creavit 3. Apr. 1876. Exinde occupatissimus vixit pro universali Ecclesiae bono in variis congregationibus, quarum erat membrum, virtutum omnium, obedientiae religiosae in primis, humilitatis et paupertatis ad scrupulum usque rigidiae exemplar[1]). Decessit velut bonus miles Christi laboribus, austeritatibus, virium contentione pro obeundis suis muneribus 11. Dec. 1885 exhaustus. Haec ejusdem opera, quae ex obedientia in lucem edidit: Tr. *de ss. eucharistiae sacramento et sacrificio,* Romae 1878; 1863; 1899 ed. 5; *de sacramentis in genere,* ib. 1868; 1901 ed. 4; *de Deo trino* secundum personas, ib. 1869; 1902 ed. 4; *Examen doctrinae* Macarii Bulgakow ep. russi schismatici (et metropolitae moscovitici † 1882) et Jos. Langen neoprotestantis bonnensis *de processione Spiritus s.* Paralipomenon tr. de ss. Trinitate, ib. 1877; *de divina traditione et Scriptura* 1870; 1896 ed. 4; *de Deo uno* secundum naturam, ib. 1870; 1883 ed. 3; *de Verbo incarnato,* ib. 1870; 1903 ed. 5., quae opera vere classica excellunt doctrinae soliditate, eruditione et scrupulosa accuratione: fuit enim dum professoris munere fungeretur attentissimus, ut sanam semper securamque traderet doctrinam. Posthumae prodierunt theses *de Ecclesia Christi*[2]), ib. 1887 praemisso brevi de ejusdem vita commentario.

---

[1]) Cf. Lit. Handw. 1881 c. 753—8. col. c. 14; Lauchert allg. deutsche Biogr. 46, 386 ss.

[1]) Cf. Hubert Katholik 1887 I, 225—52; Bonavenia Raccolta di memorie intorno alla vita dell'Em. C. G. B. Franzelin, Romae 1887; Gutberlet lit. Hdw. 1873, 65. 97; Lauchert allg. deutsche Biogr. 48, 730 s.

[2]) Cf. Morgott Lit. Handweiser 1887 c. 641.

680. Anno sequenti obiit (8. Maji 1887 a. aetatis 81) Joannes Ev. de Kuhn[1]), cujus celebre per Germaniam nomen, quia caput velut erat et dux illius scholae theologicae, quae opponitur theologiae neoscholasticae et romanae[2]). Natus est in oppido Waeschenbeuren regni Würtemberg 19. Febr. 1806. Tubingae studiis operam dedit, Monachii Schelling audivit praemiumque reportavit pro themate a facultate philosophica proposito et lauream philosophicam (1830). Thema propositum erat: Eine aus den Quellen dargelegte Entwicklung der inneren Geschichte der F. H. Jakobi'schen Philosophie und ihres Verhältnisses zu den anderen gleichzeitigen Systemen deutscher Philosophie. Sacerdos ordinatus mox in facultate theologica giessena cathedram exegesis N. T. obtinuit (1832) ibique cum collegis condidit *Jahrbücher für Theologie und christl. Philosophie,* quae post triennium (1834—7) prodire cessarunt. Inde Tübingam vocatus est exegesis professor (1837), sed mox successor datus est Drey (pag. 1110) in theologia dogmatica, quam cathedram rexit ad a. 1882. Innumeras diss. inseruit fasciculis literariis, tübingensibus praesertim, quos fovit, aluit, promovit a. 50, ut ex. gr. *Die Brüder Jesu und Jacobus Alphäi* (Jahrbücher III, 3—119); *die Bekehrung des Ap. Paulus* nach ihrem inneren Zusammenhange mit seinem Lehrtypus (ib. IV, 287—306); *genetische Entwicklung des paulinischen Lehrtypus* (ib. V, 3—39); *Hermeneutik und Kritik* in ihrer Anwendung auf die evangel. Geschichte (ib. VII, 1—50); *über die Schelling'sche Philosophie,* und ihr Verhältniss zum Christenthum (Qtlschr. Tübingen 1844 p. 57—88; 179—221; 1845 p. 3—39); *die formalen Prinzipien* des Katholicismus und Protestantismus (ib. 1858 p. 3—62; 185—251; 385—442); die christliche Lehre *von der göttlichen Gnade; der vorgebliche Pelagianismus* der voraugustinischen Väter; zur Lehre *von der göttlichen Erwählung* etc. Potiora ejusdem opera sunt: *Jacobi und die Philosophie seiner Zeit,* ein Versuch, das wissenschaftliche Fundament der Philosophie historisch zu erörtern, 1834; *Das Leben Jesu* wissenschaftlich bearbeitet, Moguntiae 1838 t. 1. (et unicus), cui addatur *über den Bildungsgang Jesu* (theol. Quartalschr. 1838, pag. 1—30) adversus Strauss; *Encyclopädie der theol. Wissenschaft,* Mainz 1840 t. 1; 2. et 3. non prodierunt. *Ueber Glauben und Wissen,* Tübingen 1839; *Philosophie und Theologie* (contra Clemens) Tübingen 1860; Glauben und Wissen nach St. Thomas (contra eundem in Quartalschr. 1860 p. 273—340). *Katholische Dogmatik* t. 1 p. 1, Tübingae 1846. 1859 ed. 2; p. 2. 1849; 1862 ed. 2. retractata, qui t. complectitur introductionem et tr. de Deo uno; t. 2. ib. 1857 de ss. Trinitate; t. 3. p. 1. de gratia in genere, ib. 1868, opus inchoatum, in quo speculationis ingenium prodit, sed in nonnullis quaestionibus major doctrinae sanitas desideratur. Pugnavit non solum contra tot nova philosophorum figmenta Kant, Schelling, Fichte etc., sed et controversias habuit cum Her-

---

[1]) Alius ab eo est Casp. Kuhn OSB. in monasterio Ottenburano (n. 8. Nov. 1819; † 12. Febr. 1906) professor in gymnasio augustano, de quo cf. autobiographiam *durch Kampf zum Sieg* 1895.

[2]) Cf. Schanz Tübinger Qtlschr. 1887 p. 532: In allen theologischen Kämpfen des verflossenen halben Jahrhunderts war er einer der ersten auf dem Kampfplatze gleich bereit, den Handschuh aufzuheben, welchen eine ihre Kompetenz überschreitende Philosophie der offenbarungsgläubigen Theologie hingeworfen hatte, wie entschlossen, die Ausschreitungen der Theologie in der Richtung zum Rationalismus oder Supernaturalismus zu bekämpfen. Kein Name eines katholischen Theologen ist in so enger Weise mit den Bewegungen und den Kämpfen auf dem philosophisch-theologischen Gebiete der Gegenwart verflochten, wie der Name des H. von Kuhn. Cf. etiam Lit. Handw. 1887 c. 340.

mesianis et Güntherianis, in primis acres cum viris probe catholicis, cum Clemens (p. 1123) de relatione inter fidem et scientiam, et cum Schäzler de habitu inter gratiam et naturam (cf. p. 1506). Hinc enatae quamplurimae[1]) diss. in fasciculis tübingensibus: Ueber den Begriff und das Wesen der specul. Theologie oder christl. Philosophie 1832 p. 253—304; 411—44; Von dem Wesen und den Eigenschaften Gottes oder von der Gotteserkenntniß, 1843 pag. 405—67; *Verhältniss der Philosophie zur Theologie* nach modernscholastischer Lehre 1862 p. 541 ss.; 1863 p. 3—83; *Freiheit der Wissenschaft, das Natürliche und Uebernatürliche* 1864 p. 125—329; *Die Wissenschaft u. der Glaube,* 1864 p. 583-645 (contra Schäzler sicut et praecedens diss.); justitia originalis (1869 p. 179-286) etc.

681. Annus 1888 (21. Jul.) doluit occasum viri mire laboriosi, egregie docti, in omni fere theologicarum disciplinarum genere singulariter versati, qui pro sana doctrina juribusque Ecclesiae adversus theologos liberales et neoprotestantes intrepide stetit et scientiam catholicam in multis feliciter illustravit. Natus est Matthias Joseph Scheeben 1. Mart. 1835 Meckenheimii prope Bonnam egregiis animi dotibus praeditus, a piis parentibus pie institutus. Absolutis Romae philosophiae et theologiae studiis cum ingenti profectu (1859) mox a card. Geissel in seminarium vocatur ad docendam theologiam dogmaticam (1860). Studiis impensa alacritate ingeniique sagacitate se dedit ejusque laetissimos fructus aureis libris exhibuit, ex quibus potiores sunt: *Marienblüthen* aus dem Garten der h. Väter und christlicher Dichter, Schaffhausen 1860 in 16; *Natur und Gnade,* Versuch einer systematisch-wissenschaftlichen Darstellung der natürlichen und übernatürlichen Lebensordnung im Menschen[1]), Moguntiae 1861; *Quid est homo?* sive controversia de statu purae naturae auctore A. Casinio (IV[3], 1440) ib. 1862, annotationibus doctis et utilibus illustrata; *Die Herrlichkeiten der göttlichen Gnade,* Friburgi 1863; 1908 cur. Weiss ed. 8., libera versio et retractatio plurimum aucta l. Nieremberg S. J. de pretio inaestimabili divinae gratiae (III[3], 959), qui nunquam satis commendari potest non solum concionatoribus, sed vel ipsis professoribus[2]). Cum vero in hac materia de gratia et generatim de supernaturali, cujus notio apud plurimos elanguit, libentissime versaretur, edidit *Mysterien des Christenthums,* Wesen, Bedeutung und Zusammenhang derselben nach der in ihrem übernatürlichen Charakter gegegebenen Perspective dargestellt, ib. 1865; 1898 cur. L. Kupper, opus ingeniosum, profundum, admodum utile, in quo sublimissima christianae antiquitatis de fidei mysteriis exhibet sensa[3]).

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 41, 418—20; Schanz theol. Qtlschr. 1887 p. 531—598; et KL. VII, 1238—44: Gla in Repert. passim.

[1]) Cf. Lit. Handw. 1863, 135.

[2]) Weiss Benjamin Herder pag. 97: Der hochbegabte, unermüdliche Mann (Scheeben) hat vieles geleistet, wofür ihm die Welt noch lange dankbar sein wird. Sein schönstes Werk aber ist die Bearbeitung des Buches des Eus. Nieremberg ... Damit hat er den grössten Einfluss auf die Anschauungsweise und die ganze Geistesrichtung des neueren Geschlechtes geübt und jener Richtung am meisten zum Siege verholfen, deren Hauptvorkämpfer in Deutschland er war, der unbedingten Anerkennung und Verehrung des Uebernatürlichen. Er hat auch sonst nie etwas geschrieben, was so viel Beifall gefunden und seinen Namen in so weite Kreise getragen hat wie diese Schrift.

[3]) Unseres Erachtens das kühnste, tiefsinnigste und geistreichste Werk, welches die neuere deutsche Theologie hervorgebracht hat. So unklar manche Stelle, so schwierig und dunkel das Meiste, so wenig durchgearbeitet das Ganze ist, so hat es doch bahnbrechend gewirkt und eine neue

Annos 21 redegit sollerter *Pastoralblatt.* Cum per Germaniam controversiae et turbae jam cierentur propter instans concilium vaticanum ejusque definitiones Spiritu Domini vere correptus calamum arripuit Scheeben, ut machinationes ignobiles aperiret, exceptiones omnes dilueret, calumnias et fallacias adversariorum aperiret, ut cum Hergenroether columna Ecclesiae et indefessus apologeta fidei catholicae illo tempore salutari possit. Hinc prodierunt: *Der Papst und das Concil* von Janus, Charakteristik und Würdigung, Moguntiae 1869; *Der Papst und seine neuesten Verläumder*, Frankofurti 1869; Neue Erwägungen *über die Frage der päpstlichen Unfehlbarkeit* aus den anerkannt historischen Werken Döllingers urkundlich zusammengestellt, Ratisbonae 1870; *Die männliche That* und die unwiderleglichen Bemerkungen des H. Pr. v. Döllinger, ein freies Wort an die besonnenen und freisinnigen Männer Kölns u. Deutschlands, Coloniae 1870; *Schulte und Döllinger* gegen das Concil, kritische Beleuchtung der Schulte'schen Broschüre über die Macht der Päpste und der jüngsten Erklärung Döllingers, Ratisbonae 1871: in primis folio periodico: *das oekumenische Concil,* postea titulo immutato: *Periodische Blätter* für wissenschaftliche Besprechung der grossen religiösen Fragen der Gegenwart, ib. ab a. 1869—83 sagax, erudita, solida apologia concilii vaticani et prompta responsio ad omnes exceptiones, calumnias, impugnationes neoprotestantium per annos 13. Demum coepit prodire *Handbuch der katholischen Dogmatik,* Friburgi 1873—87 t. 3, opus ingeniosum immensae eruditionis, infinitae diligentiae, nobilissimae conceptionis, in nonnullis partibus classicum, dolendum tamen ipsum illud non potuisse absolvere. Absolvit illud bene addito t. IV. Leon. Atzberger stilo utique concisiore brevitati studens, Friburgi 1898—1903. Fatendum quidem est illud non esse pro tironibus in theologia sed pro studiosis excultioris jam ingenii, opinionesque subtiliores in eo reperiri, quae non omnibus arrideant, et quibus viri graves contradixerunt ut Kleutgen, Franzelin, Granderath, Stentrup etc., unde enatae sunt controversiae literariae: tamen opus est admodum utile, quod cum ingenti fructu leget quisquis in theologia dogmatica proficere studet [1]). Inseruit quoque quam plurimos articulos et dissertationes vere doctas lexicis et fasciculis literariis, cujus modi sunt Katholik, Historisch-politische Blätter in quibus pretiosa est illius recensio historiae ecclesiasticae F. Xaverii Kraus, Lit. Handweiser etc.

682. Jo. Bapt. Schwetz Bosani in Moravia natus (1803; † 1890) theologiam dogmaticam docuit Olomucii, dein in universitate viennensi; a. 1863 factus est parochus aulicus et director seminarii a s. Augustino cognominati, demum capituli praepositus. Edidit *theologiam dogmaticam catholicam* [2]), Viennae 1862 t. 3 ed. 4., quae se com-

Zeit für die Behandlung der christlichen Geheimnisslehre eingeleitet. Alb. M. Weiss Benj. Herder p. 80.

[1]) Cf. Hertkens Prof. Dr. M. J. Scheeben Leben und Wirken eines katholischen Gelehrten im Dienste der Kirche, Paderbornae 1892, Katholik 1888 II, 120—32; Hülskamps 1888 c. 465—72, qui tamquam praerogativas omnium operum Scheeben recenset: Scharfe Erfassung und tiefe Durchdringung des Stoffes; erschöpfende Behandlung desselben nach den Grundprincipien der Scholastik, insbesondere des hl. Thomas, aber nach der wissenschaftlichen Methode und in der Sprache der deutschen Philosophen u. Theologen; Beleuchtung des Gegenstandes durch Heranziehung der Väter, der grossen Denker des Mittelalters, aber auch der Forscher der späteren Zeiten. Cf. Meiners KL. X, 1763—65; Steinhuber Geschichte II², 502.

[2]) Das vortreffliche dogmatische Lehrbuch von Schwetz mit seiner Positivität und Correctheit ist ein Denkmal der Ueberwindung nicht nur des alten Josephinis-

mendat concinitate, claritate, doctrinae sanitate et eruditione. Ea omnibus imperii scholis theologicis praescripta fuit, et hujus *compendium,* ib. 1862; *institutiones philosophiae,* ib. 1873; *theologia fundamentalis* seu generalis t. 2, ib. saepius edita. Ob insignem scientiam Romam vocatus est theologus congregationis institutae ad paranda decreta pro concilio vaticano. — Josephus Ant. Schwane [1]) Dorstenii n. 2. Apr. 1824, in academia monasterii theologiae, moralis et historiae dogmatum, dogmaticae professor 1859, praelatus domesticus suae Sanctitatis († 6. Jun. 1892), primum innotuit doctis diss.: *das göttliche Vorherwissen* und seine neuesten Gegner, Monasterii 1855; de controversia, quae *de valore baptismi haereticorum* inter s. Stephanum P. et s. Cyprianum agitata sit, commentatio historico-dogmatica, ib. 1860; *über die scientia media* und ihre Verwendung für die Lehre von der Gnade und Freiheit, in fasc. tübing. 1850, 394 ss.; Die Lehre über die Auferstehung bei Tertullian, in Katholik 1860, 299 ss.; *die römischen Katakomben,* ib. 1864, II, 684 ss.; *de operibus supererogatoriis* et consiliis evangelicis in genere, Monasterii 1868; die theologische Lehre *über die Verträge* mit Berücksichtigung der Civilgesetze, besonders der preussischen, allgemeinen deutschen und französischen, ib. 1871; 1872 ed. 2. etc. Concinnavit deinde *Dogmengeschichte,* ib. 1862—69 t. 1. et 2; Friburgi 1882—90 t. 3 et 4., opus de hoc argumento primum inter catholicos post Klee, sed magis theologia dogmatica quam historia: eruditum tamen, bene dispositum, catholicum, quo quatuor periodos tractat, scil. antenicaenam, patristicam, mediam et periodum recentioris aetatis [1]); tomus prior prodiit ed. 2. Friburgi 1892; 1895 t. 2. Scopum non satis attingit: *Specielle Moraltheologie,* cujus p. 3. prodiit inscripta: Die Gerechtigkeit und die damit verwandten sittlichen Tugenden und Pflichten des gesellschaftlichen Lebens, ib. 1873; 1885 ed. 2., p. 1. et 2: Die Lehre von den Tugenden und Pflichten des Menschen in seinem Verhältnis zu Gott und zu sich selbst, ib. 1878; *Allgemeine Moraltheologie,* ib. 1885. Argumenta moralia scholastice magis quam casuistice exponit. *Die eucharistische Opferhandlung,* 1889.

683. Alius de Ecclesia catholica in Germania theologus bene meritus fuit Joannes Bapt. Vinc. Heinrich Moguntiae 15. Apr. 1816 natus. Post absoluta cum eximio fructu studia gymnasii triennio in academia giessena juri operam dedit atque utriusque juris doctor est creatus (1837), ibidemque et veniam legendi de jure obtinuit. Ex conversatione in primis cum collega suo et parocho Casp. Riffel desiderium maturuit se consecrandi militiae ecclesiasticae, cui ut obsecundaret studiis theologicis Tübingae in academia tunc admodum celebri operam dedit. Sacerdotio initiatus est a. 1845 curamque animarum egit in ipsa civitate moguntina, qua occasione familiaritate utebatur virorum tunc illustrium Riffel, Himioben, Lenning etc. atque cum illis pro viribus operam suam contulit ad renovationem spiritus catholici in civitate et populo. Sed non solum dioecesis moguntina, sed et Ecclesia catholica per Germaniam plurimum ei debet. Stetit enim fortiter pro ejusdem libertate et juribus scriptis et voce, praesertim in illis splendidis an-

---

mus, sondern auch des modernen Güntherianismus in der von diesen beiden Irrthümern so sehr heimgesuchten Kirche Oesterreichs. Katholik 1875 II, 626.

[1]) Cf. Rassmann Nachrichten von dem Leben und den Schriften münsterländischer Schriftsteller I, 310; II, 200.

[1]) Cf. Rump Lit. Handw. 1869, 241 ss.; Bellesheim 1890, 163 col. 1892, 141; Schanz Lit. Rundschau 1892, 327; Mausbach KL. X, 2042.

nuis catholicorum conventibus, quibus nunquam defuit et in quibus eloquentia sua mascula et populari omnes succendebat. Ipse cum aliis viris doctis se opposuit Döllinger in conventu virorum eruditorum monacensi a. 1863 redegitque declarationem, qua protestantur adversus illius audaces et malesanas assertiones. Ab episcopo Ketteler vocatus est in seminarium iterum apertum ad docendam theologiam dogmaticam et receptus (1855) inter canonicos. A capitulo electus est post mortem meritissimi Adami Francisci Lennig (22. Nov. 1866) in praepositum et a Ketteler in vicarium generalem (1867). Immortuus est laboribus pro dioecesis bono et juventutis studiosae utilitate 9. Febr. 1891. Coeperat *Dogmatische Theologie,* Moguntiae 1873, cujus prodierunt jam t. 6, 1881-1900 ed. 2. opus admodum eruditum, insigne doctrinae sanitate et copia, expositionis nitore et integritate, hinc utilitate. Illud continuavit Gutberlet additis t. 4, Moguntiae et Monasterii 1891—1904; in compend. illud redegit Huppert († 19. Apr. 1906) inscriptum *Lehrbuch der k. Dogmatik,* Mainz 1898-1900 t. 2. Fasciculos literarios *Katholik* cum Moufang ab. a. 1850—90 redegit ed aluit plurimis egregiis articulis. Alii ejusdem libri sunt: *Die Reaction des s. g. Fortschrittes* gegen die Freiheit der Kirche und des religiösen Lebens, ib. 1863; *Christus,* ein Nachweis seiner geschichtlichen Existenz und göttlichen Persönlichkeit [1]), ib. 1864, adversus Renan; *Die wahre Kirche* oder das sichtbare Reich Christi auf Erden adversus Nonweiler pastorem protestantem [2]) etc.; *die Beweise für die Wahrheit des Christenthums* und der Kirche, ib. 1885 ed. 2. libellus egregius. *Die Klöster in der Geschichte,* Frankfurt 1866; *Die Klöster und ihre Gegner* in der Gegenwart, ib. 1866; *Die kirchliche Reform,* eine Beleuchtung der Hirscher'schen Schrift Die kirchlichen Zustände der Gegenwart, Mainz 1850.

684. Ab Heinrich sejungere non licet Franc. Christoph. Ign. Moufang familiarissimum amicum, collegam inseparabilem et commilitonem in Ecclesia Dei strenuum, qui natus est Moguntiae 17. Febr. 1817. Piissime exacta juventute post breve medicinae studium theologiae se dicavit Bonnae sub professoribus Klee, Scholz, Windischmann, Walter etc.; inde transiit Monachium, cujus academia tunc doctissimis viris illustrabatur, ex quorum conversatione plurimum profecit. Post animarum curam et magisterium religionis in gymnasio moguntino seminarii constitutus est regens ab episcopo Ketteler et theologiae moralis et pastoralis professor; a. 1854 receptus inter canonicos et 1877 vicarius capitularis. Ab eo tempore totus vixit instituendo clero, et revera seminarium in floridum provexit statum; rem catholicam in dioecesi alacriter promovit; conventibus catholicorum assiduus interfuit et magna omnium approbatione pro catholicorum et pontificis in primis juribus in iisdem disseruit. A Pio IX. Romam vocatus fuit a. 1868 ut interesset congregationi praeparatoriae pro celebrando concilio vaticano; a Leone XIII. dictus est 16. Apr. 1886 praelatus domesticus. Obiit [1]) 27. Febr. 1890. Haec ejus scripta: *Der Informativ-Process* bei den Bischofswahlen, 1850; *Das Verbot der Ehen zwischen nahen Verwandten,* 1863; *Die Kirche und die Versammlung kath. Gelehrten* occasione

[1]) Eodem a. edidit Franc. Jos. Gut *Das dreifache Zeugniss* für die Gottheit J. Christi, Stans (Luzern) 1864 in 8.

[2]) Cf. Brück Katholik 1891 I, 289-308; 403—25 et in praef. t. VII suae dogmaticae; Hertling Zur Erinnerung an J. B. Heinrich in Jahresbericht der Görres-Gesellschaft 1891 pag. 5—15; Lauchert allg. d. Biogr. 50, 151 s.

[1]) Cf. Brück ib. 1890 I, 481—94, II, 1—25.

conventus eruditorum Monachii 1863 habiti, de quo supra egimus etc., *Die Mainzer Katechismen*, 1878; *Kathol. Kathechismen* des 16. Jahrh. in deutscher Sprache, 1886. Longe tamen clarior est consilio, sermonibus, opera, auctoritate, qua apud omnes florebat. Ceterum et ipse ab a. 1850 cum Heinrich redigebat *Katholik*. — *Theologiam fundamentalem* vere monumentalem concinnavit Ignatius Ottiger SJ. Helvetus (n. 15. Maj. 1822; 7. Mart. 1891), cujus t. 1 prodiit Friburgi 1897; alter 1911; 3. mox prodiet.

685. In *Belgio* Nic. Jos. Laforet, professor philosophiae moralis (1848) in universitate lovaniensi et post a. 1865 rector ejusdem magnificus, cubicularius pontificius, protonotarius apostolicus ad instar participantium, aliquot academiarum literariarum socius (n. 23. Jan. 1823; † 26. Jan. 1872) praeter alia edidit: Diss. *de methodo theologiae* sive de auctoritate Ecclesiae catholicae tamquam regula fidei christianae, Lovanii 1849 in 8; *dogmes catholiques* exposés, prouvés et vengés des attaques de l'hérésie et de l'incrédulité, Bruxellis 1855—59 t. 4 in 8; 1860 ed. 2, in varias linguas versum; Coup d'oeil *sur l'histoire de la théologie dogmatique*, Lovanii 1851 in 8; *Etude sur la civilisation* europ., Bruxellis 1850 t. 2; *Philosophie morale*, ib. 1855 in 8; 1860 ed. 3; *des erreurs philosophiques contemporaines*, ib. 1862; *Pourquoi l'on ne croit pas* ou des principales causes de l'incrédulité en matière de religion, Lovanii 1864; 1867 ed. 3; germanice interprete Vosen, Moguntiae 1873; *la Papauté et la civilisation européenne*, Lovanii 1860; *les enseignements du Pape* et la société moderne, ib. 1871; *le Syllabus et les plaies de la société moderne*, ib. 1872, opus posthumum; *Histoire de la philosophie:* Philosophie ancienne, Bruxellis 1866. 1867 t. 2 (ex 8, quos edendos sibi proposuerat) et plurimas diss. philosophicas, apologeticas, patristicas inseruit fasciculis literariis[1]). De universitatis profectu erat sollicitus eamque ad magnum provexit splendorem. — Hujus collega Joan. Bapt. Lefebure, canonicus honorarius namurcensis (n. 17. Sept. 1821; † 10. Jun. 1889) universam fere theologiam dogmaticam t. 8 elaboravit, quae tamen autographia tantum, non typis prodiit; inseruit quoque plures articulos fasc. *Revue catholique* occasione controversiae, quam suscitaverat Lupus. — Hieronymus van Rooy Min. Recoll. Limburgus, philosophiae et theologiae lector (n. 1824; † 1880), edidit *codicem dogmaticum* seu collectionem veritatum catholicarum atque nonnullarum de iis explicationum ac de dogmatibus tractationum Mechliniae 1868, theol. compendium; tractatio practica *de sacramento poenitentiae* seu Scoti systema ad praxim applicatum, ib. 1872 in 8, quae quidem impugnata fuit, sed et ab ipso defensa in Revue des Sciences Ecclésiastiques 1873 II p. 194; 1874 I, 291. Bernardus van Loo Min. Gandavensis n. 1818 in ordine primis muneribus auctus[2]), fuit enim ter praepositus provinciae, visitator apostolicus, procurator generalis († 14. Jan. 1885), praeter alia deprompsit *introductionem* in theologiam dogmaticam e variis auctoribus, Romae 1859; Tornaci 1863 in 12; specimen doctrinae speculativae *de justa et sapienti permissione mali* sive peccati ad mentem s. Bonaventurae, Lovanii 1856 in 8. — Bruno Julius Lacombe OSB. (n. 6. Dec. 1817; 16. Aug. 1875) dedit *Manuel* des sciences ecclés., Paris 1850 t. 1. (et unicus).

686. *E Gallis* Jac. Maria Achilles Ginoulhiac Montepessulanus n. 3. Dec. 1806 philosophiae (1830—33), dein (1833—37) theologiae dogma-

[1]) Biogr. académique (univers. lovan.) p. 155 et liber memorialis p. 121; Biogr. nat. XI, p. 40—45 auctore Nève.

[2]) Cf. Dirks p. 422.

ticae professor, vicarius generalis acquensis 1839—53, dictus est episcopus gratianopolitanus 1853—70. Sententiam positivam protulit pro apparitionibus b. Mariae V. in la Salette. Condidit missionum opus, induxit in dioecesim ritum romanum, adorationem SS. perennem, obolum s. Petri, plures ordines et congregationes, aedificavit plurimas ecclesias, instituit novas parochias et scholas, pro syllabo stetit et Renan aggressus est. Translatus est 27. Juni 1870 ad sedem lugdunensem († 1875), scripsit in primis *Histoire du dogme catholique* pendant les trois premiers siècles de l'Eglise et jusqu'au concile de Nicée, Parisiis 1852 t. 2; 1862 t. 3, in qua magna eruditione et sagacitate ostendit dogmata non esse profectus humanae intelligentiae partus, sed jam ab origine religionis christianae deposito revelationis contineri, atque temporis lapsu clarius atque plenius exponi. *Les origines du christianisme,* ib. 1878 t. 2 in 8. opus posthumum doctum et solidum. *Les épîtres pastorales* ou Réflexions dogmatiques et morales sur les épîtres de s. Paul à Timothée et à Tite, Gratianopoli 1866 in 8; *le Sermon sur la montagne* avec des réflexions dogmatiques et morales, Lugduni 1872 in 12. In conc. vaticano adversarius erat definitionis infallibilitatis pontificis, hinc in sess. IV. votum negativum dedit. Ejus literae pastorales et sermones solidi avide legebantur[1]). — Jo. B. Joseph Lequette episcopus atrebatensis (n. 23. Jun. 1811; † 13. Jun. 1882) novam curavit editionem *Summae s. Thomae* hodiernis academiarum moribus accommodatae auctore Billuart (IV[3], 1346), Atrebati 1865—72 t. 8 in 4. — *Summam Summae s. Thomae* sive compendium theologiae R. P. C. R. Billuart emendatum et necessariis additamentis locupletatum edidit Petrus Felix Ecalle professor theologiae moralis in seminario trecensi et canonicus honorarius, Parisiis 1884—90 t. 6 in 16. — Frid. Lebrethon parochus et canonicus honorarius nancaeus et tullensis n. 1812 concinnavit *Petite Somme théologique de s. Thomas* d'Aquin à l'usage des ecclésiastiques et des gens du monde 1861—63 cum annotationibus theologicis, philosophicis et literariis, 1866—67 t. 4 in 8; *theologia seminariorum* totius orbis seu s. Thomae Aq. Summa minor tractatibus et notis ad conc. tridentinum et vaticanum exacta, 1873 t. 5 in 32. — Jo. Bapt. Aubry director magni seminarii in civitate Kouy Tschéon imperii sinensis (n. 1844; † 1882) reliquit Encyclopaediam quandam theologicam, quam edidit ejus frater[1]) t. 13 Paris 1894—1902, quorum 1. complectitur *Quelques idées* sur la Théorie catholique des Sciences et sur la synthèse des connaissances humaines dans la théologie. Posteriores t. complectuntur considerationes philosophicas, apologeticas, dogmaticas, asceticas; 6. *Etudes sur l'Ecriture* s.; 7. *Cours d'histoire ecclésiastique;* alii isagogica et ejusdem epistolas. — E. Cauly canonicus et parochus s. Andreae Remis (n. 1811) concinnavit utilem *Cours d'instruction religieuse,* Paris 1881—84 t. 4; 1890 ed. 2., qui expositionem dogmatum, theol.moralis, apologeticae et historiae religionis et Ecclesiae continet. — Ita et Jos. Chervet aliquandiu congr. s. Sulp., theologiae dogmaticae et moralis lector, canonicus lugdunensis (n. 9. Mart. 1810; † 14. Aug. 1882), de quo cf. Bertrand III, 346. Ejus sermones prodierunt Lyon 1857—58 t. 3. — Patritius Murray insignis professor in collegio maynoothensi dispu-

[1]) Cf. L'Episcopat franç. pag. 263 s.; 316—18.

[1]) Hic scripsit etiam ejus vitam: J. B. Aubry docteur en théologie ... Le professeur, le Théologien, le Missionnaire, Insulis 1889. Cf. Schanz lit. Rundsch. 1895 pag. 1 ss.

tavit [1]) *de Ecclesia Christi,* Dublin 1860 t. 2; *de gratia,* ib. 1877; *de veneratione Ss.,* ib. 1881; et libro Passagliae *pro causa italica* opposuit *Pro causa justitiae et veritatis,* ib. 1861.

687. Ant. Martinet illustris Sabaudus, Josephi de Maistre discipulus, canonicus (n. 1802; † a. 1874) praeter plura alia concinnavit *institutiones theologicas* ad seminariorum usum 1859 t. 8 in 8; p. 4. seu theologia moralis, Parisiis 1867 t. 4; *Solution des grands problèmes* mise à la portée de tous les esprits, 1843; 1854 t. 4 ed. 4, opus apologeticum, germanice interprete A. Weiskopf, Tutlingen 1858; Paderborn 1854; *la Philosophie du catéchisme catholique,* 1853; germanice Mainz 1866; *la Science de la vie,* 1850 t. 2 in 8. Coepta fuit ab A. Collomb nova editio opp. omnium (seclusis institutionibus) 1879. — Guil. Renaudet congr. s. Sulp., theol. moralis prof., congregationis assistens (n. 26. Sept. 1794; † 27. Apr. 1880) *theol. dogmaticae elementa* dedit ad usum seminariorum, Parisiis 1866 t. 2 in 12, quae tamen opiniones sat singulares et audaces continere dicuntur [2]). Hinc opus commercio subtractum voluit. Praemiserat illi *Praeludium philosophicum,* ib. 1862. Reliquit plura alia opera, ascetica praesertim edita et inedita. — Prolixum coepit opus Joannis Regnaud (n. 1835) inscriptum: *La somme du catéchiste,* cours de religion et d'histoire sacrée à l'usage des séminaires, collèges, institutions et catéchismes de persévérance, in 3 pp. distributum, in quibus disserit de religione, de historia sacra, de anno ecclesiastico. Prioris p. t. 4 prodierunt Parisiis 1875—77, qui agunt de dogmate, de gratia, de moribus et s. liturgia. Historiae sacrae prodierunt pariter t. 4, ib. 1880—85, in quibus eam prosequitur a creatione usque ad Herodem, atque in ultimo institutiones Judaeorum illustrat. Num 3. p. prodierit nos latet. Explicat quoque *la Méthode du catéchisme:* instruction générale sur l'oeuvre par excellence avec la meilleure manière de la bien faire d'après les catéchistes les plus éminents, Tornaci 1888 in 12. — Longe brevior est *Théologie du catéchiste* auctore Jo. B. Jos. Leclercq congr. s. Sulp. (n. 1. Apr. 1820; † 17. Febr. 1888), Paris 1865 t. 2 in 12., saepe edita. — Eug. Soyer dedit *Essai sur l'ange* et l'homme considérés dans leur nature, leurs hierarchies, leurs relations et leurs luttes contre le démon, Tours 1881 t. 2 in 8. Fuse porro jam disseruerat de s. Michaele archangelo. — Teissonier theologiae dogmaticae in seminario nemausino professor scripsit bonum *theologiae dogmaticae compendium* [1]), Nemausii 1873 t. 4. — Hilarius Parisiensis Cap. n. 1831 sagaciter coepit [2]) concinnare *theologiam universalem,* Lugduni 1870 t. 2 in 8; *s. Antoine de Padoue,* Légende ou Histoire authentique avec des sermons inédits, Parisiis 1890; *l'Animation* immédiate réfutée, Nancaei 1889. *Système du Ciel,* ib. 1889. — Girodon dedit spiritu ire-

[1]) Cf. Bellesheim Gesch. der k. Kirche in Irl. III, 725.

[2]) Cf. Bertrand II, 388—92; Lit. Hdw. 1867, 70.

[1]) Mit Sorgfalt ausgearbeitet und mit grosser logischer Klarheit geordnet, das den Beweis liefert, welche Fortschritte man in Frankreich im Vergleich zu der ersten Hälfte des Jahrhunderts im Studium der alten Wissenschaften und insbesondere des hl. Thomas gemacht hat. Katholik 1875, II, 631.

[2]) Hilarius von Paris hat vor wenigen Jahren auf dem Grunde einer sehr ausgebreiteten Kenntniss der alten Theologie, aber nach einem originellen Plane und in genialer Weise ein grossartig angelegtes theologisches Werk begonnen, das namentlich in umfassender Weise die modernen Irrthümer berücksichtigt, aber erst in seinen Anfängen vorliegt. Ib. pag. 626. Sed ultra duos t. non videtur fuisse continuatum.

nico et methodo clara *Exposé de la doctrine catholique,* Paris 1884 t. 2 in 8. — Lud. Frid. Brugère Sulp. Aurelianensis (n. 8. Oct. 1823; † 11. Apr. 1888) theologiae lector edidit praelectiones *de vera religione,* Parisiis 1873; 1878; *de Ecclesia Christi,* ib. 1873; 1878, in quibus et praedicationis usum prae oculis habet.

688. In *Hungaria* haud parum laudis retulit Jo. Zádori (n. 6. Nov. 1831; † 30. Dec. 1884) theologiae professor in seminario primatiali strigoniensi (1864) et canonicus, scriptor diligens, cujus plura (38 edita) exstant eruditionis et pietatis monumenta lingua hungarica[1]). Proposuit *syntagmata theologiae fundamentalis,* Strigonii 1882—83; *fragmenta syntagmatis,* ib. 1885, quae theologiam specialem spectant. Disseruit *de duabus b. Petri ap. epistolis* (Budapestini 1861), quae diss. a facultate theologica budapestinensi praemio digna judicata fuit; exposuit etiam hungarice fundamenta societatis humanae (juxta Lacordaire, Montalembert, Balmes, Nicolas) ib. 1864; catacumbas romanas illustravit, ib. 1868 et aliis praetermissis ab a. 1870—86 redegit fasciculos theologicos *Uj Magyar Sion.* — Jo. Jos. Stromp concinnavit specimen symbolicae pro laicis, Budapest 1884, de qua cf. Gla 1, II, 751. — Praetermittere autem non licet Joannem Simor n. in civitate Stuhlweissenburg 26. Aug. 1813, qui etsi conditionis non nobilis scientia plane insigni et virtute primas in Hungaria adeptus est dignitates. Professorem egit religionis in facultate philosophica pestinensi et encyclopaediae in seminario strigoniensi, parochum 1846, secretarium primatis Scitovszky 1849 et directorem Frintanei 1850; adscitus quoque est in consilium a ministerio pro cultu et instructione publica 1852; factus canonicus et abbas titularis, episcopus jaurinensis (Raab) 1857 et 1865 archiepiscopus et primas princeps strigoniensis, demum 23. Dec. 1873 cardinalis. Effusissimae erat liberalitatis, hinc immensas impendit copias in aedificandis ecclesiis, instituendis scholis, erigendis monasteriis, fundandis misericordiae asylis: literas et artes maecenatis instar fovit ipse literatissimus et cultissimus. Classicas emisit instructiones et literas pastorales eruditione patristica et theologica refertas, quibus animarum curatores qua ratione populum sibi commissum principiis fidei imbuere et in moribus exercere debeant, qua devotione divina mysteria obire, scholam curare oporteat, omni meliori modo instruuntur. Eae prodierunt cura doctissimi et ill. praesulis Dánko inscriptae: *Epistolae pastorales et instructiones selectae* ab a. 1857—82 ad clerum dioecesis jaurinensis et archidioecesis strigoniensis ... dimissae, Strigonii 1882-83 t. 5 in 8. T. 1. agit de thesauro fidei, in eoque legitur insignis refutatio vitae Christi a Renan confictae atque syllabus vindicatur; in 2. continentur literae de hierarchia deque romano pontifice (41) atque de romanis congregationibus; 3. eas complectitur, quae agunt de sacro ministerio scil. de sacramentis et (15) de sacramentalibus; 4. disserit de institutione et disciplina cleri, in eoque habes gravissimas literas *de castitate;* 5. respicit regimen dioecesanum. Decessit optimus praesul[1]) 23. Jan. 1881.

[1]) Cf. Jul. Walter Dr. Zádory János Élete, Strigonii 1889 ed. 2; KL. XII, 1862. — Reprobrandus prorsus est Stephanus Rónay n. parentibus germanis in Hungaria 14. Aug. 1840, caeremonarius et secretarius capituli calocsensis, dein parochi († 21. Jan. 1893) cujus opus posthumum *Das natürliche Christenthum* Leipzig 1894 rationalismum praedicat, de quo cf. Oberhammer Zeitschr. für katholische Theol. XIX (1895), 127—36.

[1]) Cf. Jos. Dankó Monimentum quinquagenariorum sacerdotii em. D. Jo. card. Simor, Strigonii 1886 in 4. et insigne elogium hist. pol. Bl. 107 p. 290—99.

689. De *quaestionibus specialibus* disputarunt et quidem *de romano pontifice* ejusque praerogativis[1]) Jo. Bapt. Andries aliquamdiu SJ. (n. 8. Dec. 1836; † 2. Nov. 1872), cujus exstant duo opera egregia magno zelo et fervore pro juribus primatus conscripta, quibus tamen deest lima; *Petra romana* oder die Lehre von der Unfehlbarkeit des Papstes, sub nomine P. P. Rudis, Ratisbonae 1869; *Cathedra romana* oder der apostolische Lehrprimat nach Maßgabe der Lehrbestimmung des Concilium vaticanum, Moguntiae 1872 t. primus, qui inscribitur: Wesen und Grenzen der kath. Glaubenslehre nach den Theologen der Vorzeit, sed et unicus ex quatuor quos promiserat; *Alph. Salmeronis doctrina de jurisdictionis episcopalis origine ac ratione,* ex variis ejusdem commentariis conscripta ad comprobandum conc. vaticani de jurisdictione episcopali oraculum, ib. 1871. — Clemens Schrader SJ. Hannoveranus n. 22. Nov. 1820, collegii germanici alumnus, theologiae dogmaticae in collegio romano, dein Viennae professor, ubi cathedrae a. 1863 renunciavit, ne jurare cogeretur in leges recenter promulgatas. Romam revocatus membrum erat congr. praeparatoriae pro futuro concilio vaticano; inde in Galliam transiit decessitque Pictavii theologiae dogmaticae professor 23. Febr. 1875. Praeter plurimas theses (series 6) et quosdam breviores commentarios *de theologia generatim* (Pictavii 1874), *de praedestinatione, de gratia actuali, de fide* utrum imperari possit deque libertate conscientiae, *de hominum societate* in genere thesibus subnexos, alios *de triplici ordine* naturali, praeternaturali et supernaturali, Vindobonae 1864 in 8; *de Deo creante,* Pictavii 1875, disseruit in primis *de unitate romana,* Friburgi 1862 l. 1; Viennae 1868 l. 2. Magnam partem habuit in ed. *Der Papst und die modernen Ideen,* ib. 1864—67 fasc. 5, in quibus praeter versionem germani-

[1]) Albertus Guilelmus Westhoff Dolbergae in ditione monasteriensi a. 1801 natus, in collegio germanico Romae institutus, qui praxim tradendorum exercitiorum spiritualium clero iterum in Germaniam induxit, praeses seminarii coloniensis a. 17, canonicus, vir vere ecclesiasticus († 6. Maj. 1871), edidit veterum opuscula ascetica egregia et novam curavit editionem ll. Ballerinii (supra pag. 110) *de vi ac ratione primatus rom. pontificum,* et *de potestate ecclesiastica ss. pontificum* etc., Monasterii 1845. Cf. Lit. Handw. 1871 c. 298. Steinhuber II, 504. Alius ab eo est Ferdinandus W. (n. 1812) laicus, cujus est *Kraft, Stoff u. Gedanke.* Eine umfassende Erklärung des Seelen- und leibl. Lebens mit Hinblick auf die Unsterblichkeit, Münster 1865. — Petrus Theodorus Schwaan (n. 29. Mart. 1804; † 3. Maj. 1881) aliquamdiu prof. philosophiae, dein theologiae dogmaticae et moralis in lyceo braunsbergensi, disseruit: *Ueber das unfehlbare Lehramt* als dritte Erkenntnissquelle des Christenthums, 1833. Cf. Reusch allg. d. Biogr. 33, 188. — De Francisco Berardinelli SJ. (n. 16. Jun. 1816; † 1893) cf. Civiltà Cattolica 1894 t. 9, 99—105; Sommervogel VIII, 1816 ss. — In primis vero mentione saltem dignissimus est Vinc. Ferrerius Gasser n. Inzingae in Tiroli 30. Oct. 1809. Egregie excultus in literis humanioribus et indefesso studio in theol. et philosophicis juvenis ab episcopo Galura designatus est professor studii biblici V. T. in seminario brixinensi (1836—49), dein dogmaticae. Episcopo defuncto clero populoque plaudente ei successit 8. Mart. 1857. Pastor erat vere apostolicus, virtutum ornatu clarissimus, in tuendis juribus Ecclesiae et patriae fortis, episcoporum exemplar juxta verba Leonis XIII. Concilii vaticani erat columna judice Pio IX., nam relator et defensor constitutionis de fide catholica, deinde de primatu et infallibilitate romani pontificis decreta proposita docte solideque exposuit strenueque vindicavit adversus omnes exceptiones sermonibus subinde per horas: et »dum ille loquebatur, testatur Leo XIII., nos omnes ab ejus ore pendebamus.« Laboribus curisque pastoralibus consumptus incredibili totius dioecesis moerore obiit 6. Apr. 1879. Etsi nihil scriptum reliquerit, ejus memoria vivit vivetque in concilii vaticani actis, in splendidissimo seminario dioecesano, quod condidit, in corde omnium verorum Tirolensium. Cf. Zobl V. Gasser ... dargestellt in seinem Leben und Wirken, Brixinae 1883; Mitterrutzner KL² 5, 110.

cam syllabi proponuntur propositiones contradictorie oppositae erroribus syllabo damnatis, quae propterea utiles sunt pro accuratiore errorum intelligentia. Partem quoque habuit in pluribus operibus, quae Passaglia (p. 1499) edidit[1]). — Hermann Hagemann Hannoveranus n. 1825 theologiae professor et canonicus Hildesheimii († 12. Dec. 1887) scripsit opus insigne vereque doctum *Die römische Kirche* und ihr Einfluss auf Disciplin und Dogma in den ersten drei Jahrhunderten[2]), Friburgi 1864; *Vernunft und Offenbarung* 1869; disseruit quoque de Dorner's Geschichte der Theologie, 1867; *Die Aufgabe* der kath. Apologetik, in theol. Qtlschr., Tübingen 1857 p. 359—99. — Renwardus Bauer SJ. Helvetus Murensis (n. 13. Nov. 1823: † 10. Jun. 1883) unus e redactoribus fasc. lit. *Stimmen aus Maria Laach* pro Honorio stetit egregiasque inseruit fasciculis illis diss. contra neoprotestantes, quibus eorum exceptionibus ex historia ecclesiastica petitis adversus infallibilitatem et generatim contra primatum pont. respondet[3]). — Jac. Deby theologiae doctor et sacerdos dioecesis coloniensis, cujus jam supra (pag. 662) meminimus († 1884), edidit *die eine wahre Kirche,* Freiburg 1879, opus quidem eruditum, cui tamen deest lima. — Bern. Rive SJ. Dorstensis (n. 11. Dec. 1824; † 1884) defendit *Die Unfehlbarkeit des Papstes* mit Rücksicht auf die neueste Controverse, Paderbornae 1870; *Die Ehe* in dogmatischer, moralischer und socialer Beziehung, Ratisbonae 1876 in 8., insignis et accurata disputatio; *Die Feste der s. Jungfrau,* Regensburg 1881 t. 2 in 8; *Die Feste unseres H. J. Chr.* ib. 1882 t. 2, quae conciones sunt dogmaticae, solidae, diligenter elaboratae[1]). — Thomas Bauer n. 20. April 1821 in lyceo passaviensi professor, dein OSB. et director convictus episcopalis mettensis († 1893) disseruit *de infallibilitate definitionum* ex cathedra, Passau 1864 (germanice); *Freiheit der Wissenschaft* und Lehrautorität der Kirche in theol. pr. Qtlschr. Linz 1863 p. 40—93; et iterum 1864 p. 41—66; *Dychotomie oder Trychotomie,* Stud. und Mitth. aus dem Ben. O. I (1884), p. 382—465; I (1886), p. 333—57; II, 390—404; *Untrennbarkeit* des päpstl. Primates vom röm. Episcopat in theol. pr. Monatsschrift, Passau 1891 p. 21 ss.; 116 ss.; 202 ss. — Henricus Grundkoetter parochus (n. 1827; † 1891) bene exposuit *die Verfassung der Kirche,* Monasterii 1870.

690. Henricus Montrouzier SJ. Montepessulanus, theologiae moralis et juris canonici professor (n. 10. Sept. 1824; † 2. Nov. 1872), concinnavit *Catéchisme de l' Infallibilité du Pape,* Atrebati 1870 in 12; et quam plurimos articulos contra Jansenianos, Gallicanos, Febronianos etc. inseruit fasciculis literariis *Revue des sciences ecclésiastiques*[2]) et *Revue du Monde catholique.* — Ernestus la Rochelle bibliothecae nationalis praefectus († 1. Nov. 1888), scripsit *du principat pontifical,*

[1]) Cf. Scheeben Lit. Handw. 1869 331—34, qui ita de auctoris nostri operibus censet: Die Vorzüge sind namentlich eine allseitige philologische, historische und theologische Erudition, welcher alle Hülfsquellen der Theologie zu Gebote stehen; logische Schärfe und Präcision in den Begriffen und Beweisen; endlich die glänzende, fast zu geschminkte und nach dem sogenannten akademischen Stil schmeckende lateinische Diction. Die Mängel: eine gewisse schematische Steifheit und Umständlichkeit in Entwicklung und Ausdruck und eine gewisse Starrheit und Härte in der Formulation, sowie Zähigkeit in der Durchführung der aufgestellten Grundsätze.

[2]) Cf. Hake Lit. Hdw. 1868, 49.

[3]) Cf. Sommervogel 1, 1048—50.

[1]) Cf. Stimmen aus Maria Laach 1884 XXVII, 538—40.

[2]) Cf. Sommervogel V, 1265.

origines et principes, Parisiis 1860; *les droits du St. Siège; Alexandre VI* et Cesar Borgia, ib. 1861. — Fr. Lacombe Tolosanus n. 1817 considerat *La Monarchie Pontificale* dans sa formation et suprématie (usque ad Clementem V.), Paris t. 2 s. d., quo in op. agit de dominio temporali; sed ex t. 4 prodierunt tantum duo, iterum recusi titulo parum immutato 1872 t. 2. Obiit auctor 1867. — A. Gréa quondam vicarius generalis sagaciter et eloquenter disserit *de l' Eglise* et de sa divine constitution, Parisiis 1885 in 8. — Car. Amabilis princeps de la Tour d'Auvergne Lauragais n. 6. Dec. 1826, canonicus atrebatensis et vicarius generalis, rotae auditor, protonotarius apostolicus, archiepiscopus bituricensis demum factus 1861 est († 17. Sept. 1879). Sex habuit synodos dioecesanas, praefuit synodo provinciali; interfuit conc. vaticano, in quo alacriter stetit pro definitione infallibilitatis pontificiae, pro qua tuenda magnum composuit opus: sed manuscriptum incendio periit. Illud ex parte restituit ediditque inscriptum *la Tradition catholique sur l'infaillibilité pontificale* ou sa Définition du concile du Vatican devant l'Ecriture, les Pères et l'histoire, Parisiis 1875—77 t. 2 in 8., opus diligens, in quo per secula decem dogma illud persequitur[1]). — Placidus Maria Schiaffino congr. Oliv. Genuensis n. 5. Sept. 1829 a Leone XIII. creatus cardinalis 27. Jul. 1885, post card. Pitra mortem praefectus bibliothecae vaticanae, sed mox defunctus 23. Sept. 1889, insignis erat concionator, cujus conciones et sermones prodierunt Senis 1890—92 t. 10, quorum 4. complectitur conciones de b. M. V., reliqui celebres sermones apologeticos, quos de Ecclesia et romano pontifice contra horum adversarios habuit. Scripsit etiam *L'analogia della fede* ed il primato del pontefice, Romae 1857.

691. Adversus romani pontificis infallibilitatem praeter tot alios scripsit Henr. Lud. Carolus Maret n. 20. Apr. 1805 facultatis sorbonicae decanus, episcopus titularis surensis, dein archiepiscopus lepontinus, canonicus primicerius abbatiae s. Dionysii, qui admodum operose nisus est definitionem illius dogmatis praepedire editis pluribus libellis[1]) ut *du Concile général* et de la paix religieuse, Parisiis 1869 t. 2; germanice sed non accurate, Regensburg 1869 t. 2; *le Pape et les évêques*, défense du l. sur le concile général etc., ib. 1869, adversus Guéranger, qui illud impugnaverat in op. *De la Monarchie pontificale* etc. Maret tamen decretis vaticanis se subjecit († 17. Jun. 1884). Prius ediderat: *Essai sur le panthéisme* dans les sociétés modernes, ib. 1839; 1845 ed. 3; germanice interprete Widmer, Schaffhausen 1842; in eo ontologismo favet[2]); *Philosophie et religion.* Dignité de la raison humaine et nécessité de la révélation divine, ib. 1856 in 8; quod Guéranger impugnavit; *Théodicée chrétienne* avec la notion rationaliste de Dieu, 1844; 1850 ed. 2; germanice interprete J. N. Oischinger, Mainz 1845; *l'Eglise et la société laïque*, 1845; *l' antichristianisme*, 1864 in 8; *la vérité catholique* et la paix religieuse, 1884; *le Catholicisme et le rationalisme* en France, Louvain 1845.

692. Theodorus de Régnon SJ. († 28. Dec. 1893) diu mathesis professor, postea studiis theologicis sollerter se impendit, eorum fructum theo-

---

[1]) Cf. L'Episcopat franç. pag. 153 s.; Polybiblion 1879 II, 352.

[1]) Cf. die neugallikanische Theorie von Msr. Maret in Oekum. Konzilstimmen 1870 fasc. 8; Bazin, Parisiis 1891 t. 3; Gla I, 2 p. 595 s.; Granderat Geschichte des vatik. Conc. III passim.

[2]) Cf. Quartalschrift Tübingen 1842 p. 635—66.

logiae studiosis communicavit in Etudes de théologie positive *sur la sainte Trinité,* Parisiis 1892—93 t. 1: Exposé du dogme; t. 2: Théories scholastiques; t. 3: Théories grecques morte auctoris mansit hactenus ineditus. *La Métaphysique des causes* d'après s. Thomas et Albert le Grand[1]), 1885 in 8; *Bañes et Molina* histoire, doctrine, critique, métaphysique, 1883 in 18; *Bannésianisme et Molinisme* p. 1: Etablissement de la question et défense du Molinisme, 1890 in 2; pars altera non prodiit. Adversarium reperit in Hippol. Gayraud cujus est: *Providence et libre arbitre,* Toulouse 1890. 1892 p. 12. Fuit ipse quondam theologiae et scholasticae philosophiae professor et canonicus honorarius. — L. Galea dedit nobis *Dichiarazione* delle prime 26. qq. della Somma teologica estratta parola per parola dalle opere del ang. Dottore, Melitae 1879. — Jos. Pecci SJ. frater Leonis XIII. natus est Carpineti 13. Dec. 1807, philosophiae professor, etiam in Sapientia romana, praelatus domesticus et vicebibliothecarius S. R. E., a Leone XIII. juxta votum unanime collegii cardinalium purpura decoratus 12. Maj. 1879 († 8. Febr. 1890), acutus et profundus philosophus, in s. Thomae doctrina admodum versatus erat. Dolendum est eum sua scripta ante mortem igni tradidisse. Specimen tantum sui ingenii edidit: *Parafrasi e dichiarazione* dell'opuscolo di s. Tommaso de ente et essentia, Romae 1882; Sentenza di s. Tommaso *circa l'influsso di Dio sulle azioni delle creature ragionevoli e sulla scienza media,* Romae 1885, germanice interprete Triller, Paderbornae 1888, in quo ostendit. s. Thomam neque docuisse opinionem neothomistarum rigidorum de praedeterminatione physica actionum liberarum, neque concursum simultaneum et scientiam mediam[1]). — Henricus Borgianelli SJ. (n. 24. Sept. 1805; † 28. Aug. 1882) exposuit *il Sopranaturale* ossia la elevazione dell'uomo[2]), Romae 1864; *la maternità divina* e le conseguenti prerogative, Napoli 1874 in 8. — Etiam Nic. Gridel canonicus titularis nancaeus (n. 1801; † 6. Apr. 1885) coecorum apostolus, qui longam suam vitam ipsorum utilitati impendit, disseruit *de l'Ordre surnaturel et divin,* Nancaei 1872; reliquit insuper *Instructions sur les vertus chrétiennes* et les péchés capitaux, ib. 1866—67 t. 4 in 12; *Cours de Théologie classique* et élémentaire, Paris 1843—44 t. 8 in 8. *Soirées chrétiennes* 1861 ed. 3. plurimum aucta. — Maria Jac. Guitton Vitrensis n. 28. Maj., fuit in seminario rhedonensi theologiae, dein studii biblici professor, canonicus honorarius, vicarius generalis et praeses collationum pastoralium, hisce tamen mu-

[1]) Cf. hic etiam opus Philippi Reinhard de Lichty († 1883) cujus exstat opus diligens (sed non satis limatum) *Albert le Grand et s. Thomas* ou la science au moyen âge, Parisiis 1880.

[1]) Cf. prolixam opusculi epitomen in Katholik 1888 p. 225—83; Morgott Lit. Handw. 1887, 36; 1888 c. 705, ubi inter alia scribit: Selbst jene, welche die in dem Schriftchen dargelegte Doctrin nicht zu der ihrigen machen wollen, werden dem Uebersetzer beistimmen, wenn er als Vorzüge desselben bezeichnet, dass darin ein grosser Ideenreichthum mit wahrhaft künstlerischer Einfachheit, seltenem Scharfsinn mit classisch ruhigem Stile vereinigt, und dass es zugleich ein leuchtendes Beispiel sei, wie man gleich dem h. Thomas mit erhabener Noblesse ohne alle Bitterkeit die Gegner wissenschaftlicher Fragen behandeln solle. Contra hanc diss. scripserunt H. Guillermin OSD. *L'opuscule de S. E. le C. Pecci* etc., Parisiis 1886, et in primis Feldner *Die Lehre des hl. Thomas* ... dargelegt von S. E. C. J. Pecci, kritisch beleuchtet Graecii, 1889. Cf. Morgott l. c. 1889 c. 5. — Ceterum E. C. Lesserteur in l. *S. Thomas et la Prédestination* Parisiis nititur etiam ostendere contra Thomistas s. Thomam non tenuisse praedestinationem ante praevisa merita.

[2]) Cf. Civiltà Catt. 1865 II, 66—78.

neribus se abdicavit[1]), ut tranquillius studiis vacaret († 19. Jan. 1883). Scripsit tr. *L'Homme relevé de sa chute* ou Essai sur le péché originel et les fruits de la Rédemption, 1854 t. 2 in 8. — Huc quoque refer Cajetanum Alimonda Genuensem (n. 23. Oct. 1818; † 29. Maj. 1891), seminarii genuensis rectorem, episcopum Albengae (1877), demum archiepiscopum taurinensem et cardinalem, qui descripsit *il sopranaturale nell' uomo* t. 4 in 8; *l' uomo sotto la legge del sopranaturale,* t. 4 in 8; *Lutero e l' Italia* 1888 in 8; *i Problemi del sec. XIX,* t. 4 in 8; *la Musica sacra,* 1877. *Lutero e l'Italia,* 1888 in 8; *Il mio episcopato* etc. Reliquit t. 12 homiliarum, quas Cantù prodigia dicit eruditionis et scientiae.

693. De *eucharistia*[2]) disputarunt Fidelis Haiz senior capituli friburgensis in Brisgoja, Waldshuti n. 16. Oct. 1801, Wessenbergianus, propter discordiam ab archiepiscopo (Vicari) a functionibus sacerdotalibus, excepta missa privata, 1853 usque ad hujus mortem (1868) suspensus († 9. Jun. 1873), in *Katholische Abendmahlslehre* nach der heil. Schrift und Tradition und in ihrer Bedeutung für das religiös-sittl. Leben[3]), Moguntiae 1872. — Jo. Bernardus Dalgairns in insula Guernesey 21. Oct. 1818 n. studiis operam dedit Oxonii atque in linguis classicis excelluit. Cum tot aliis gratia divina tactus verae fidei oculos aperuit, postquam diu cum Newman conversatus vitam asceticam vere rigidam duxit. Rediit ad Ecclesiam catholicam 29. Sept. 1845 paucis diebus ante ipsum Newman, quem post susceptum sacerdotium Romam secutus et Oratorium cum ipso est ingressus. Londinum redux animarum curae, concionibus et componendis libris, asceticis praesertim[1]), incubuit († 6. Apr. 1876), inter quae eminent symbolae ad opus Newman *Lives of the English Saints,* i. e, plures vitae ab ipso adhuc anglicano sed spiritu catholico et magna unctione conscriptae: prae ceteris laudatur *Live of St. Stephan Harding* (qui fundaverat monasterium Citeaux), etiam germanice interprete Mathilda Kaufmann, Moguntiae 1865. *The Devotion to the Sacred Heart of Jesus,* with an Introduction on the History of Jansenism, Londini 1853. libellus insignis saepe impressus; *The German Mystics* of the Fourteenth Century, ib. 1858; *the Holy Communion,* its Philosophy, Theology and Practice, Dublini 1861 in 12. ob suam utilitatem saepe editus, germanice Moguntiae 1862. Plures quoque articulos inseruit foliis periodicis Contemporary Review et Dublin Review. — Fr. A. Bongardt scripsit *die Eucharistie* der Mittelpunkt des Glaubens, des Gottesdienstes und Lebens der Kirche für tieferes Verständniss erörtert, Paderbornae 1882 ed 2. — Lud. Hoppe erudite tractat argumentum[2]): *Die Epiklesis* der griechischen und orientalischen Liturgien und der römische Consecrationscanon, Schafusiae 1864. — Henr. Car. Lambrecht episcopus gandavensis praeclare disseruit *de sacrificio missae.* Ejus catechismus egregius modo est adhuc in usu (2. Juli 1889). — J. J. Endres descripsit *das Sacrament*

[1]) Cf. Polybiblion 1883 I, 363.

[2]) De singulis sacramentis libellos edidit M. P. Christian laicus, Bugeaud duci militum a secretis, scriptor ferax († 12. Jul. 1877), cujus etiam est *Histoire du clergé de France* depuis l'avénement du christianisme dans les Gaules jusqu'à nos jours, 1840 t. 2.

[3]) Cf. Reusch Allg. d. Biogr. 10, 393.

[1]) Cf. Gillow II, 4; Bellesheim KL² 3, 1340; Rosenthal 2, 264—75.

[2]) Cf. tamen de hoc op. Katholik 1869 I, 383; lit. Hdw. 1866, 56. Scheeben Mysterien des Christenthums p. 489¹ de eo ita scribit: Dieses Werk, das Resultat umfassender und gründlicher Studien, gibt einen Vorgeschmack von dem reichen Schatze der erhabensten u. tiefsten Theologie, welche in den verschiedenen alten Liturgien niedergelegt ist.

der Busse in der k. Kirche, Aquisgrani 1847. — Ant. Frenzel Silesius, Braunsbergae in lyceo professor [1]), canonicus, capituli praepositus et episcopus auxiliaris warmiensis, bene meritus de dioecesi (n. 7. Aug. 1790; † 3. Apr. 1873), praemium retulit de themate a facultate theologica wratislaviensi 1817 proposito[2]): *Ob die Lehre von der schlechthinnigen Unauflöslichkeit der Ehe als katholisches Dogma anzusehen sei,* cui quaestioni negative respondit, responsumque Dereser 1818 typis dedit. (cf. pag. 932); sed retractationis instar edidit *de indissolubilitate matrimonii* commentarius, accuratus et eruditus, Paderbornae 1864.

694. De laudibus *b. Mariae V.*[3]) sollicitus fuit Jo. Jac. Bourassé professor theologiae dogmaticae et canonicus turonensis, societatis archaeologicae praeses (n. 22. Dec. 1813; † 4. Oct. 1872). Collegit enim *Summam auream de laudibus bb. V. Mariae Dei genitricis sine labe conceptae* ex sacris bibliis, operibus ss. patrum, decretis conciliorum etc., Parisiis 1862 t. 13, concionatoribus destinatam (fr. 70). Scripsit praetera *Histoire de J. Christ* d'après les évangiles et la tradition, expliquée à l'aide des monuments, de la description des lieux et de commentaires des écrivains ecclésiastiques, Turonibus 1861 in 8. 1895; *Histoire de la V. Marie* Mère de Dieu d'après l'Evangile, les écrits des ss. Pères et les monuments, ib. 1862; *Histoire de s. Joseph . . .*, ib. 1871 in 8; *Les Apôtres,* histoire de l'établissement de l'Eglise d'après les textes contemporains expliqués par la tradition ecclésiastique, les documents de l'histoire profane, les monuments de l'archéologie et la description des lieux, ib. 1869; *La S. Bible* Traduction nouvelle selon la Vulgate, cum Janvier, Tours 1865; 1866; 1874; 1882; 1893; versio est exacta et fidelis, annotationes sobriae et bonae sed rarae; *Les SS. Evangiles* d'après la Vulgate. Traduction nouvelle cum Janvier [1]), ib. 1868. *Les plus belles églises* du monde, 1857; de France 1843; 1896 ed. aucta. *Archéologie chrétienne* ou Précis de l'histoire des monuments religieux du moyen âge, ib. 1841; 1854; 1878 ed. 9; 1891; *Dictionnaire d'archéologie sacrée,* Parisiis 1854 scil. t. 11. et 12. novae encyclopaediae theologicae ed. Migne; *la Terre sainte* voyage dans l'Arabie Pétrée, la Judée, la Samarie, la Galilée et la Syrie, Turonibus 1860 in 8; *La Tourraine,* histoire et monuments, ib. 1855 in f. (fr. 100); descriptiones plurimarum Galliae ecclesiarum [2]) etc. Edidit et opera Hildeberti. — Praetermissis Passaglia et Cornoldi, de quibus alibi egimus[3]), Jos. Maria a Jesu Diez de Sollano episcopus leonensis in Mexico († 6. Jun. 1881) elaboravit theologicam disquisitionem *de mente d. Thomae* cum mente s. Ecclesiae comparata circa immaculatam conceptionem b. V. Mariae, Mexici 1880, in qua non solum ostendere nititur s. Thomam dogmati non adversari, sed insuper s. doctorem illud docuisse.

---

[1]) Alius ab eo est F. C. Frenzel, cujus sunt Vorlesungen über Hermeneutik, Soest 1807.

[2]) Matthias Hausmann elaboravit pro praemio *Geschichte der päpstlichen Reservatfälle,* Ratisbonae 1848, quam facultas theologica monacensis eo dignam censuit. Cf. Rump ib. 1870, 314.

[3]) Contra bullam Pii IX. qua definitur dogma immaculatae conceptionis b. M. V. scripsit Thomas Braun († 1884) qui cum se nollet Ecclesiae decretis subjicere ab episcopo passaviensi fuit excommunicatus.

[1]) Petrus Desiré Janvier n. 1817 capituli turonensis metropolitani decanus († 1888) praeter alia scripsit *Histoire* de s. Pierre . . . premier Pape, Turone 1875: germanice, Einsiedeln 1879; *Vie* de M. Dupont († 1876), 1880 t. 2; 1882 ed. 2.

[2]) Lorenz Catalogue génér. de la Librairie franç. 1, 339; 5, 187; 9, 203; 14, 276.

[3]) Pag. 1499 et 1491. Quibus adde Schiaffino (pag. 1531), Ballerini de quo infra.

— Aloysius Vaccari OSB. († 17. Dec. 1887) disputavit *de gloriosa b. M. V. assumptione.* — Plura in honorem Mariae scripsit Ant. Pitto Genuensis, alioquin advocatus (1811—83), qui insertis etiam articulis multis in folia catholica pro pietate et Ecclesiae bono strenue stetit. *La Liguria mariana,* 1872—77; I gr. i *Santuari* di Genova, ib. 1884 opus posthumum. — Mich. Ulysses Maynard n. 1814 canonicus honorarius pictaviensis († 22. Jan. 1893) edidit opus illustrationibus splendidum *La sainte Vierge,* Parisiis 1878 in 8. ed. 2; *Pascal,* sa vie et son caractère, ses écrits et son génie, 1850 t. 2 in 8; *S. Vincent de Paul,* sa vie, son temps, ses oeuvres, son influence, 1860 t. 4 in 8; 1873—74; *Voltaire,* sa vie et ses oeuvres, 1867 t. 2 in 8; et vitae aliorum virorum illustrium. Juvit quoque L. Veuillott in edendo Univers [1]). — Ex operibus illustrissimi episcopi pictaviensis et (a. 1879) cardinalis Lud. Franc. Desiderii Eduardi Pie (n. 26. Sept. 1815; † 18. Maj. 1880) collegit Victor Mercier SJ. *La vierge Marie,* Pictavii 1881, eloquens et nobile tantae Virginis elogium; 1889 ed. aucta. Hujus egregii praesulis opera (sermones et instructiones pastorales eloquentes et spiritus vere apostolici) prodierunt [2]) Pictavii 1867—93 t. 10 ed 5. Praesul erat admodum eruditus, apologeta religionis et libertatis fortis et indefessus adversus naturalismum et liberalismum, terror hostium Ecclesiae et vel potestatis civilis. Induxit in suam dioecesim plures ordines religiosos et congregationes, instituit plurimas parochias, condidit facultatem theologicam. In conc. Vaticano fortiter stetit pro definitione infallibilitatis pontificiae. A Leone XIII. creatus est cardinalis (1879). Pagès, qui narrat ejus vitam Paris 1895, edidit quoque ejus *Correspondance* cum Cousseau ep. engolismensi (1849—73), ib. 1894. — Perdrau parochus describit *les dernières années de la très sainte Vierge,* Parisiis 1883 in 12., opusculum asceticum, meditationis, non studii scientifici fructus. — Leonardus Wörnhart Min. lector theologiae († 1892) compilavit *Maria die wunderbare Mutter Gottes und der Menschen* nach allen Gesichtspunkten dargelegt und mit sehr zahlreichen Stellen der h. Väter und theol. Schriftsteller begründet, Oeniponte 1890 in 8., in quo multum utitur opere de civitate dei Mariae de Agreda, opus minus criticum. — Victor Car. Augustus Postel protonotarius apostolicus et cubicularius a secretis suae sanctitatis, vicarius generalis algeriensis (n. 23. Febr. 1823; † 7. Febr. 1885) inter innumera opuscula ascetica fidelium aedificationi et instructioni destinata [1]) scripsit etiam *de l'influence du culte de la très sainte Vierge* sur les destinées de la femme, 1860 in 18; *l' Eglise catholique insigne bienfaitrice des malades,* 1859; . . . *des pauvres* [2]) 1849; *l' Eglise catholique et l' esclavage* ou comment l' Eglise a rendu aux peuples leur dignité [3]), 1861; *Histoire de l' Eglise* depuis N. S.

---

[1]) Cf. Polybiblion 1893 I, 175.

[2]) Cf. J. L. Pradié, qui opp. dedit *Table analytique,* Paris 1878—84 t. 2; A. Trolley de Prévaux Le card. Pie et ses oeuvres: Etude philosophique religieuse et sociale, Parisiis 1882; Baunard Histoire du card. Pie, Pictavii 1886 t. 2 in 8. S. E. le card. Pie, sa vie et sa doctrine, Paris 1895; Polybiblion 1886 I, 541—43.

[1]) Cf. Polybiblion 1885 I, 363; Lorenz 4, 117; 6, 420; 10, 434; 12; praeprimis Mons. Postel, Sa vie et ses oeuvres, Paris 1885 absque auctoris nomine.

[2]) H. Bauer parochus in dioecesi wirceburgensi proponit *Die Kirche als Mutter* der geistlichen u. leiblichen Barmherzigkeit, Donauwöth 1876.

[3]) Ejusmodi beneficia fusius evolvit J. Lachaud in op. *La civilisation* ou les Bienfaits de l' Eglise, Parisiis 1887 t. 2 in 8. — De hoc themate disseruit J. Margraf theologiae doctor, Bavarus in op. *Kirche und Sklaverei* seit der Entdeckung Amerikas, quod facultas theologica tubingensis praemio dignum judicavit, Tübingen 1865.

jusqu' au Concile du Vatican, 1873 ed. 5; Lille 1888; opus bonum pro populo; *Rome dans sa vie intellectuelle*, dans sa vie charitable, dans ses institutions populaires, Parisiis 1865; 1867; *Histoire de s. Angèle Merici* et de tout l' ordre des Ursulines depuis sa fondation jusqu' au pontificat de S. S. Léon XIII. t. 2 in 8; *Manuale pastorum* (asceticum), Paris 1878. — Petrus Jeanjacquot SJ. theologiae moralis professor[1]) in seminario montalbano (n. 21 Oct. 1804; † 17. Nov. 1891) dedit *Simples explications* sur la coopération de la très sainte Vierge à l' oeuvre de la Rédemption et sur la qualité de Mère des chrétiens, Parisiis 1868; *l' Ordre surnaturet* et l' Eglise, société de l'Ordre surnaturel, Parisiis 1886 in 12; *La Liberté de conscience* et l' Eglise gardienne de la liberté de conscience, Paris 1891. — Jo. B. Augustus Riche congr. s. Sulp. (n. 1. Mart. 1824; † 6. Mart. 1892) praeter plura ascetica, apologetica[2]) etc. exposuit *les Harmonies du Culte de la très Sainte Vierge et la virginité*, Paris 1874. 1875 in 12. ed. 3; *Somme de s. Paul*, ib. 1882; *l' Eglise* ib. 1874 pp. 2 etc.

695. Speciatim *contra protestantes* disputarunt praeter eos, quorum inter apologetas mentionem fecimus: Frid. Car. Husenbeth Anglus, Bristolensis n. 30. Maj. 1796, qui curam animarum egit et a Walsh assumptus est in vicarium generalem: restaurata vero a Pio IX. hierarchia in Anglia dictus est praepositus capituli et vicarius generalis episcopi Nordhamptonensis et jam antea a summo pontifice creatus s. theologiae doctor († 31. Oct. 1872). Plurima reliquit scripta: *Defence of the Creed* and Discipline of the Catholic Church against the Rev. J. Blanco White's Poor Man's Preservative against Popery, Londini 1826 in 8; a Klee germanice versus, Augustae V. 1827; libellus plurimum laudatus; *St. Cyprian Vindicated* against Certain Misrepresentations of his Doctrine in a Work by the Rev. G. A. Poole entitled „The Testimony of St. Cyprian against Rome (1838)" chiefly on the Subject of the Pope's Supremacy, Norwich 1839; Londini 1841; *Emblems of Saints:* by which they are distinguished in Works of Art, Londini 1850 pp. 2, opus utile artificibus; *The Chain of Fathers:* Witnesses for the Doctrine of the Immaculate Conception of the Mother of God, Londini 1855. Curavit[1]) quoque editionem versionis s. Scripturae, quam coeperat Haydock (cf. supra p. 1242). — Thomas Lud. Green (n. 1799; † 27. Febr. 1883), quem ob defensam strenue doctrinam catholicam Pius IX. theologiae doctorem dixit (1868), edidit[2]) inter alia: *A Series of Discourses* on the principal Controverted Points of Catholic Doctrine lately delivered in the Catholic Chapel, Norwich 1830 in 8; *Indulgences, Sacramental Absolutions* and Tax Tables of the Roman Chancery and Penitentiary Considered, in Reply to the charge of Venality, Londini 1872; 1880. — Edgar Edmundus Estcourt n. 7. Febr. 1816 secutus est celeberrimum Newman in amplectenda fide catholica. Sacerdotio initiatus factus est canonicus birminghamensis et dioecesis oeconomus, vir prudens, strenuus, de dioecesi bene meritus († 16. Apr. 1884). Edidit: *The Question of Anglican Ordinations discussed* . . . with an Appendix of original Documents and Fac-similes[3]), Lon-

[1]) Cf. Moussard Vie du R. P. Jeanjacquot de la C. de J., Parisiis 1893.

[2]) Cf. Polybiblion 1892 I, 364; Bertrand II, 475—83, qui ejus opuscula sub n. 36 recenset.

[1]) Cf. Gillow 3, 492—507, ubi ea sub 54 num. recensentur.

[2]) Cf. Gillow 3, 27.

[3]) Cf. Bellesheim qui prolixum exhibet conspectum in Archiv für katholisches Recht 1874 t. 31 p. 1—34. Idem argumentum tractat A. W. Hutton congr. Orat. in op. *The Anglican Ministry:* its nature

dini 1873 in 8., quam quaestionem solide admodum tractat atque invicte ordinationum illarum nullitatem ostendit. *The Dogmatic Teaching* of the Book of Common Prayer on the Subject of the Holy Eucharist, ib. 1866; *The English Catholic Nonjurors of 1715,* being a Summary of the Register of their Estates with genealogical and other Notes and an Appendix of unpublished Documents in the Public Record Office, ib. 1886, opus pretiosum pro historia afflictae Ecclesiae catholicae in Anglia illo tempore. — Anglicanos respicit F. Segondy Lodevae natus 1821, vicarius generalis montispessulanus († 1885) in *Essai sur l'église anglicane,* Montpellier 1878 in 8. — Thomas Harper SJ. quondam methodista (n. 26. Sept. 1821; † 29. Aug. 1893) edidit [1]) *Peace trough the Truth* or Essays on subjects connected with Dr. Puseys Eirenicon, Londini 1866 in 8; quae secuta est Second Series, ib 1874; Three Lectures *on papal infallibility* in reply to his Lordship the protestant Bishop of Manchester, Manchester etc. — Raphael Melia [2]) congr., quam Vinc. Palloti condidit, Romae natus (1805) post peracta cum ubere fructu studia vicerectorem egit in collegio de propaganda fide. A congregationis fundatore in Angliam missus magno neque sterili zelo animarum curae se dedit († 11. Nov. 1876). Vir erat orationis et fervidae pietatis, quem Pius IX. virum sanctum praedicavit. Edidit A Treatise *on Aurical Confession,* Dublini 1865 in 8; *The Woman Blessed* by all Generations, Londini 1868, opus eruditum et utile [3]). — Jac. Burton Robertson Londini n. 15. Nov. 1800 diu commoratus est in Germania et Belgio, cui Newman obtulit cathedram geographiae in universitate catholica dublinensi a. 1855; addita fuit et cathedra literaturae anglicae: hinc intercedente Gladstone stipendio fuit donatus a regina Angliae. A Pio IX. dictus est phil. doctor († 14. Febr. 1877). Versione operis Möhler Symbolik Londini 1843 t. 2 in 8; 1847; 1869 multum commovit tractarianos oxonienses. Vertit et Anti-Janus ib. 1870 edidit-que praeter alia *Lectures* on some Subjects of Modern History and Biography, Dublini 1864; 1865 ed 2. — Alex. Munro († 23. Nov. 1892) praeter alia opposuit Calvinistis *Calvinism* in its relations to scripture and reason. — Henr. Gisbertus Rütjes Emmerici in Borussia rhenana n. 4. Nov. 1811, Romae theologiae doctor creatus (1844) parochus († 20. Febr. 1886) plures libellos polemicos sat acres contra protestantes, rongeanos et francomuratores edidit scripsitque *Geschichte des Concils von Trient,* 1846; *Leben, Wirken und Leiden des Papstkönigs Pius IX.,* 1868—70; cum continuatione: *die letzten Lebensjahre Pius IX.* 1878 opus diligens quidem sed nimis prolixum [1]). *Triumph der wahren Kirche,* Emerich 1858. Geschichte der Ges. Jesu im Gegensatz zum Protestantismus und Freimaurertum 1872. — Ant. Tanner Helvetus, praepositus lucernensis et cubicularius pontificius (n. 20. Aug. 1808; † 1893) scripsit *über das katholische Traditionsprincip* und das protestantische Schriftprincip, Luzern 1862; *das Reich Gottes auf Erden,*

and value in relation to the catholic priesthood, Londini 1879, de quo cf. idem Bellesheim Lit. Hdw. 1880, 271.

[1]) Cf. Sommervogel IX, 458.

[2]) Cf. Gillow IV, 561.

[3]) Alius ab eo (forte frater vel cognatus) est Pius M. natus Romae 12. Jan. 1800. Adolescens ingressus est Soc. Jesu (14. Aug. 1815). Egregius erat concionator et missionarius. Societate egressus (1853) vocatus est a card. Wiseman, cui dein erat a confessionibus, Londinum, ut curam ageret Italorum: de quibus admodum erat sollicitus et in pauperes beneficus († 23. Maj. 1883). Scripsit contra Rosmini suppresso nomine, et exposuit *The Origin, Persecutions and Doctrines* of the Waldenses, Londini 1870. Cf. Gillow IV, 559—61.

[1]) Cf. Lit. Handw. 1871 c. 190.

1841; *über den Materialismus,* ib. 1864; *Verhältniss von Vernunft und Offenbarung,* ib. 1865. Scripsit etiam contra Schenkel et Renan in Kath. Schweizerblätter 1864, 1866, quibus multas alias diss. de controversiis suo tempore agitatis inseruit [1]). — J. Troncy Gallus scripsit *Réfutation de la Christologie* de M. Albert Reville (pastoris wallonici Rotterdami, neoariani et rationalistae), Parisiis 1875 in 8; Diss. *sur les prétendues contradictions des Evangiles:* elles confirment, au lieu de les affaiblir, l'authenticité et l'autorité de ces écrits inspirés, 1874. — Jo. Maria Doney illustre episcopatus ornamentum, philosophus et theologus insignis, apologeta potens, canonicus et vicarius generalis honorarius et a. 1833 capitularis, demum episcopus montalbanus (n. 25. Nov. 1794; † 21. Jan. 1871) instituit Examen et discussion amicale de cette question: *Les ministres de la réforme peuvent-ils en conscience promettre l'espérance certaine du salut* par J. Christ aux peuples de leur communion? 1852 etc. In omnibus controversiis sui temporis sollicitus pastor interfuit [2]). — Hadrianus Duval Genevensis fidem amplexus est catholicam suaeque conversionis rationem reddidit in op. *Le Protestantisme jugé par un protestant:* motifs d'adhésion au catholicisme. Genevae 1872; adversus l. D. de Laveleye professoris leodiensis *De l'avenir des peuples catholiques,* qui Ecclesiam catholicam antiquatam censet ideoque imparem jam moderandis populis, edidit *le Catholicisme et le Protestantisme* devant les faits, Parisiis 1882. — Georgius Romain, sub quo nomine latet G. Keszler Parisiensis, laicus n. 1819, discussit *la Question protestante* jugée par le bon sens, la Bible et les faits, in qua etiam impugnat errores Neandri, Guizot, Naville, Vinet, Pressensé, Reville, Coquerel etc., Parisiis 1875 in 8. ed. 2; *l'Eglise est-elle contraire à la liberté?* Sa nature, son esprit, son action, ib. 1886 ed. 3., opus bonum, solidum et aptum ad dissipanda tot praejudicia antichristiana; *Le Moyen âge* fut-il une époque de ténèbres et de servitude? Etudes, ib. 1889; 1892 in 8; opus eruditum, in quo ex adversariorum confessionibus apologiam conficit Ecclesiae catholicae; *L'Eglise et la Liberté,* ib. 1891 ed. 4. Obiise videtur c. 1899.

696. *Contra Güntherianos* disputarunt Ildeph. Sorg OSB. in monasterio admontensi († 1874), cujus est *die Unhaltbarkeit des speculativen Systems der Güntherianer* nachgewiesen vom kirchlich-dogmatischen Standpunkte, Graecii 1851, et Ant. Vraetz, cujus est Speculative Begründung der katholischen Kirche *über das Wesen der menschlichen Seele* und ihr Verhältniss zum Körper, Coloniae 1865, disputatio diligens. *Die Lehre von der päpstlichen Unfehlbarkeit,* adversus Schulte tuetur, Coloniae 1871. — De priori argumento disseruit quoque Car. Thumann Bambergensis n. 1820, seminarii georgiani primum subregens, dein (1855) regens, theologiae pastoralis professor, canonicus et vicarius generalis bambergensis († 15. Maj. 1874), ut supra jam diximus p. 1227. — Quibus adde H. Sauvé et Franciscum Alex. Roullet de La Bouillerie, Parisiis n. 1. Mart. 1830 vicarium generalem parisiensem et capitularem, episcopum carcassonensem (1855), archiepiscopum Pergae et coadjutorem archiepiscopi burdigalensis, cui tamen non successit morte ante sublatus (8. Juli 1882), academiae romanae s. Thomae socium, qui secundum s. Thomae doctrinam scripsit *L'homme,* sa nature, son âme, ses facultés et sa fin, Parisiis 1879; *Etudes sur le symbolisme de la nature* interprété d'après l'Ecriture s. et les Pères, Parisiis 1864; 1868 t. 2 in 12. Ejus *méditations sur*

[1]) Cf. Gla 1, II passim.
[2]) Cf. L'Episcopat franç. p. 366—68.

l' Eucharistie, 1852 brevi tempore octogies prodierunt [1]). *Le cantique des cantiques* appliqué à l'Eucharistie in 12 etc.

697. *Contra traditionalistas* et *ontologistas* disputavit in *Saggio sui principii del tradizionalismo,* Viterbii 1865, et *Della luce intellettuale* e dell'ontologismo secondo la dottrina dei ss. Agostino, Bonaventura e Tommaso A., Romae 1874 t. 2 Thomas Zigliara OP. Natus is est 29. Oct. 1833 Bonifacii in insula Corsica, eratque insignis philosophus, philosophiae et theologiae Romae professor. Inter restauratores philosophiae s. Thomae est numerandus, quem propterea Leo XIII. cardinalem 12. Maj. 1879 creavit et praesidem constituit academiae s. Thomae († 10. Maj. 1893). Concinnavit quoque *Summam philosophicam* in usum scholarum [2]), Romae 1876 t. 2, 1891 t. 3 in 12; quae octies prodiit et melioribus compendiis philosophiae s. Thomae accensetur; *sopra alcune interpretazioni della dottrina ideologica* di s. Tommaso del prof. Ubaghs, Viterbii 1870; *Propaedeutica* ad s. theologiam seu de ordine supernaturali, ib. 1884, quod optimum ipsius opus a Commer censetur; Romae 1906 cur. Esser ed. 5. Disseruit etiam *de mente concilii viennensis* in definiendo dogmate unionis animae humanae cum corpore, deque unitate formae substantialis in homine juxta doctrinam s. Thomae praemissa theoria scholastica de corporum compositione, ib. 1878; *Theses philosophicae* 1881—83 t. 3 in 4. — Contra Ubaghs pariter scripsit J. Lupus Namurcensis n. 1810, qui in foliis literariis strenue stetit pro re catholica. Canonico de Montpellier, cujus familiaritate plurimum utebatur, electo in episcopum leodiensem, adhaesit eumque secutus est Leodium, ut ei esset a secretis. Receptus est inter canonicos et constitutus inspector scholarum superiorum dioecesis († 2. Mart. 1888). Edidit [1]) *Le traditionalisme et rationalisme* examinés au point de vue de la philosophie et de la doctrine catholique [2]), 1858. — Etiam Albertus Lepidi Zigliarae sodalis reliquit Examen philosophico-theologicum *de Ontologismo,* Lovanii 1874, opus nitidum et solidum, in quo doctrinam s. Thomae de origine idearum deque naturali cognitione Dei asserit [3]). — Rosminium impugnavit praeter Ballerini, de quo infra, Jos. Aloysius Dmowski SJ. in Volhynia 25. Sept. 1799 n., philosophiae in collegio romano professor († 2. Febr. 1879) in suis *institutionibus philosophiae,* Romae 1840 t. 2; Taurini 1841; Lovanii 1840 t. 3, scil. in Ethica ob illius philosophi definitionem datam legis moralis, unde enata est controversia literaria. — Jansenianos respicit in *Exposé des erreurs doctrinales du Jansénisme,* 1858 in 8., Car. Martial Allemand Lavigerie Bajonensis n. 31. Oct. 1825, historiae ecclesiasticae in facultate theologica parisiensi professor, auditor Rotae, episcopus nancaeus strenuus (1863), et post quadriennium algeriensis, quem zelus apostolicus pro conversione Africae celeberrimum reddidit; Europam enim fere universam commovit ad auxilium spirituale et temporale ferendum huic

[1]) Cf. Ant. Ricard Vie de Msr. de la Bouillerie, Parisiis 1887 in 8; L'Episcopat p. 172—74; Polyb. 1882 II, 165.

[2]) Cf. Esser Katholik 1877 I, 35—66; Commer, Jahrbuch für Philosophie etc. 1894 p. 122; Polybiblion 1882 II, 197 ss.; 1893 I, 540.

[1]) Cf. Précis historiques 1888 p. 187.

[2]) Bonaventura Gilson canonicus namurcensis (1796—1885), qui plures articulos inseruit *Journal historique,* quod Leodii prodit, reliquit *Quelques notes* pour servir à l'histoire du traditionalisme et de l'ontologisme en Belgique de 1834 à 1870. 1876 in 8.

[3]) Cf. Schneid Lit. Handweiser 1881 c. 322 ss.

infelicissimae orbis parti [1]). Multa scripsit ad missiones promovendas. Instituit etiam hunc in finem Congr. missionariorum. Hinc in praemium tantae sollicitudinis creatus est cardinalis a Leone XIII. d. 27. Mart. 1882 († 27. Nov. 1892). Ediderat quoque *historiam eccl.* Paris 1864 ed. 6. *Oeuvres choisies,* 1884 t. 2, et *Documents* sur la fondation de l'oeuvre antiésclavagiste 1890. — Contra Graecos schismaticos disseruit Anselmus Tilloy theologiae et juris canonici doctor [2]) n. 1824 in op. *Les Schismatiques démasqués* par l'exposition raisonnée de la doctrine catholique sur les projets de schisme; Eglise nationale; institution des évêques par les métropolitains; intrusion des sujets nommés aux évêchés vacants etc., Parisiis 1861; *Essai de conciliations* entre l'Eglise latine et l'Eglise grecque non unie, ib. 1865; *les Eglises orientales* dissidentes et l'Eglise romaine: Réponse aux neuf questions de M. Soloviev, ib. 1890; *Dieu et l'âme* devant la critique contemporaine etc., 1869 in 8; *Cours de Conférences* religieuses, Paris 1873 t. 2 in 12, demonstratio religionis apologetica adolescentibus proposita.

698. Jam aliquos nominemus, qui minus probandi, imo et reprobandi sunt. Jo. Bapt. Baltzer Andernacensis n. 16. Jul. 1803, Bonnae Hermesii discipulus, hujus doctrinam professor theologiae in universitate wratislaviensi [3]) tradidit. Ea a Gregorio XVI. damnata et postquam ipse agnovit ejus errores, secutus est Güntheri opiniones. Fatendum est eum strenue se opposuisse protestantibus et Rongeanis, sed Güntheri causam adeo in se suscepit, ut Romam sit profectus eam defensurus, sed frustra. Güntheri libris damnatis ipse subjectionem quidem sub decreto pontificio promisit, errores tamen retinuit, hinc episcopus missionem canonicam ad docendum ei subtraxit, a beneficio et officio suspendit (erat canonicus scholasticus) exegitque ut cathedrae renunciaret. Non cessit voto episcopi neque judicio sedis apostolicae suffultus auctoritate regiminis protestantici. Post celebratum concilium vaticanum noluit ejus decretis se subjicere, imo ad neoprotestantes defecit († 1. Oct. 1871). Praeter plura alia, quae cf. apud Gla 1. II passim, scripsit: *Die biblische Schöpfungsgeschichte,* insbesondere die darin enthaltene Kosmo- und Geogonie in ihrer Uebereinstimmung mit den Naturwissenschaften, Lipsia 1867 p. 1, p. 2. ex ejus schedis edidit Jo. Petrus Baltzer ib. 1873. *Ueber die Anfänge der Organismen* und die Urgeschichte des Menschen, Paderborn 1873. diss. 5 adversus Darwin et Vogt. — Bernardus Jos. Hilgers professor historiae ecclesiasticae senior facultatis theologicae bonnensis, hermesianus primum, ad neoprotestantes, adversarios scil. concilii vaticani, transiit (n. 20. Aug. 1803; † 7. Febr. 1874). Ejus sunt [1]): *Symbolische Theologie,* oder die Lehrgegensätze des Katholicismus und Protestantismus dargestellt und gewürdigt [2]), Bonnae 1841; *kritische Darstellung* der Häresien und der orthodoxen dogmatischen Hauptrichtungen in ihrer genetischen Bildung und Ent-

---

[1]) Cf. Baunard Son E. le card. Lavigerie, Parisiis 1896; Felix Klein Kard. L. und sein afrikanisches Werk nach der 3. fr. Auflage, Augsburg 1893 germanice interprete Muth-Richard, Lille 1893; L'Episcopat fr. 391 s.; 34—38; Grussenmeyer Vingt-cinq années d'Episcopat en France et en Afrique 1888 t. 2; Pagès Le card. Lav. sa vie etc., Paris 1895.

[2]) Cf. Lorenz 4, 509; 6, 623; 10, 663; 12, 980.

[3]) Cf. Franz, J. B. Baltzer, ein Beitrag zur neuesten Geschichte der Diöcese Breslau, 1873; Brück KL² 1, 1908; Melzer allg. d. Biogr. 2, 33.

[1]) Cf. Reusch allg. d. Biogr. 12, 412—14; Gla 1. II passim.

[2]) Cf. solidam hujus op. censuram auctore Vosen in Archiv für theol. Lit. 1843.

wickelung vom Standpunkt des Katholicismus t. 1. Sectio 1. (et unica), ib. 1837. — Hermesiani fuere Herm. Jos. Stupp († 1870 cf. supra p. 904) et Jo. Henr. Achterfeld Westphalus professor theol. moralis bonnensis (n. 1. Jun. 1788; † 11. Mai 1877), qui tamen se demum ita pontificio judicio subjecit, ut archiepiscopus coloniensis missae celebrationem iterum ei permitteret. — Petrus Joseph Elvenich[1]) n. in Embken Borussiae rhenanae n. 29. Jan. 1796, senior facultatis philosophicae wratislaviensis, quondam director gymnasii et praefectus bibliothecae academicae, Hermesii discipulus Bonnae, secundum ejus principia scripsit *Moralphilosophie,* Bonnae 1830-2 t. 2, et plura ad tuendas magistri sui opiniones; postmodum defecit ad neoprotestantes († 26. Jun. 1886 a. aetatis 90).

699. Pro Güntheri opinionibus steterunt: Theodorus Gangauf OSB. Bergae prope Neoburgum ad Danubium n. 1. Nov. 1809, in lyceo augustano philosophiae (ad mortem usque) professor, rector regii seminarii, monasterii s. Stephani abbas a. 1851. Pro tuendo Günthero Romam profectus est cum Baltzer 1853, sed nullo successu. Dignitati abbatiali 1859 renunciavit totumque se dedit studio s. Augustini, cujus doctrinam illustrare nititur[2]) aliquot scriptis: *Ueber Glauben und Wissen,* Augustae 1851; *Metaphysische Psychologie des h. Augustinus,* ib. 1852; *des h. Augustinus speculative Lehre* von Gott dem Dreieinigen, ib. 1866. Obiit 15. Sept. 1875. — Jac. Zukrigl Moravus[3]), n. 26. Jul. 1807; in facultate theologica catholica Tübingae apologeticae, encyclopaediae et philosophiae professor († 9. Jun. 1876), cujus praeter diss. in fasciculis tubingensibus sunt: *Wissenschaftliche Rechtfertigung der Trinitätslehre* mit besonderer Rücksicht auf die Glaubenslehre des Dr. D. Strauss, Viennae 1846; *über die Nothwendigkeit einer Offenbarungsmoral* und ihr philosophischer Standpunkt, ib. 1850 etc. — Petrus Knoodt Boppardensis (n. 6. Nov. 1811; † 27. Jan. 1889) Hermesii discipulus, dein Günthero addictissimus, philosophiae professor bonnensis, penitus ab Ecclesia defecit factus vicarius generalis pseudoepiscopi neoprotestantium Reinkens[1]). — Jacob Merten, n. 11. Aug. 1809 philosophiae professor (1843—1868) in seminario trevirensi († 17. Febr. 1872), inhaeserat quidem opinionibus philosophicis Güntheri, sed postquam hujus opera damnata fuere, duce philosophia Balmes, quam in praelectionibus jam sequebatur, ad saniorem rediit sentiendi rationem[2]).

700. Proprias opiniones tradidit Jo. Nep. Paulus Oischinger Bavarus (n. 13. Maj. 1817; † 11. Dec. 1876), qui fere solitariam Monachii vitam duxit studiis deditam. Multa edidit opera, in quibus adversarium agit non solum Güntheri, sed in primis scholasticorum[3]). Ea tamen jam oblivioni data sunt: nam confusas continent opiniones stilo implexo propositas. Ita *die speculative Theologie des h. Thomas von A.* des englischen Lehrers, in den Grundsätzen systematisch ent-

---

[1]) Cf. KL. V, 1886; Werner Geschichte der kath. Theol. p. 401[2]; Gla 1. II passim; Lauchert allg. d. Biogr. 45, 687.

[2]) Cf. Lit. Handw. 1869, 247; 1875 c. 378; Liebert Allg. d. Biogr. 8, 358.

[3]) Cf. Wurzbach 60, 302.

[1]) Cf. Allg. d. Biogr. LI, 262—72.

[2]) Cf. Franc. X. Kraus Allg. d. Biogr. 21, 469.

[3]) Reusch Allg. d. Biogr. 24, 210: Das Ziel seiner schriftstellerischen Thätigkeit war die Begründung einer neuen christlichen Philosophie und eine wissenschaftliche Darstellung des katholischen Lehrbegriffs mit Ausscheidung der von ihm für irrig gehaltenen mittelalterlich-scholastischen Elemente. Cf. Stöckl IX, 789—93; Gla 1. II passim.

wickelt, 1858, qui in op. non solum aliquas s. Thomae propositiones, sed universam s. Thomae aggreditur doctrinam, proh 1859; *commentarii theologici*, quibus quaestiones de theologia scholastica explanantur, 1860; *System der christlichen Glaubenslehre*, Landshut 1858 t. 1. et 2. (ex 10 quos conceperat); *die christliche und scholastische Theologie* oder die christlichen Grunddogmen nach den Symbolen, Concilien und Vätern der Kirche entwickelt, sowie gegen die abweichenden Lehren der Scholastiker vertheidigt, der Gesammtkirche, insbesondere dem ökumenischen Concil vorgelegt und gewidmet, 1869; *Speculative Entwickelung* der Hauptsysteme der neueren Philosophie von Descartes bis Hegel 1853. 1854 t. 2 etc. — Ontologismi opinionibus inhaesit Gerardus Casimirus Ubaghs n. Bergae in Limburgo batavo 26. Nov. 1800, in academia lovaniensi philosophiae professor et canonicus honorarius leodiensis (1834; † 1875) scil. in suis Logicae seu *philosophiae rationalis elementis*, Lovanii 1834; 1860 ed. 6. et in *Theodiceae* seu theologiae naturalis *elementis*, ib. 1841; 1863 ed. 4. Ejus libri et opiniones Romam delatae fuere; libri quidem non fuerunt relati in indicem, vetitum tamen ne in scholis adhiberentur ob periculosas opiniones. Ubaghs se subjecit judicio pontificio atque cathedrae renunciavit. Contra ipsum scripsit, ut diximus, card. Zigliara (p. 1547). Plura alia reliquit opera et diss. philosophicas, inter quas *Du Dynamisme* considéré en lui-même et dans ses rapports avec la sainte Eucharistie, ib. 1852; 1858 ed. aucta[1]). — Pro opinionibus philosophicis Rosmini steterunt Josephus Petri († 20. Oct. 1891), Polonini in *Accordo* delle dottrine dell'ab. Rosmini con quelli di s. Tommaso, Parabiago 1880, et jam antea Paganini professor in universitate nisana in l. *s. Tommaso d'Aq. ed il Rosmini* 1857. — Jos. Hillebrand missionarius apostolicus dioecesis paderbornensis († 1887) plures emisit libellos adversus Ronge, quos recenset Gla 1, II. 719.

II. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

701. Ad s. Scripturam accedentes eos primum adducemus, qui *disciplinas isagogicas* tractarunt[1]). Daniel Bonifatius de Haneberg OSB. n. est 16. Juni 1816 in vico Tanne prope Campodunum. Inter condiscipulos gymnasii ingenio et studendi alacritate primum promeruit locum atque tempus

[1]) Praetermittimus Rud. Hirschfelder Silesium (n. 1830; † 28. Nov. 1872) paedagogii directorem, cujus est *Handbuch zur Erklärung der biblischen Geschichte des A. u. N. T.*, Moguntiae 1871; 1874 ed. 2. opus bonum scholis inferioribus destinatum. Cf. Handw. 1872 c. 531. — Ad. Kopiciński theologiae pastoralis professorem in seminario tarnoviensi, qui disputavit de integritate s. textus hebraici, Tarnoviae 1880, scil. quoad fidem et mores diss. satis utiles. — Phil. Mattheum Klimesch Praem. in canonia teplensi bibliothecarium (n. 5. Sept. 1809), qui edidit celebrem codicem teplensem N. T., München 1884 pp. 3, pro qua ed. meruit ab imperatore (1884) honorari nu-

mismate aureo pro artibus et scientia († 27. Mart. 1886). Edidit etiam *Zacharias Landhauser's deutsches Tagebuch* der Zerstörung Magdeburgs 1631, Wien 1856; *Stift Tepl* Uebersicht der merkwürdigsten in den Annalen des Präm. Stiftes Tepl verzeichneten Ereignisse in und ausser dem genannten Stifte seit dessen Gründung, Prag 1859; *Martinus Polonus:* Codex sec. XIII. Teplenus etc. Pragae 1859. Cf. Goovaerts I, 451.

[1]) Univ. cath. de Louvain, Bibliographie académique, Lovanii 1880 pag. 190 ss.; Reusch Index II, 1147.

adhuc reperit addiscendis fere sine magistro linguis orientalibus, sanscriticae etiam et sinicae, quarum studium continuavit, cum Monachii vacaret theologiae. Neque his contentus thema a facultate theologica de Joan. 6, 51-64 propositum solvit (in Archiv f. theol. Literatur II, 1057—97) et praeclaras lectiones a celebri Wiseman habitas de praecipuis doctrinae capitibus et ritibus Ecclesiae catholicae deque nexu inter scientiam et revelationem germanice vertit Ratisbonae 1838. 1840, quae versio bis adhuc emendata prodiit. Interim non omisit studium pietatis et virtutis. Edita disp. *de significationibus* in V. Testamento praeter literam valentibus, Monachii 1839, veniam legendi promeruit: mox (1841) factus est professor extraordinarius, et a. 1844 ordinarius studii biblici V. T. et linguarum orientalium, munere quoque donatus concionatoris academici: quibus in muneribus miro modo auditorum animos captabat. Anno 1850 ingressus est ordinem s. Benedicti in abbatia s. Bonifatii, et jam post quadriennium a suis in abbatem electus. Non propterea dimisit cathedram curamque animarum: nam apud nobiles et ignobiles, cultos et incultos magna valuit auctoritate. Elaboravit tr. *die religiösen Alterthümer der Hebräer,* qui pars est operis Allioli *Handbuch der biblischen Alterthumskunde,* Landshuti 1844; prodiit retractatus plurimumque ditatus ut fere novum sit opus sub inscriptione *Die religiösen Alterthümer der Bibel,* Monachii 1869, opus in hac materia optimum; *Einleitung in das A. Testament,* Ratisbonae 1849; 1851; 1863. retractata sub titulo: *Geschichte der biblischen Offenbarung,* ib. 1876 ed. 4. cur. Weinhart, opus vere egregium in quo tamen quandam opinionem non probandam de inspiratione tradit, quae in posteriori ed. emendata fuit; *Canones s. Hippolyti arabice* e codd. romanis cum versione latina, annotationibus et prolegomenis, Monachii 1870, opus doctum. Romam vocatus est a Pio IX. membrum congr. praeparatoriae pro futuro concilio. Ob eximiam suam pietatem et virtutum splendorem electus est episcopus a capitulo trevirensi, inter candidatos propositus pro sede archiepiscopali coloniensi, a rege dictus episcopus eichstettensis, sed modeste recusavit honores; cedere tamen debuit cum a rege nominatus est a. 1872 episcopus spirensis. Non diu rexit illam ecclesiam, laboribus enim et curis attritus decessit[1]) ovium suarum magno luctu 31. Maj. 1876. Plurimas diss. doctas inseruit actis academiae monacensis, cujus erat socius, fasciculis literariis et lexico ecclesiastico ed. Wetzer et Welte etc. *E. Renan's Leben Jesu beleuchtet,* Ratisbonae 1864, libellus plane eximius stilo nobili concinnatus; posthumum prodiit cura Petri Schegg *Evangelium nach Johannes* übersetzt und erklärt[2]), Monachii 1870. 1880 t. 2, piae potius meditationes quam scientifica expositio.

702. Mauritius de Aberle in vico Rottum prope Biberacum n. 25. Apr. 1819, professor studii biblici et theologiae moralis in facultate theologica tübingensi (1850; † 3. Nov. 1875) vir sagacis ingenii, studii indefessi, eruditionis ditissimae variis in disciplinis, quas ancillari jussit studio biblico, doctos reliquit fructus: *Neutestamentliche Einleitung* nach den Vorträgen A. neu bearbeitet von Dr. P. Schanz, Friburgi 1877; in primis vero doctas diss. in fasciculis literariis tübingensibus, ex. gr. *über den Zweck der Apostelgeschichte* 1854. 1855; *zur Erklärung von Irenaeus adv. haer. 3, 1. 1,* 1858; *über den Zweck des Mat-*

---

[1]) Cf. Schegg Erinnerungen an Dr. D. B. v. Haneberg Monachii 1877 et allg. d. Bio. 10, 502—6; Jocham D. B. v. Haneberg Wirceburgi 1874; Weinhart KL² 5, 1490—94; Lindner 2, 261—69.

[2]) Cf. Schaefer Lit. Hdw. 1878 c. 217; 80, 487.

thäusevangeliums[1]) 1859; *Zweck des Johannesev.*, 1861; *über den Tag des letzten Abendmahles*, Prolog des Lucasevangeliums und Abfassungszeit des 1. Timotheusbriefes, Epochen der neutest. Geschichtsschreibung, 1863; *Beiträge* zur neutest. Einleitung 1864; *über den Statthalter Quirinius* 1865; *Exegetische Studien*, 1868; *die Begebenheiten* beim letzten Abendmahl, 1869; *die Berichte* der Evangelien über die Auferstehung Jesu, 1870; *über Gefangennehmung* u. Verurtheilung Jesu, 1871; *letzte Reise Jesu* nach Jerusalem, 1872; *die bekannte Zahl* in der Apocalypse, 1872, quibus omnibus ingenium prodit, subinde audax neque enim omnes ejus opiniones, praesertim de origine evangeliorum omnibus probantur[2]). — Fried. Brandscheid concinnavit Handbuch der *Einleitung ins N. T.*, Freiburg 1893; ediditque critice et accurate N. T. graece et latine, ib. 1893. — B. Poertner scripsit *die Auktorität der deuterokanonischen Bücher des A. T.* nachgewiesen aus den Anschauungen des palästinischen und hellenischen Judentums, Münster 1893. — Laur. Clemens Gratz (alius a Petro Al., de quo cf. supra p. 1235) Bavarus n. 26. Jan. 1806, alumnus Georgiani seminarii elaborato themate a facultate theologica monacensi proposito praemium retulit atque doctoris lauream promeruit (1829). Dilingae a. 18 munus professoris studii biblici obiit (1832—50). Pro cathedra ipsi in universitate monacensi oblata acceptavit canonicatum augustanum, atque a. 26 functus est magna aequitate et sollicitudine munere vicarii generalis atque sede vacante (1858) vicarii capitularis. Decessit capituli decanus 18. Nov. 1884. Edidit[1]): *S. Scriptura* num eodem modo interpretanda sit quo reliquos antiquitatis ll. interpretari solemus seu Commentatio *de codice sacro interpretando*, Campoduni 1832; *euchologium* graeco-latinum in usum juventutis literarum studiosae, ib. 1837; 1886; *Ueber Charakter und Deutung* der prophetischen Schriften des N. B., Dilingae 1844; *Die häuslichen Alterthümer* pro opere Allioli supra citato, (p. 1555), retractatum sub inscriptione *Schauplatz der h. Schrift* oder das alte und neue Morgenland mit Rücksicht auf die biblischen und kirchlichen Zustände, Monachii 1858; gallice interprete Gimarey, Parisiis 1869—70 t. 2; in compendium pro scholis redactum: *Erd- und Länderkunde der h. Schrift*, Campoduni 1858. — Jo. Raska proponit *die Homologie der Bibel* in Einklang mit der Zeitrechnung der Aegypter und Assyrier, Wien 1873. — De laboribus Benedicti de Welte huc spectantibus supra jam egimus (p. 919). Natus ipse est Ratzenridae 25. Nov. 1805. Studii biblici V. T. in universitate supplens primum erat (1836), dein professor extraordinarius ac demum 1840 ordinarius, canonicus rottenburgensis († 27. Maj. 1885). Edidit praeterea *das Buch Job* übersetzt und erklärt, Friburgi 1849. Versio rythmica est admodum elegans, opus modo adhuc pretiosum. *Nachmosaisches im Pentateuch.* etc., 1841, quam opinionem aggreditur. Socius erat laboris cum Henr. Jos. Wetzer[2]) in

[1]) Cf. de eodem hoc argumento in eundem sensum nostri auctoris H. J. Litzinger *Entstehung und Zweckbeziehung* des Matthäusevangelium, Essen 1881; *Entstehung* des Lukasevangelium und der Apostelgeschichte ib. 1883.

[2]) Cf. Himpel KL² 1, 62; fasc. lit. tüb. 1876, 177 ss.; Linsemann-Funk Worte der Erinnerung an M. v. A., Tübingae 1876; Lauchert allg. d. Biogr. 45, 682; Vigouroux Dict. 1, 36.

[1]) Cf. Leistle KL² 5, 1041; Lauchert allg. d. Biogr. 49, 509.

[2]) Henr. Jos. Wetzer filius pauperis ludimagistri n. 19. Mart. 1801 sub cura praesertim Leandri van Ess parochi plurimum in studiis profecit seque addiscendis linguis orientalibus impense dedit. Quem in finem Parisiis se contulit celeberrimis illius temporis usus magistris de Sacy et Quatremère. Ibi reperit codicem arabi-

edendo lexico ecclesiastico[1]), ib. 1847-56 t. 12, quibus inseruit articulos circa 200, et per a. 20 ditavit fasciculos literarios tübingenses doctis diss., exegeticis in primis atque ad patrologiam armenam spectantibus. — Jo. Ranolder Quinqueecclesiensis n. 16. Maj. 1806, in seminario dioecesano professor studii biblici et linguarum orientalium, inde translatus est ad universitatem pestinensem, cujus etiam erat concionator academicus. Anno 1845 receptus est inter canonicos quinqueecclesienses et factus seminarii director, et 7. Jan. 1850 episcopus vesprimensis constitutus. Ingentes pecuniarum summas in pios usus pro dioecesis utilitate expendit († 12. Sept. 1875). Praeter alia proposuit *Hermeneuticae biblicae generalis principia* rationalia, christiana et catholica, Quinque Ecclesiis 1834 in 8; Budae 1859; Romae 1865 ed. 3., liber in pluribus seminariis etiam exterarum regionum pro praelectionibus adhibitus. Scripsit etiam hungarice *de ritibus Ecclesiae,* Pesthini 1851, liber saepe editus, ib. 1864 ed. 8. — Jo. B. Setwinch in compendium contraxit *Hermeneuticae biblicae institutiones,* Wien 1872. — Commendatione digna pro laicis sunt Guilelmi Erdmann magistri (n. 15. Jun. 1834) opera: *Biblische Geschichte des A. u. N. T.* von Bernh. Overberg aufs Neue für Volksschulen bearbeitet, Monasterii 1873; 1877 ed. 4; *Erklärung der biblischen Geschichte*[1]), ib. 1875 t. 2; *Palästina* oder das h. Land nach s. geographischen, staatlichen, bürgerlichen und häuslichen Verhältnissen, Münster 1885 ed. 3, et hujus op. epitome Palästina oder *das h. Land,* Paderborn 1886.

703. In *Gallia* in hisce disciplinis versatus est Jo. Bapt. Glaire Burdigalensis (n. 1. Apr. 1798; † 25. Febr. 1878) professor linguae hebraicae in facultate theologica parisiensi, decanus, canonicus honorarius, eques legionis honoris, cujus plura exstant opera: Praeter grammatica et lexica *Introduction historique et critique* aux livres de l'A. et du N. T., Parisiis 1836 t. 6 in 12; 1843; 1862 t. 5 in 8; et hujus *Abrégé,* 1846 t. 2, revue, corrigée et augmentée d'un appendice contenant les notions d'archéologie sacrée les plus propres à faciliter l'intelligence de la Bible, 1865 ed. 4; *La s. Bible* en latin et en français, ib. 1834 t. 3 in 4; Torah Mosché *le Pentateuque* avec traduction et notes, ib. 1835—37 t. 2 in 8; *les Livres saints vengés* ou la Vérité historique et divine de l'A. et

---

cum quem vertit ediditque inscriptum *Faki-eddini Makrizii historia* Coptorum Christianorum in Aegypto, Solisbaci 1828. Controversiam inter Mansi et Mamachi agitatam (p. 133) componere nisus est op. *Restitutio* verae chronologiae rerum ex controversiis arianis inde ab a. 325—350 exortarum contra chronologiam hodie receptam exhibita, Francofurti 1827. Cathedram hinc promeruit Friburgi philologiae orientalis (1828). Docuit et hermeneuticam et introductionem in V. T., habuit et praelectiones exegeticas ex V. T. etsi laicus. Bibliothecarii quoque munus gessit. Fortiter et intrepide stetit pro charactere catholico universitatis, quamvis propterea multas et ingratas sibi conscivit molestias. Praecipuas habuit partes in editione Lexici mox laudati. Obiit apoplexi correptus 5. Nov. 1853. Vere meruit ut ejus sepulcro inscriberentur haec verba: »Ecclesiae, scientiae fidelis et universitati suae catholicae vixit, docuit, scripsit, obiit.« Cf. v. Buss KL. XII, 1418—21; Gyoery Allg. d. Biogr. 42, 261.

[1]) De hoc opere, quod in sua prima ed. non omnium desiderio satisfecit, cum plura illi insint quae limam emendationemque desiderent, cf. quae fideliter et sagaciter censet Weiss Benjamin Herder p. 15 ss. Cf. de auctore nostro Vetter KL. XII, 1319—21; Gla 1, II, passim. Lexikon illud gallice vertit Isid. Goschler parentibus judaeis Argentorati 1804 n. Fidem amplexus est catholicam (1827) factusque sacerdos († 1866). Versio ejus prodiit Parisiis 1858 s.: 1869 ed. 3. Cf. Rosenthal III, 163 ss.

[1]) Cf. Broeckelmann lit. Handweiser 1877, 12.

du N. T. défendue contre les principales attaques des incrédules modernes et surtout des mythologies et des critiques rationalistes, ib. 1845 t. 2; 1874 t. 3; *La Bible selon la Vulgate traduite*[1]) en français (exacte) avec des notes, ib. 1871—73 in 18; opus quod pluribus arridet[2]); versio N. T. a sede apostolica approbata fuit; V. T. a pluribus archiepiscopis et episcopis. Novam editionem auctam curavit Vigouroux cum introductione, notis et appendicibus, 1889—90; *Dictionnaire universel des sciences ecclésiastiques*, ib. 1868 t. 2; cum Walsh direxit editionem op. *Encyclopédie* catholique t. 18 cum 2 t. supplementi. — Paulinus Martin (n. 20. Jul. 1840; † 14. Jan. 1890) celebris le Hir (cf. p. 1225) discipulus, impense linguarum orientalium studio se dedit, quas deinde in instituto catholico est professus (1878). Composuit *Introduction* à la critique générale de l'A. T., de l'origine du Pentateuque 1886—89 t. 3. Alia opera fructus praelectionum litographia tantum edita sunt. Fasciculis literariis inseruit diss. doctas, praesertim plures de 1. Jo. 5, 7, quibus hujus testimonii authentiam negat[3]). — Nic. Lud. Bacuez (n. 3. Febr. 1820; † 31. Aug. 1892) Sulp. philosophiae et theologiae moralis, dein in seminario s. Sulpicii s. Scripturae professor cooperante doctissimo Vigouroux composuit utile admodum *Manuel biblique* ou cours d'Ecriture sainte à l'usage des séminaires, Parisiis 1879—80 t. 4, in 12; 1896 ed. 9 t. 4. Compendium omnium disciplinarum isagogicarum in Scripturam[1]). Hinc saepe prodiit: 1910 ed. 13., ex integro retractata, opus fere novum praesentis temporis indigentiis accommodatum. *Questions sur l'Ecriture sainte* ou Programme détaillé pour servir de guide dans l'étude des ss. Livres avec indication des difficultés à résoudre, des recherches à faire et des ouvrages à consulter, à l'usage des jeunes ecclésiastiques et des prêtres du ministère, ib. 1874 t. 2 in 8; *Manuel du séminariste* en vacances, Paris 1855 in 32; 1896 ed. 10; in alias linguas versum; *du Sacerdoce et du saint Ministère* etc. par les Pères de l'Eglise ib. 1859; *du saint office*, ib. 1867; 1889 ed. 4; *du divin sacrifice* et du prêtre qui le célèbre, ib. 1888; 1896; *Instruction et méditations* à l'usage des ordinaires, sur le sous-diaconat, le diaconat et la prêtrise[2]), ib. 1886—90 t. 3 in 32: *de l'Intérêt et de l'Usure*, ib. 1891. Vir fuit piissimus et obses captus a rebellibus, qui eorum furorem vitaeque periculum singulari Dei providentia evasit. — Georgius Darboy n. 16. Jan. 1813, philosophiae et theologiae erat prof., episcopus nancaeus 1859 et a. 1863 archiepiscopus parisiensis, senator et membrum consilii instructionis. Victima cecidit furoris demagogorum parisiensium 24. Maj. 1871. Descripsit *les Femmes de la Bible*, principaux fragments d'une histoire du peuple de Dieu, 1846—49; 1858 t. 2; 1876 t. 2 ed. 3. in 12; *Les Saintes femmes*, fragments d'une histoire de l'Eglise, 1850; 1877 ed. 4; *Statistique religieuse* du diocèse de

[1]) Adjutorem in ea versione conficienda habuit Adolphum Franck (n. 9. Oct. 1809; † 11. Apr. 1893) academiae scientiarum moralium et politicarum membrum, juris naturae et gentium professorem in collegio Galliae. In veterum philosophia versatus erat ut testatur *Dictionnaire des sciences philosophiques*, cujus editioni praefuit, Parisiis 1843—49 t. 6; 1875 penitus retractatum, ut fere novum sit opus. Aliis omissis, quae cf. Polybiblion 1893 I, 459, edidit etiam *La Kabbale* ou Philosophie religieuse des Hébreux, ib. 1843 in 8.

[2]) Cf. Lit. Hdw. 1865 p. 272; Polybiblion 1879 I, 269; O. Rey in Vig. Dict. III, 248.

[3]) Cf. O. Rey Dict. IV, 828.

[1]) Cf. Lévêsque in Dict. ed. Vig. 1, 1379: Erudition et modération, précision et piété sont les qualités de ce Manuel; Bertrand Bibl. sulp. II, 485—94.

[2]) Cf. Polybiblion 1892 II, 371.

Paris, 1856 in 8; *S. Thomas Becket* archevêque de Cantorbéry et martyr, sa vie et ses lettres d'après l'ouvrage anglais du R. J. A. Gilles, précédé d'une introduction sur les principes engagés dans la lutte entre les pouvoirs [1]), 1860 t. 2. In conc. vaticano secutus est eorum sententiam, qui se opposuerunt definitioni infallibilitatis rom. pontificis: ea tamen definita se subjecit decreto. — Jo. Claudius Gainet n. 1805 parochus, canonicus honorarius rotomagensis et academiae rotomagensis socius († 1890) descripsit *Histoire de l' A. et du N. T.* par les seuls témoignages profanes avec le texte sacré en regard ou la Bible sans la Bible, Baroduci 1866—67 t. 5; 1872 t. 2, in qua tamen nimium promittit [2]); *Accord de la Bible et de la Géologie* dans la création des six jours, dans le récit du déluge mosaïque et dans l'époque de l'apparition de l'homme, Parisiis 1876 in 8., opus minus solidum et mendose impressum [3]); *de la Morale chrétienne* dans ses rapports avec l'ordre politique et civil, 1844.

704. Petrus Coel. Samuel s. Scripturae et archaeologiae professor in seminario gratianopolitano (n. 1829) coepit *Cours élémentaire* d'Ecriture sainte, Gratianopoli 1873 t. 1. et 2; num reliqui prodierint nos latet. — Claudius Jos. Drioux canonicus honorarius lingonensis n. 1820, qui innumera edidit compendia omnis generis pro scholis [1]), edidit *la s. Bible* contenant 1. le texte sacré de la Vulgate; 2. la traduction française du R. P. de Carrières; 3. la concordance des ll. ss.; 4. les commentaires de Menochius; 5. des notes historiques et théologiques mettant perpétuellement le texte sacré en rapport avec les travaux et les découvertes de la science actuelle, Parisiis 1872, 1884 t. 8 in 8 ed. 6; *Nouveau cours d'Ecriture sainte* ou Introduction nouvelle à l'étude de l'A. et du N. T. pour servir de complément à la Bible de Carrières et de Ménochius, ib. 1875 t. 2 in 12; *les Apôtres* ou l'Histoire de l'Eglise primitive, 1882 in 8., quae est apologia Ecclesiae catholicae adversus protestantium errores; *Précis de l' histoire de l' Eglise* depuis le commencement du monde jusqu'à nos jours, 1861 t. 4 in 8; *les Fêtes chrétiennes* multis imaginibus illustratum, 1880 in 4 (fr. 30). — Hippol. Victor Rault (n. 1823; † 6. Oct. 1879) s. Scripturae, dein theologiae dogmaticae professor [2]), reliquit etiam *Cours élémentaire d' Ecriture s.*, 1882 ed. 3. receptum saltem in 20 seminariis. — J. Variot († 1891) professor in universitate (catholica) insulensi edidit Etudes sur l'histoire littéraire, la forme primitive et les transformations *des Evangiles apocryphes*, 1878 in 8. — Dominicus Turano Panormitanus studii biblici professor, canonicus, dein episcopus agrigentinus (Girgenti, 1872; † 2. Febr. 1886) per universam Siciliam ob virtutem celebratissimus, proposuit *Filosofia della storia sacra* e notizie archeologiche bibliche ad uso di seminari di chierici, Taurini 1864; 1880; *La Simbolica* ovvero la esposizione dei miracoli di G. Cristo secondo la fede e secondo la morale, Girgenti 1876—78 t. 4; *Il Cattolicismo* esposto contro gli errori

---

[1]) Cf. Jos. Alfr. Foulon archiepiscopus lugdunensis et (1866) cardinalis (n. Parisiis 29. Apr. 1823; † 23. Jan. 1893) *Histoire de la vie et des oeuvres* de Mgr. Darboy, Parisiis 1889, nimis indulgens (Oeuvres pastorales Foulonii prodierunt Paris 1882 t. 2). Cf. Polybiblion 1893 I, 169). Josephus Guillermin *Vie de Mgr. Darboy*, ib. 1888, opus a pluribus collaudatum etc.; L'Episcopat p. 390. 463.

[2]) Cf. Guérin Revue des QQ. hist. 4, 255—66.

[3]) Cf. Polybiblion 1871 I, 317.

[1]) Cf. Lorenz 2, 146; 5, 421; 9, 481; 12. 337.

[2]) Cf. Polybiblion 1879 II, 543.

dei Valdesi, Panormi 1861; Girgenti 1875; *Risposta* a Giorgio Appia Valdese ed al suo l. Roma e la sua Scrittura, Panormi 1882; Girgenti 1885 cum appendice; *sulla Bibbia* di Deodati[1]) etc. — Ubaldo Ubaldi († 1885) scripsit *Introductionem* in s. Scripturam. Romae 1879 t. 3. — Lucianus Secco SJ. Mediolanensis (n. 12. Dec. 1804; † 15. Mart. 1874) compilavit brevem *Storia dell'A. et N. Testamento,* Taurini 1841; 1843. — A. Posa et Morera canonicus lector cathedralis barcinonensis et quondam professor in seminario succincte et stilo scholastico scripsit *Hermeneuticam sacram* sive praelectiones ad s. Scripturam, Barcinone 1880 in 8. — Franc. Caminero, vir egregie doctus, conservator bibliothecae nationalis matritensis n. 1830, qui decessit proclamatus episcopus legionensis ante captam suae sedis possessionem 13. Apr. 1885, ediderat *Manuale isagogicum* in s. Scripturam, Lugo 1868: *Estudios criticos sobre il N. T.,* Matriti 1882; *La divinidad de J. Cristo* vindicada contro los racionalistas, ib. 1878. — Albertus Werfer insigne condidit opus inscriptum *die Poesie der Bibel,* Tübingen 1875, quam sollerter et sagaciter patefacit. Natus est Neresheimii in regno Würtenberg 27. Sep. 1815. Parochum egit et scholarum inspectorem et a facultate theologica tübingensi dictus est honoris causa doctor (1877). Resignata parochia literis vixit et muneri suo inspectoris. Cum Francisco Xav. Steck edidit *Heiligenlegende,* Ulmae, biographias multarum personarum illustrium (Spee, Holzhauser, Wittmann ep., Alexander de Hohenlohe, Möhler, Ch. Schmid etc.) intra a. 1852—66; *Gottes Herrlichkeit* in seinen Werken, Ulm 1861; 1870 ed. 2. cui adjecta est *G. Herrlichkeit im Geiste des Menschen*[2]). Erat etiam pictor et poëta nobilis († 21. Sept. 1885).

705. Lud. Felicianus Jos. Caignart de Saulcy Insulensis (n. 19. Mart. 1807; † 4. Nov. 1880), miles quondam, sed sagacis ingenii archaeologus et numismaticus fuit, instituti gallici et academiae inscriptionum membrum, imperii senator [1]). Accuratum et attentum instituit iter literarium in Palaestinam. Praeda literaria onustus rediit, plurimosque protulit fructus doctos. Aetate proficiente profecit et in sana fide, cujus accuratam in suo testamento professionem edidit. Collegit *Dictionnaire des antiquités bibliques,* traitant de l'archéologie sacrée, des monuments hébraïques de toutes les époques, de toutes les localités célèbres mentionnées dans les livres saints, Parisiis 1857 (t. 45. ser. III. encyclop. ed. Migne); *Recherches sur la chronologie* des empires de Ninive, de Babylone et d'Ecbatane, embrassant les 209 ans qui se sont écoulés de l'avènement de Nabonassar à la prise de Babylone par Cyrus et renfermant l'examen critique de tous les passages de la Bible relatifs à ces trois empires, 1850 in 8; *Recherches sur la numismatique judaïque,* ib. 1854 in 4; *Voyage autour de la mer Morte* et dans les terres bibliques, ib. 1853, 2 in 4. (fr. 200); 1858 t. 2 in 8., cujus epitome prodiit in Biblioth. cath. des Voyages, ib. 1858; *Voyage en Terre-Sainte,* ib. 1865 t. 2 in 8; *les derniers jours de Jérusalem,* 1866 in 8; *Etude chronologique* des ll. d'Esdras et de Néhémie, ib. 1868; *Histoire d'Hérode* roi des Juifs, ib. 1867; *la Numis-*

[1]) Cf. Bellomo Memorie sulla vita e gli scritti di Mr. D. Turano, Panormi 1886.

[2]) Cf. P. Beck allg. d. Biogr. 42, 8—10.

[1]) Cf. Lorenz 4, 347; 6, 543; 10, 565; Polybib. 1880 II, 539; in primis Schlumberger Eloge de M. de Saulcy, Genevae 1882, qui circa 353 opera, dissertationes, articulos ejusdem recenset; Polybiblion (1888) II, 539; Revue des qq. historiques 1881 I, 317; Röhricht Bibliotheca geographica p. 442—45.

matique de la Terre-Sainte, description des monnaies autonomes et impériales de la Palestine et de l'Arabie Pétrée, ib. 1873 (fr. 60); *Sept siècles de l'histoire judaïque* depuis la prise de Jérusalem par Nabuchodonosor jusqu'à la prise de Bettir par les Romains, 1874 in 18; *Histoire des Machabées,* ib. 1880; *Dictionnaire topographique* abrégé de la Terre Sainte ib. 1877; 1881; *Jérusalem,* ib. 1881 etc. — M. Ancessi n. 1844 discipulus celebris Le Hir, optimam de se spem fecit qui studiorum causa in Orientem est profectus et aliquot annos ibi transegit. Post reditum fructum studiorum protulit [1]), sed jam in flore aetatis morte abreptus est 12. Dec. 1878. Edidit inter alia *Atlas géographique et archéologique* pour l'étude de l'A. et N. T., Parisiis 1876; 1901 ed. retractata; *L'Egypte et Moïse,* ib. 1875; *Job et l'Egypte,* le Rédempteur et la vie future dans les civilisations primitives, ib. 1877, opus variae et solidae eruditionis stilo nitido compositum. — *Les Lieux saints* descripsit Parisiis 1852 t. 2; 1858 t. 3, 1876, qui eodem a. (6. Dec. 1878) decessit Jacobus Mislin Helvetus n. 27. Jan. 1807, magister linguae gallicae pro Franc. Josepho, Austriae imperatore ejusque fratre Maximiliano, postea imperatore Mexici, bibliothecarius Mariae Ludovicae imp. Napoleonis uxore, abbas titularis, canonicus magnowaradinus et praelatus domesticus pontificis. Prodiit opus illud germanice Ratisbonae 1852 et 1865, quae posterior editio praeclara est, et in alias fuit versum linguas. Provocavit suo tempore fidelium attentionem in loca sancta; *De quelques sanctuaires* de Palestine, Paris 1855. *La très-sainte Vierge* est-elle née à Nazareth ou à Jérusalem [2]), ib. 1863 in 8. — De Bourassé cf. supra p. 1537; de V. Guérin infra. — Morand erudite sed nimis rhetorice descripsit *La Terre des patriarches* ou le Sud de la Palestine, Lugduni 1882—83 t. 2 in 12. — Alb. Cetta SJ. (11. Mart. 1814—17. Aug. 1870) scripsit *Il diluvio,* Torino 1886, quo op. ostendere studuit diluvium eas tantummodo mundi regiones prorsus operuisse, quas tum homines incolerent. — Car. Schoebel patria Mecklenburgensis n. 1813, professor in lyceo rhemensi, dein in collegio s. Barbarae Parisiis in literatura orientali et indica bene versatus plurima opera docta composuit [1]). Tribus libellis disseruit *de l'Universalité du déluge,* Parisiis 1858—60; *Démonstration de l'authenticité de l'Exode,* 1871 in 8; *de l'authenticité mosaïque du Lévitique* et des Nombres, ib. 1869; . . . *du Deutéronome,* ib. 1868; . . . *de la Genèse,* 1873; *Le Moïse historique* et la rédaction mosaïque du Pentateuque, 1875; *l'Histoire des rois mages,* 1878 in 8; *le mythe de la femme et du serpent,* étude sur les origines d'une évolution psychologique primordiale, 1876 etc. — Adolphus Dutau SJ. Gallus n. 30. Juni 1829 triennium transegit in Syria ad addiscendas linguas orientales et aliquamdiu exposuit sodalibus s. Scripturam († 11. Jan. 1893). Fasciculis literariis praesertim *Etudes* inseruit diss. spectantes ad disciplinas auxiliares s. Scripturae [2]). — Victor Alfr. Dumax Parisiensis n. 1827 elaboravit: *Révision et Reconstitution de la chronologie biblique et profane* des premiers âges du monde d'après les découvertes de la science moderne et le savant système de M. Chevallier, Parisiis 1886—88 t. 5; *La Généalogie de N. S. J. Christ* et de la très sainte Vierge, expliquée d'après les Pères de l'Eglise et les interprètes modernes, ib. 1850 in 12.

---

[1]) Cf. Polybiblion 1879 I, 80.

[2]) Cf. Folletéte in Dict. de la Bible IV, 1131.

[1]) Cf. Lorenz 4, 367: 6, 452: 10, 578.

[2]) Cf. Sommervogel IX, 271.

706. Inter *exegetas* [1]) primum forte locum meret Laurentius Reinke n. 6. Februar 1797 Langfoerdae in ditione oldenburgica. Absolutis studiis theologicis quinquennium consecravit addiscendis bene linguis orientalibus Bonnae sub professore Freytag, mox veniam impetravit docendi in academia monasteriensi exegesim V. T. (1827). Factus est a. 1831 professor extraordinarius et 1837 ordinarius. Ob insignem scientiam multis auctus est honoribus, receptus enim fuit inter canonicos (1852), inter socios plurium academiarum literariarum, etiam congr. romanae de propaganda fide pro negotiis ritus orientalis, inter praelatos domesticos suae Sanctitatis, decessitque senior capituli et universitatis († 4. Jun. 1879). Linguas orientales si quis unquam calluit adeo, ut ex. gr. Koranum germanice versum iterum arabice reddiderit. Indefessa diligentia studiis vacavit, ut somno vix necessarium, recreationi fere nihil impenderit. Ante completum a. 50. vix aliquid edidit, sed ab eo tempore singulis fere annis. Ejusdem opera sunt [1]): Exegesis critica *in Jes. 52—53, 12;* seu de Messia expiatore passuro et morituro commentatio; adjecta est diss. de divina Messiae natura in ll. sacris V. T. Monasterii 1836; in Jes. 2, 2—4, seu *de gentium conversione* in V. T. praedicta ejusque effectibus, ib. 1838; *die Weissagung von der Jungfrau und vom Immanuel* Jes. 7, 14—16, ib. 1848; die Weissagung Jacobs *über das zukünftige Loos des Namen Juda* und dessen grossen Nachkommen Schilo 1. Mos. 49, 8—12, ib. 1849; *Beiträge zur Erklärung des A. T.*, ib. 1851—72 t. 8, qui complectuntur diss. 47 eruditissimas; quibus adjecit t. 2, Giessen

[1]) Quaedam ad Genesim spectantia reperiuntur in operibus Frc. Lenormant Parisiensis, celebris archaeologi, academiae inscriptionum et literarum humaniorum membri, propraefecti bibliothecae Instituti gallici (n. 18. Jan. 1837; † 10. Dec. 1883), qui tamen magis est orientalista, quam exegeta. Ejus exstant plurima opera ad antiquitates vetustissimorum populorum spectantia (cf. Lorenz 3, 244; 6, 139; 10, 138). Mentionem ipsius hic facimus in primis ob ejus opus *les Origines de l'histoire* d'après la Bible et les traditions des peuples orientaux t. 1. de la création de l'homme au Déluge, Parisiis 1880; t. 2. p. 1: l'Humanité nouvelle et la dispersion des peuples, ib. 1882; p. 2: le Tableau ethnographique de la Genèse, ib. 1884; ed. 2. t. 3 in 12., quod opus prohibitum fuit 19. Dec. 1887 sed ut legimus in Indice ll. proh. »Auctor ante obitum laudabiliter declaravit se reprobare quidquid in suis operibus censura dignum Ecclesia reprobaverit«. Contra hunc l. scripsit H. Lefebre in Revue Cath. Louvain 1880 Nov. 485—510 *Les hardiesses de M. Lenormant. La Genèse:* traduction d'après l'hébreu avec distinction des éléments constitutifs du texte, suivie d'un essai de restitution des livres primitifs dont s'est servi le dernier rédacteur, ib. 1883 in 8., quo in opere negat Pentateuchum unius esse auctoris atque in Genesi, quam exhibet, duplici charactere distincto, primum ostendit quaenam partes sint auctoris elohistici, quae jehovistici, dein duplicem concinnat juxta arbitrariam suam hypothesim Genesim pro duplici hoc auctore, quam tertius postmodum in unum librum, quem modo habemus conflavit. Len. darf als einer der reichsten, umfassendsten Geister unserer Zeit bezeichnet werden. Das orientalische wie classische Alterthum, Linguistik, Archäologie, Numismatik, Religionsgeschichte — alle diese Gebiete beherrschte er in gleichem Masse ..... Gleich seinem berühmten Vater Charles L. war Fr. L. ein treuer Kämpfer für Christenthum und Kirche. Hist. Jahrb. 1884 p. 286. *La Monnai* dans l'antiquité, ib. 1878 t. 2; *Manuel d'histoire anc.* de l'Orient, ib. 1868 t. 3; germanice 1871: *Les premières civilisations*, t. 2, 1874; germanice 1875; *les sciences occultes* en Asie 1874 t. 2. Cf. ejus elogium auctore Van den Ghein SJ. in Précis hist. 1884. Ejus pater pariter insignis archaeol. (n. 1802: † 1859) reliquit inter alia: *De la divinité du christianisme* dans ses rapports avec l'histoire, leçons professées à la Sorbonne, editae a filio, Parisiis 1869. Cf. Polybiblion 1884 I, 271—74.

[1]) Cf. Hülskamp Lit. Handweiser 1879 c. 241 ss; 1863, 90; 1864, 18 s.; 1867, 297; 1871, 152; et in KL. X, 986 s.; Weis allg. d. Biogr. 28, 88; Gla passim t. 1 p. I, praesertim p. 210 s.

1872. 1874; *der Prophet Malachi*, Einleitung. Grundtext und Uebersetzung nebst einem vollständigen philosophisch-kritischen und historischen Commentar, Giessen 1856; *die messianischen Psalmen*, ib. 1857—58 t. 2; t. 2, appendix est: kurze Zusammenstellung aller Abweichungen vom hebräischen Text in der Psalmenübersetzung der LXX und Vulgata verglichen mit der lateinischen Uebersetzung des h. Hieronymus und dem hebräischen Texte nebst einer deutschen Uebersetzung desselben und kritischen Erläuterungen, ib. 1858 in 8; *Die messianischen Weissagungen* bei den grossen und kleinen Propheten des A. T., Einleitung etc., ib. 1859-62 t. 4; *Der Prophet Micha*, Giessen 1874; *der Prophet Haggai*, Monasterii 1868; *der Prophet Zephania*, ib. 1868; *der Prophet Habakuk*, Brixinae 1870. Hisce in operibus Reinke totus in eo est, ut se opponat omnibus, quae suppeditat sana critica et ingens eruditio, armis conatibus rationalistarum, quibus nituntur subvertere librorum V. T. auctoritatem et vaticiniorum relationem ad Messiam. Nullam praetermittit exceptionem, nulli se subtrahit difficultati, quaestionem exhaurit, zelo puro et sincero stat pro auctoritate s. Scripturae ejusque sensu genuino, unice veritatis tuendae studio ducitur, hinc ejus opera continent verum thesaurum et fontem eruditionis biblicae; ob studium tamen sane laudandum docte et erudite tractandi omnes emergentes quaestiones et controversias nimia prolixitate subinde laborant [1]).

707. Huic merito subjungimus Jo. Bade quondam professorem exegesis Paderbornae (n. 11. Oct. 1807; † 10. Apr. 1892), cujus exstat *Christotheologie* oder J. Christus der Sohn Gottes und wahre Gott, die vollständige biblische wie auch die älteste patristische, die kirchlich-doctrinelle und kirchenhistorische Lehre von der Gottheit J. Christi, Paderbornae 1874; *Christologie des A. T.* oder die messianischen Verheissungen, Weissagungen und Typen mit Berücksichtigung ihres organischen Zusammenhanges [1]), Monasterii 1840 t. 2 in 3 pp., opus bono spiritu scriptum. — Bern. Störmann disputavit *über den Maleach Jehova im N. T.*, Wien 1868, quem Verbum fuisse tuetur; *über das Studium des N. T.* in österr. Vierteljahrschr. f. k. Theologie 1873. p. 1—66. — Henr. Saintrain Congr. ss. Red. diligenter collegit ex divinis literis quae spectant redemptorem eaque exhibet in op. *Le Rédempteur*, sa préexistence, son avènement, ses enseignements, ses institutions, ses souffrances et ses gloires d'après les Livres sacrés de l'A. et N. T., Paris 1883, opus non tam doctis destinatum quam populi fidelis aedificationi; 1897 ed. 2; *Dieu et ses infinies perfections* d'après les livres saints, Tournai 1888 in 12.

708. A. Chambrun de Rosemond membrum societatis archaeologicae gallicae († 21. Jan. 1892) exhibet Essai d'un commentaire scientifique *sur la Genèse*, Parisiis 1883 in 8., in quo opiniones sat singulares tuetur. — In *Pentateuchum* sermones habuit plane

[1]) Cf. Alius ab eo est Laur. Reinke jun. dictus n. pariter Langfordae 10. Aug. 1829. Solvit (1854) quaestionem a facultate theologica monasteriensi pro praemio propositam totumque se dedit studio linguarum orientalium et indogermanicarum. Instituit literarium in Orientem iter, ex quo fructus plures publicae dedit luci. *Zur Kritik* der älteren Versionen des Propheten Nahum, Münster in W. 1867; *die Juden* im 19. Jahrh., ib. 1866; *aus dem Orient*, ib. 1864; *die Schöpfung der Welt*, ib. 1859; *der Protestantismus* im Orient 1866. Ab a. 1868 a docendo cessavit rusque concessit. Cf. Rassmann 1, 270; 11, 170.

[1]) Recentiore aetate prodiit ex optimis auctoribus collecta *Christologia antiqui T.* et commentarium in prophetias de Messia Deo homine, rege propheta et sacerdote, victima, Bruxellis 1884 in 8., auctore J. H. de Bolle praelato domestico suae sanctitatis.

eximios Matthias Eberhard illustrissimus praesul trevirensis [1]). Natus est Treviris 1. Nov. 1815; episcopo Arnoldi erat a secretis et in seminario dogmaticae professor. Seminarii postea erat regens, canonicus et concionator cathedralis, episcopus auxiliaris; demum in episcopum trevirensem (1867) electus est. Diss. *de tituli „Sedis apostolicae"* ad insigniendam sedem romanam *usu antiquo ac vi singulari,* Treviris 1846 promeruit Monachii gradum doctoratus theologici. Propter defensionem jurium Ecclesiae passus est bonorum confiscationem et ipsum carcerem. Sollicitissimus fuit pro bono ecclesiae sibi concreditae. Decessit 30. Maj. 1876. Ejus sermones qui dictionis nitore et idearum nobilitate excellunt, prodierunt cura A. Ditscheid, Treviris 1876—79; 1880 ss. t. 6; Friburgi 1894 ed. 3. — Huc pertinent *Histoire et Littérature biblique* t. 2 parochi Laporte, Parisiis 1883—86, in quibus agit de creatione et Adamo (levioris momenti). — Augustus Latouche canonicus honorarius andegavensis n. 12. Apr. 1783 Abrincis in Normannia scripsit [2]) *Conciliation de la cosmogonie mosaïque* avec les données des sciences naturelles, 1858 in 12; *Chrestomathie hébraïque* raisonnée et comparée renfermant la Creation, le meurtre d'Abel, le Déluge, la Tour de Babel etc. avec des réflexions scientifiques pour la justification des livres sacrés, Paris 1849 in 8; *Psaumes de David,* 1844 in 12; 1845; *Philosophie des langues* et introduction par l'hébreu à la connaissance élémentaire des racines et des formes de toutes les langues, Rhedone 1845; 1863 ed. aucta elemen-

[1]) Cf. Müller M. Eberhard, Würzburg 1874: Kraft M. Eberhard B. v. T. ein Lebensbild, Treviris KL² 1878 4, 76. M. Eberhard ... im Kulturkampf, Trier 1900; Schwickerrath L. B. E. als Kanzelredner 1900. Alius est ab Antonio Eberhard, de quo supra egimus.

[2]) Cf. Polybiblion 1878 II, 272.

data († 8. Aug. 1878). — Multum innotuit Guil. Clifford Anglus e nobilissima familia n. 23. Dec. 1823. Romae fuit institutus in collegio nobilium, factusque episcopus cliftonensis († 14. Aug. 1893). Inseruit scil. Dubl. Review 1881 April 311—32 diss. *The Days of the week* and the works of Creation, in qua censet initium Geneseos esse canticum liturgicum absque ullo charactere historico et scientifico. Multi hanc impugnarunt opinionem [1]), quorum exceptionibus occurrit ib. 1883 Apr. 397—417. — Magnam nominis celebritatem adeptus est in Italia Ant. Stoppani Leccensis (Lecco) n. 15. Aug. 1824. Excelluit in geologia et palaeontologia, illamque docuit Papiae, Mediolani, Florentiae ediditque de his scientiis opera docta. Obiit 1891, atque apparatissimo funere elatus est eique Mediolani statua in conspectu musei, cujus erat quasi conditor, posita fuit. Ad nos spectant duo opera *Cosmogonia mosaica,* 1887; *Exemeron.* Nuovo saggio di una esegesi della storia della creazione secondo la fede e la ragione, 1894, opus posthumum. Sententiam s. Augustini de simultanea creatione ei praeplacet. — Michael Krüger professor fraunburgensis, et praepositus capituli frauenburgensis disseruit *de sacrificiis pro delicto* oblatis apud Hebraeos Braunsbergae 1851 (diss. academica); *Die alttestamentlichen Sündopfer,* ein Beitrag zur Theologie des A. T., in theol. Qtlschr., Tübingen 1852 p. 554—628; *Das Osterlamm,* ein Beitrag etc., ib. 1854 p. 199—263; *Der Kampf Jakobs* mit Elohim, ib. 1848 p. 230—78; *Der siebenarmige Leuchter,* ib. 1857 p. 238—61; *Beiträge* zur Kenntniss der Pharisäer und Essener, ib. 1894 p. 431—496 etc.; *de nomine Hebraeorum,* in indice lect. lycei hosian., Braunsberg 1857; de synedrio magno

[1]) Cf. Vigouroux Dict. de la Bible II, 807.

Israelis, in prooemio ejusdem indicis, ib. 1860—61 et 1864; de sacerdotum apud Judaeos nobilitate, ib. 1860; de aqua et sanguine promanante ex aperto lancea latere J. Christi (Jo. 19, 34), Braunsberg 1848. — Georg Karch parochus (1852) dioecesis wirceburgensis edidit *Die mosaischen Opfer* als vorbildliche Grundlage der Bitten im Vaterunser [1]), Würzburg 1856—57 pp. 2; *Der Brustschild Aarons* mit den 12 Edelsteinen, ib. 1880 in 8; *Die mosaische Stiftshütte* als Abbild des Himmels in den acht Seligkeiten nach den vier Gesetzen des Sabbath- und Jubeljahres dargelegt, ib. 1876 t. 4.

709. Petrus Hippolytus Mabire canonicus et vicarius generalis honorarius bajocensis (n. 21. Dec. 1804; † 5. Dec. 1884), edidit *les Psaumes traduits* en français sur le texte hébreu avec appendice où sont exposées des vues nouvelles sur l'étude de la langue hébraïque, 1868 in 8. — Jo. Emanuel Veith Bohemus origine Judaeus n. 10. Jul. 1787, haud parum excelluit in medicina, quam diu exercuit, donec aspirante gratia divina fidem amplexus est catholicam (1816), imo conversatione cum s. Hofbauer inductus est ut ingrederetur congr. ss. Red., qua tamen a. 1830 egressus est. In omnium tunc ore fuit ob suas conciones, a municipio viennensi civitate donatus, theologiae doctor ab universitatibus pragensi et viennensi h. c. dictus. Concionum ejus ingens est numerus [2]): singularis enim est ejus concionandi ratio, quae etsi plurium gustum titillat, imitanda sane non est. In senectute gravibus diuturnisque doloribus fuit affectus, quibus demum confectus obiit 6. Nov. 1876. Ejus hic mentionem facimus ob l. *Hundert Psalmen* übersetzt und mit Erklärungen begleitet in t. 13. *Homiletische Werke,* Viennae 1856 t. 16; *Kohelet* [1]) *und Hoheslied,* ex ejus schedis cura Gruscha et Zschokke. *Die Anfänge der Menschenwelt,* Apol. Vorträge über Gen. 1—11, Wien 1865. Tuetur dies mosaicos fuisse dies 24 hor. Homilien in dies dominicos et festivos 1845-55 t. 7; *Homilienkranz* für das kath. Kirchenj. t. 5. — J. A. van Steenkiste diu s. Scripturae interpres in seminario brugensi et canonicus honorarius composuit commentarium in *l. Psalmorum,* Brugis 1886 t. 3 in 12. ed. 3; *Evangelium secundum Matthaeum* Brugis 1882 t. 4 ed 3. — Praeter hos psalmos [2]) illustrarunt Petrus Jo. Schegg, Patrizi, de quibus mox, Reischl (p. 1595), Val. Thalhofer, Lud. Hier. Bondil Provincialis n. 1790, canonicus theologus diniensis († 1870), cujus est *les livres des Psaumes,* Paris 1840 t. 2 in 8 cum observationibus criticis et notis exegeticis, philologicis, literariis etc. — Regis Champon SJ. Gallus, qui aliquamdiu degit in missione Syriae et Aquis sextis (Aix) s. litteras est interpretatus (n. 16. Jul. 1821; † 8. Dec. 1883), cujus sunt: *Epopée christologique des psaumes:* exégèse isagogique des psaumes. 1. Etudes préparatoires à l'intelligence des psaumes; 2. Les psaumes d'après les poètes français de toutes les époques, Parisiis 1876 t. 2 in 8; *Essai* sur la littérature biblique, ib. 1876. — Maurus Wolter OSB. cujus tamen laus maxima fundatur in institutione novae congregationis a Beuron cognominatae, quae brevi propagata est per Germaniam, Belgium et Austriam atque floret spiritu vere religioso, artium

[1]) Cf. Himpel Theol. Quartalschr. 1858 p. 640—705.

[2]) Cf. Wurzb. 50, 81—95: thes. 893 ss.

[1]) Cf. Jo. Huberti Kessel prodierunt *disquisitiones eschatologicae* de l. Kohelet, Brixen 1870. Forte est idem cum eo, cujus supra p. 1092 mentionem fecimus.

[2]) Ed. Ephraemi Geiger OSB. Der Psalter Salomons erklärt, Augsburg 1871, quo in op. docto ostendit psalmos hos versionem esse ex textu hebraico, posteriores tempore machabaeorum non vero tempore herodiano, sed prodiisse post Pompeji mortem.

sacrarum cultura et scientia [1]). Natus est (Rudolphus) Wolter 4. Jun. 1825 Bonnae, absolutisque studiis et post aliquot annorum magisterium ingressus est in Italia 1855 cum duobus fratribus ordinem s. Benedicti. Post varios conatus irritos prima suae congr. initia jecit in monasterio Beuron in ditione Hohenzollern, quod olim erat OSA. et inde ea propagata est feliciter per plures regiones, quare ipse constitutus est illius abbas 1868 et 1887 archiabbas († 8. Jul. 1890). Valde utile, hinc piorum approbatione exceptum est ejus opus: *Psallite sapienter.* Die Erklärung der Psalmen im Geiste des betrachtenden Gebetes und der Liturgie, Friburgi 1868—1890 t. 5; 1891 ss. ed. 2; 1904 ed. 3. Inter fasciculos literarios francofurtenses edidit *die römischen Katakomben* ob suam utilitatem etiam in varias linguas versum; *die Sakramente der kath. Kirche,* 1866; *Stimmen aus Rom,* Schaffhausen 1860; *Praecipua ordinis monastici elementa,* Brugis 1880. — Lambertus Mortelmans Antwerpiensis n. 28. Febr. 1804, canonicus et professor in seminario mechlinensi († 16. Dec. 1870) dedit *Prolegomena in Psalmorum* una cum regulis obscuriora ejus loca intelligendi, Mechliniae 1867 in 12. — G. F. Dassano Laz. reliquit *Spiegazioni dei Salmi,* Genua 1874 t. 3 in 8. — Alexis Clerk magister Psalmos gallice vertit annotationibusque ex patribus et praecipuis exegetis derivatis illustravit Parisiis 1877 t. 2 in 16. — Maria Franc. Bertrand n. in Fontainebleau, in seminario versaliensi s. Scripturae professor et canonicus titularis († 30. Jan. 1881) dedit *Les Psaumes disposés* suivant le Parallélisme traduits de l'hébreu, Versaliis 1857 l. utilis pro assequendo sensu literali. — Melchior Mlčoch professor studii biblici V. T. in facultate olomucena *Psalterium* seu l. Psalmorum juxta Vulgatam latinam et versionem textus originalis hebraici cum notis introductionalibus et cum argumentis exegeticis, quibus harmonia utriusque versionis demonstratur, Olmütz 1800. — Jos. Maxentius Péronne Laudunensis n. 25. Oct. 1813, s. Scripturae et eloquentiae professor, parochus et decanus, canonicus honorarius suessionensis, demum episcopus bellovacensis (1884; † 20. Febr. 1892) concinnavit *Chaîne d'or sur les psaumes* ou les Psaumes traduits, analysés, interprétés et médités à l'aide d'explications théologiques et de considérations tirées textuellement des ss. Pères, des orateurs et des écrivains catholiques les plus renommés, Parisiis 1879 t. 3 in 8; *Analyse logique et raisonnée* des épîtres de s. Paul, suivie de notes philologiques, d'explications théologiques et de considérations tirées des orateurs sacrés, ib. 1882 t. 2 in 8; *Memoriale praedicatorum* sive synopsis biblica, theologica, moralis, historica et oratoria commentariorum Corn. a Lapide in Scripturam s. complectens analysim omnium rerum, quae in hisce commenteriis enucleantur, ib. 1864 t. 2 in 8. Vertit et commentaria ipsa 1868 t. X; opera s. Augustini t. 33 et *Vie de Mgr. de Simogy* scripsit. — Henr. Claud. Aug. Plantier n. 2. Mart. 1813, Scripturae sacrae, Lugduni professor et a. 1855 episcopus nemausiensis († Maj. 1875) dedit *Etudes littéraires* sur les poètes bibliques [1]), Parisiis 1842; 1881 t. 2

[1]) Qua de re lege B. Schäfer lit. Hdw. 1880 c. 721—30; cf. et 1890 c. 412: Katholik 1893 I, 1—14; 97—112; 213—23; Studien und Mitth. aus dem Benediktiner Orden XI (1890), 659 ss.

[1]) Ejusdem tituli l. edidit Justinus Verniolles parochus et decanus, canonicus honorarius tullensis († 25. Febr. 1900), Parisiis 1883 in 12 ed. 2.; cujus scopus est ostendere clericis praesertim junioribus faciem veluti aestheticam narrationis historiae V. T. Postmodum edidit *Les Récits évangeliques* et leurs beautés littéraires, ib. 1888 in 12., opusculum bellum. Cf. J. Clastron vicarius generalis nemausinus (†

in 8. ed. 3. Sermones quoque eloquentes habuit apologeticos (Conférences) Parisiis et alibi, qui collecti prodierunt, et episcopus emisit egregias literas pastorales, inter quas collaudari merent *Instruction pastorale* contre un ouvrage intitulé Vie de Jésus par E. Renan: la dédicace, les principes les sources, 1863; quam a. 1864 secuta est alia contra eundem: *la vraie vie de Jésus*; *sur les conciles généraux* 1869, germanice interprete de Lamezan, Freiburg 1869; *Pie IX. défenseur et vengeur* de la vraie civilisation 1866; *Le Pontificat des Césars païens* ressuscité avec circonstances aggravantes par le césarisme moderne 1873, quod scriptum vel Bismark turbavit iraque replevit. Opera ejus collecta prodierunt Paris 1882—84 t. 16. Erat praesul vere eminens, Galliae decus. — Jos. Ant. Schmid n. 1828 exegesis et linguae hebraicae in lyceo eichstaettensi professor, dein canonicus bambergensis (1867) et theologiae in lyceo bambergensi professor (1868; † 9. Mart. 1881), reliquit Das Buch der Weisheit ein kanonisches Buch, Eichstätt 1856; *Das Buch der Weisheit übersetzt und erklärt,* Viennae 1858, 1865; *Kirche und Bibel,* Schrobenhausen 1862.

710. Petrus Jo. Schegg in urbe Kaufbeuren n. 6. Jun. 1815, dum confessarii munere fungeretur apud virgines anglicanas probe Monachium (1841), otium nactus est, ut studio linguae hebraicae se impenderet, cujus fructus fuit: *Die Psalmen übersetzt und erklärt,* Monachii 1845—47 t. 2; 1857 t. 3, commentarius cum unctione conscriptus, quo innotuit celebri Haneberg, qui eum incitavit ut se ad docendum pararet. Obtinuit cathedram studii biblici in lyceo frisingano 1844. Ut se magis excoleret in disciplina sua tradenda profectus est in Palaestinam (1865), atque itineris reddidit rationem in op. bono *Gedenkbuch einer Pilgerreise* nach dem h. Lande über Egypten und den Libanon, Monachii 1866 pp. 2. Interim factus est professor exegesis et linguarum orientalium in universitate wirceburgensi (1868): inde vocatus Monachium (1872) Reithmayeri in cathedra hermeneuticae, introductionis et exegesis successor: electus quoque est rector magnificus 1881|82 († 9. Jul. 1885). Edidit praeterea[1]): *Der Prophet Isaias* pp. 2, ib. 1850, in quo diligenter tractat vaticinia messiana; *Die Geschichte der letzten Propheten,* ein Beitrag zur Geschichte der biblischen Offenbarung, Ratisbonae 1843 pp. 2; *die kleinen Propheten*[2]) übersetzt und erklärt, ib 1854 pp. 2; 1862. *Das Hohelied Salomons* von der h. Liebe, Monachii 1885; *Die h. Evangelien* übersetzt und erklärt, scil. Matthaei, Marci, Lucae ib. 1856—70 t. 8; in Joannem edidit commentarium Haneberg a se limatum et absolutum 1878—80; *Sechs Bücher des Lebens Jesu,* Friburgi 1874 t. 2, quae non omnibus arrisit; *Todesjahr des Königs Herodes und das Todesjahr Christi,* 1882 Monachii, adversus sententiam P. Riess SJ. (p. 945); *Jacobus* der Bruder des Herren, eine Vorstudie; der kath. Brief, ib. 1883. Ex ejus schedis elaboravit Wirthmüller *Biblische Archäologie,* Friburgi 1886—89 t. 2 pro bibliotheca theologica friburgensi, praemissa auctoris vita[3]). Vir erat valde pius modestus et comes; opera ejus

1889) *Vie de S. G. Mgr. Plantier* etc., Nemausii 1882 t. 2 in 8; L'Episcopat p. 417—19.

[1]) Cf. Knöpfler allg. d. Biogr. 30, 688; Bardenhewer KL. X, 1768—70; Gla 1, I. passim, praesertim p. 306.

[2]) *De Jona* disseruit Regensburg 1826. Ge. Car. Reindl Bambergensis (n. 4. Nov. 1803; † 22 Dec. 1882) principum in domo Ludovici I. et Maximiliani II., cui erat a confessionibus, institutor et capituli monacensis decanus. Cf. Knoepfler allg. d. Bi. 28, 13.

[3]) Cf. Schenz hist. pol. Blätter 99, 794 ss.; Schaefer lit. Hdw. 1888 c. 629.

scripta sunt stilo nitido et compto. — Elias Hippolytus Bodin parochus et canonicus honorarius turonensis († 1883) edidit *Les Livres prophétiques* de la S. Bible traduits en français sur les textes originaux avec les Remarques, Paris 1855 t. 2 in 8. — Jo. Valentinus de Reismann n. 12. Nov. 1807, professor exegesis et linguarum orientalium (Wirceburgi 1834), canonicus, vicarius generalis, capituli praepositus et demum episcopus (n. 1870; † 17. Nov. 1875), praesul pius et doctus disseruit *de conversione* futura populi Israel (1844); *de cantico Habacuc* prophetae c. 3, Wirceburgi 1831. — Henricus Jos. Crelier Helvetus, philosophiae professor (n. 1816; † 1889) pluribus scriptis pugnavit adversus Renan: *M. E. Renan trahissant le Christ* par un Roman ou Examen critique de sa vie de Jésus, Parisiis 1864 ed. 2. aucta; *M. E. Renan guerroyant* contre le surnaturel, 1863 in 8; *le L. de Job* vengé des interprétations fausses et impies de M. E. Renan, Bisontione 1860; *le Cantique des cantiques* vengé etc., 1861; *les Psaumes* traduits litteralement sur le texte hébreu avec un commentaire, ib. 1858; *Les Actes des Apôtres*, Parisiis 1883, in cujus introductione critica iterum fuse adversus Renan disputat; commentarius ipse est bonus et solidus. — Mich. Breitenreicher professor gymnasii landshutani, dein concionator cathedralis Monachii, proponit fidelibus das alte Testament München 1873—74 t. 2 in 8, quod opus non est commentarius continuus, sed revelationis V. T. historia atque doctrinae summa cum brevibus explicationibus ex melioribus Scripturae interpretibus; *Ninive und Nahum* mit Beiziehung der Resultate der neuesten Entdeckungen, ib. 1861., opusculum nimis levi manu exaratum mendisque non carens[1]). — Franc. Reinhard jurista, theologus laicus et indigentium pater, scriptor sagax et poeta (n. 2. Maj. 1814; † 28. Jan. 1893), scripsit praeter alia[1]): das *A. Testament in seiner hohen Bedeutung* als Vorbild des N. Koblenz 1863; *Ruth*, nach der h. Schrift, ein Versuch tieferer Betrachtung unter Anlehnung an große Ausleger, Koblenz 1874; *das Leiden des Herrn* in seinen Beziehungen zu Vergangenheit und Zukunft, 1885; *der Welterlöser* im A. T., 1888, *Zeugniss für Christus*, Soest 1859 etc. — Car. Borr. Hanl episcopus reginae-gradecensis (1832; † 8. Oct. 1874) edidit *die h. Schrift des A. T.* in ihrem geschichtlichen Zusammenhange mit belehrenden Anwendungen u. bildlichen Darstellungen, Prag 1828; *Jesus der Weltheiland* oder die h. Evangelien in bildlichen Darstellungen nebst erklärendem Text, Wien 1826—27 t. 3 aliaque ascetica. — Fr. Renatus Salmon canonicus honorarius cabillonensis splendide edidit cum illustrationibus (240) *La s. Bible*, Paris 1878 in 4. cum commentario; *Histoire de l' art chrétien* aux dix premiers siècles, ib. 1891 in 4.

711. Inter eos, qui illustrarunt novum Testamentum primae debentur Francisco Xav. Patrizi ex illustrissima senensi comitum familia prognato 19. Jun. 1797. Post brevem in instituto militari Galliae commorationem militiam mundanam cum religiosa in Soc. Jesu proxime restituta (12. Nov. 1814), abdicata primogenitura, commutavit. In collegio romano cathedram rexit s. Scripturae et linguae hebraicae ad mortem usque brevi interruptione, quam attulit annus turbulentus 1848, quo confugere coactus est in Angliam, unde transiit in Belgium magistri tamen munere vel in exsilio fungens. Vir erat apprime religiosus, tantum a sodalibus ob virtutem factus, ut parum abfuerit quin in praepositum genera-

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1865 p. 300.

[1]) Kirchl. Handlex. II, 1717; hist. pol. Blätter 1893 II, 76 ss.

lem eligeretur. Non dedignabatur non obstante sua eruditione, studendi alacritate et inde enata temporis parsimonia, libenter tradere discipulis exercitia spiritualia, puerulos parare ad primam communionem, carmina in honorem bb. Virginis M. pangere († 23. Apr. 1881). Plurima reliquit sane docta opera. *De interpretatione Scripturarum ss. ll. 2,* Romae 1844 t. 2, quorum primus theoriam (emendatus sub inscriptione: *Institutio de interpretatione bibliorum* ib. 1862), praxim alter complectitur; *de Evangeliis* ll. 3, Friburgi 1852. 1853 t. 2 in 4., opus valde rarum; *de consensu utriusque l. Machabaeorum,* Romae 1856, contra recentiores criticos; *in Joannem* commentarium, ib. 1857; *in Marcum* commentarium, ib. 1862, in cujus appendice adversus Welte duplicem distinguit ex sensu antiquitatis Marcum, alterum Petri discipulum, Pauli alterum comitem: *in actus apostolorum,* ib. 1867; *Cento salmi* tradotti letteralmente dal testo ebraico e commentati, ib. 1875, sacerdotum utilitati destinatum. Accedunt breviores commentationes tres: *ex Scripturis divinis; de peccati originalis propagatione* a Paulo descripta, *de Christo pane vitae,* ib. 1851; *de interpretatione oraculorum* ad Christum pertinentium prolegomenon, deque Christo Zachariae et Malachiae vaticiniis praenuntiato commentationes duae, ib. 1853; *de immaculata Mariae origine* a Deo praedicta disquisitio, cum appendice de feminini generis enallage in linguis semiticis usitata, ib. 1854. Omnia haec opera laudem merent ab ingenti eruditione, scrupulosa accuratione, studio solerti tuendi s. Scripturam adversus crisim saepe arbitrariam interpretum protestantium recentissimorum, sed disserendi ratio non est sat perspicua, stilus latinus nimis exquisitus et gravis, unde lectorem fatigat et forte etiam a legendo deterret[1]). — Alius clarus interpres est Augustus Bisping, in facultate theologica monasteriensi studii biblici professor et senior, qui tamen nimis libera cum adversariis fidei catholicae conversatione nominis famam obscuravit († 17. Mart. 1884). Ejus est *Exegetisches Handbuch zum N. T.,* Monasterii 1854—1876 t. 9, quo universum N. T. exponit; aliquot t. secunda prodierunt vice. Commentarius hic nitidus, methodice dispositus, clarus, utilis censeri debet nec sine unctione est scriptus[1]), in locis tamen dogmaticis accuratior subinde esse posset. Nominatim quaedam notantur in Apocalypsin post conc. vaticanum edita. Disseruit de epistolis s. Pauli deperditis ib. 1855. Redegit 1845—48 cum Fr. Fel. Menke *kath. Magazin* für Wissenschaft und Leben.

712. Jo. Hippolytus Michon canonicus honorarius burdigalensis et angolismensis (n. 21. Nov. 1806; † 8. Maj. 1881) auctor quam plurimorum librorum anonymorum (fabellarum), qui redegit[2]) folia periodica la *Graphologie* etc., concinnavit *Vie de Jésus* suivie des Evangiles parallèles, traduction littérale sur le grec avec un commentaire philologique, topographique et archéologique, 1865; *Voyage religieux en Orient,* 1854 t. 2 in 8; *Vie de Jean Jos. Pierre Guigou* évêque d'Angoulême († 1842), précédée de la Chronique des évêques d'Angoulême, ib. 1844; *L' Italie politique et religieuse* suivie de la Papauté à Jérusalem, 1859; *les Archevêques de Paris,* 1857; scripsit etiam adversus Renan duos libellos 1863. Ceterum in suis opinionibus a recta via aberravit. — P. Mémain reliquit *Etudes chronologiques* pour l'histoire de N. S. J. Christ, Parisiis 1867; *Restitution du calendrier hébraïque* tel qu'il

[1]) Cf. Katholik 1881 II, 267—72.

[1]) Cf. Hülskamp lit. Hdw. 1867, 295; 341, qui eum impense laudat: 1875, 545; Gla 1, I passim, praesertim p. 299. 392.

[2]) Cf. Lorenz 3, 470; 6, 270; 10, 273; in primis Polybiblion 1881, 1, 539.

était au siècle qui précéda la ruine de Jérusalem, ib. 1867 in 8. — Petrus Labatut parochus et archipresbyter edidit *le saint Evangile* ou la Vie de N. S. J.-Christ selon les quatre Evangélistes harmonisée en un seul récit avec notes explicatives (et 80 illustrationibus), Parisiis 1883 in 18. 1891; fidelibus admodum utilis. — Alii plures ejusmodi vitam J. Christi praesertim occasione impii operis Renan concinnaverunt, ut J. S. Jean († 1885), cujus etiam est *Les évêques et archevêques de France* de 1682—1801, Paris 1891. — E. Le Camus, cujus *la Vie de N. S. J.-Christ,* Parisiis 1880 t. 2 in 8. prodiit, methodo concionatoria magis quam scientifica conscripta; 1901 t. 3 ed. 6; germanice interprete E. Keppler Friburgi 1894; *La Théologie populaire* de N. S. J.-Christ, Conférences, ib. 1892 in 12; *l' oeuvre des Apôtres,* ib. 1891. — Caroli Rambaud exstat: *Novae evangeliorum harmonia et synopsis,* in quibus quatuor evangelistarum textus in unam et concordem coalescunt narrationem simulque integri et distincti leguntur, Agen 1875 in 8; *Vie de s. Paul,* Parisiis 1882; 1887, minus critica. — Petrus Augustus Theophilus Dehaut parochus (n. 29. Mart. 1800; † 22. Apr. 1887) edidit *L'Evangile expliqué,* défendu, médité ou Exposition exégétique, apologétique et homilétique de la vie de N. S. J.-Christ d'après l'harmonie des Evangiles[1]), Bar-le-Duc et Parisiis, 1864—66 t. 5; 1867-68 ed. retractata et emendata, cujus etiam epitomen laicis destinatam confecit, ib. 1868 t. 3 in 12. — Augustus Jos. Alph. Gratry Orat. immac. Conc. Insulis 30. Mart. 1802 n. transacta juventute ad a. 17. absque ulla institutione religiosa ad fidem rediit considerata inanitate vitae irreligiosae. Relicta militia saeculari obsequio Dei se mancipavit. Scriptis suis et concionibus eloquentibus haud parum promovit in Gallia vitam religiosam. Fuit aliquamdiu regens collegii Stanislai Parisiis. Fundavit oratorium immaculatae conceptionis, quo tamen egressus est. Pugnavit adversus Renan et Vacherot. Inter socios receptus est academiae (1867). Vacillavit quidem nonnihil ante concilium vaticanum circa controversias tum acriter agitatas, sed decretis concilii se subjecit († 7. Febr. 1872). Plurima reliquit opera[1]), inter quae *Commentaire sur l'Ev. selon s. Matthieu,* Parisiis 1863—65 t. 2; ascetica et philosophica, quibus magnum per Galliam nomen est adeptus ob stili splendorem quamvis desideretur logica disserendi ratio et ipse propendeat in opiniones ontologistarum. *Philosophie: De la Connaissance de Dieu,* ib. 1853 t. 2: 1885; germanice 1858; *de la Connaissance de l' âme,* ib. 1857 t. 2; 1873 ed. 5; germanice interprete Pfahler, Regensburg 1859: *Logique,* ib. 1855—58 t. 2 cum appendice polemica; 1868 ed. 5; *la Philosophie du Credo,* ib. 1861: 1864 in 12; 1902 ed. 4; *les Sophistes et la Critique,* ib. 1864: *Etude sur la sophistique contemporaine,* 1863 ed. 3; *Jésus-Christ* 1864; Etude *sur l' immaculée Conception* de la bienheureuse V. Marie, 1854; *Lettres sur la religion,* ib. 1869; *La Morale et la loi de l'histoire,* 1868 t. 2 in 8; 1871. De ejus epistolis (4) ad Dechamps (germanice interprete

[1]) Parochi F. Letard extant *Tableaux évangéliques* et topographiques des lieux ou Vie de N. S. d'après la tradition et l'ordre chronologique des Evangiles, Bar-le-Duc 1875 t. 2 in 8. — Vitus Fornari fuse disserit *della Vita di G. Cristo,* Florentiae 1869—93 t. 3; 1888—94 t. 5; cf. Civ. Cat. VII, 8, 574 ss. — Jo. Bapt. Lemoyne edidit *Apostolo s. Giovanni* e la chiesa primitiva, narrazioni, Taurini 1882 t. 2 in 12, liber pro fidelium aedificatione compositus hortante D. Bosco.

[1]) Cf. Jungmann KL² 5, 1039; Ingold Bibliogr. or. pag. 57 ss.; Card. Perraud Le P. Gratry sa vie et ses oeuvres, Paris 1900; Chauvin Le P. G. (1805—72) l'homme et l'oeuvre d'après des documents inédits, ib. 1901.

Fried. Hoffmann, Münster 1870 cf. Gla 1. II, 597). — Matthias Arnoldi s. Scripturae professor et regens seminarii trevirensis et canonicus († 23. Oct. 1884) scripsit *Commentar zum Evangelium des h. Matthäus,* Treviris 1856 in 8. — Phil. Balzofiore OSA. edidit *La chiesa dei primi padri.* Lezioni sugli Atti degli Apostoli, Romae 1870.

713. Jordanus Bucher n. 5. Mart. 1823 Friedingae in Würtemberg parochus heilbronnensis († 18. Mart. 1870) dedit *die h. Schriften des N. T.* nach den besten katholischen ältern und neuern Schriftauslegern praktisch erklärt, Schafhusiae 1855—66 t. 4, quibus complectitur Evangelia et actus apostolorum, commentarius utilis sed non omnibus numeris absolutus[1]). *Die Chronologie des N. T.* mit geschichtlichen, exegetischen und synoptischen Erörterungen, Augsburg 1865; *das Leben Jesu* geschichtl.-programmatisch dargestellt, Stuttgardae 1857. 1859; *Die Gleichnisse U. H.* Schaffhausen 1860; *Biblische Geschichten* aus dem Leben und Leiden Christi, ib. 1861; *Das Leben Jesu* von D. Fr. Strauß, Augsburg 1864 t. 2; 1871; *des Ap. Johannes Lehre vom Logos,* ihrem Wesen und Ursprunge nach historisch-kritisch erörtert, Schafhusiae 1856; praemiserat (1848 Tübingen) *Philosophische Studien*; aliaque plura ascetica etc. — Car. Jos. Nippel de Weyerheim circa evangelia erat solicitus[2]). Edidit *das Matthäusevangelium.* Ein Beitrag zur Lösung der Matthäusfrage, Wien 1872; *über das Verhältnis* der Ev. Matthäus und Markus zu einander, ib. 1871; et jam antea in österr. Vierteljschr. f. k. Theol. 1871 p. 229—38; 543 ss.; *das Verhältnis* der Ev. Markus und Lukas in theol. Quartalschr. Tübingen 1876 p. 551—79. *Ueber das Geburtsjahr Christi*[1]) disserit in Ztschr. f. die ges. k. Theol., Wien IV (1852) 358—87. *Das Leiden unseres H. J. Christi* nach den 4 Evangel., ib. 1869. — Pantaleon Neumann Bohemus n. 1810 narrat *das Leben unseres Herrn und Heilandes J. Christi*[2]), opus posthumum ed. a Thoma Novák, Prag 1875 t. 3. Edidit et opuscula polemica adversus protestantes, ascetica et libros pro scholis, omnia bohemice. — Al. Kamper narrat *Jugendgeschichte des göttl. Heilandes,* Mainz 1878; *das bittere Leiden* und die Auferstehung und Himmelfahrt unseres H. J. Christi nach den vier Evang., ib. 1881. — V. Kereszty proponit *Exegesin pericoparum Evangelii* pro omnibus dominicis et fori festis praescriptarum ad textum Vulgatae secundum ss. patrum et probatorum interpretum explicationem, Gran 1892. — Laur. Max Roth[3]), Bonnae theologiae pastoralis professor et inspector convictus theologici (n. 17. Febr. 1814; † 27. Mart. 1877) edidit *die Zeit des letzten Abendmahls,* ein Beitrag zur Evangelienharmonie, 1874; *fundamenta artis catecheticae;* Augustini l. *de catechizandis rudibus* una cum J. Gersonii tr. *de parvulis trahendis ad Christum,* 1865; *de stella,* quae magis apparuit, Coloniae 1856; *a magis conspecta,* Moguntia 1865; et tres libellos adversus Döllinger de infallibilitate pontificia[4])

[1]) Cf. Hülskamp Lit. Hdw. 1867, 249; Lauchert allg. d. Biogr. 47, 314; Gla 1, I. et II. passim.

[2]) Cf. Gla 1, I. 303 et passim.

[1]) *Quo anno Dominus N. mortuus sit?* inquirit M. Velicky, Pragae 1892.

[2]) B. Schmitz pariter enarrat *Das Leben Jesu,* Paderborn 1893. — Ita etiam Bovier-Lapierre, qui insignis fuit mathematicus (n. 1823), in *Histoire de la vie de J. Chr.,* Paris 1885; 1887 ed. 2; 1891.

[3]) Cf. Schmid allg. d. Biogr. 29, 340.

[4]) Alius a Car. Roth prope Fuldam n. 4. Nov. 1802, laico, philologo et archivorum diligente scrutatore, e quorum tenebris multa eruit, ut *Deutsche Predigten* des 12. und 13. Jahrh., Leipzig 1839; *Freisinger Urkunden* (ab a. 724—839), München 1855—57; *Leben des h. Anno,* ib. 1847 etc. († 1. Nov. 1880). Cf. H. Holland allg. d. Biogr. 29, 338.

1870. — Jo. Theodorus Laurent vicarius apostolicus luxemburgensis (n. 6. Jul. 1804; † 20. Febr. 1883) scripsit *das h. Evangelium unseres H. J. Christi* nach Matthäus, Markus, Lukas und Johannes übersetzt und erklärt[1]), ein Handbuch (admodum utile et solidum) für kath. Laien, Friburgi 1878. Vir erat vere apostolicus, cujus merita pro re catholica in Germania occasione turbarum Hermesianismi et persecutionis contra Clementem Augustum archiep. coloniensem, dein pro ducatu luxemburgensi praeclare enarrantur in aurea, lectu digna atque quam maxime utili biographia *Leben und Briefe* von J. Th. Laurent ... als Beitrag zur Kirchengeschichte des 19. Jahrh. zusammengestellt von seinen Freunden ed. Möller professore lovaniensi, Treviris 1887. 1888 pp. 3.

[1]) Was die Uebersetzung selbst betrifft, so erscheint das Wort Gottes hier in einem seiner wahrhaft würdigen Gewande. Nur ein langjähriges und liebevolles Sichversenken in den Inhalt und den Geist der hl. Evangelien, nur jene treue und unermüdliche Hingabe an das Uebersetzungswerk, die jeden Ausdruck, jedes Wort und jede Wortstellung sorgfältig prüft und abwägt, und nur ein sehr feines und durchgebildetes Sprachgefühl vermochten eine Uebersetzung zu schaffen wie die vorliegende — so schön, so kräftig, so plastisch, so feierlich und so weihevoll. Wer aber mit solch feinem Sinn und Verständniss die Evangelien zu übersetzen weiss, der versteht es auch sie zu erklären ... Wir müssen ... auch dem Commentare trotzdem der H. Verfasser so sorgfältig allen äusseren Anschein der Gelehrsamkeit und Wissenschaftlichkeit von demselben fernzuhalten bemüht war, den Charakter eines gelehrten und wissenschaftlichen Werkes im besten Sinn des Wortes vindiciren. Aber das Buch besitzt etwas, was mehr noch ist als Wissen und Gelehrsamkeit: — das ist der Geist ächt christlicher Salbung u. Frömmigkeit, der über das Ganze ausgegossen ist etc. Hundhausen Lit. Hdw. 1879, 562; Peters KL. VII, 1518—23, qui ejus conciones ab idearum copia, et soliditate admodum commendat: Hansen Lebensbilder hervorragender Katholiken I (1901), 89—102.

714. Francisc. Xav. Reithmayr[1]) n. est 16. Mart. 1809 in Illkofen prope Ratisbonam. Ut se magis excoleret in theologiae studio frequentavit universitatem monacensem, ubi celebri Möhler factus est familiaris. Cathedram studii biblici rexit ab a. 1837, ornavitque ad mortem usque 26. Jan. 1872. Initio quidem inter eos erat qui se opponerent definitioni infallibilitatis rom. pontificis, ea tamen a concilio vaticano definita, se subjecit decretis concilii. Ejus sunt: *Commentar zum Briefe an die Römer*[2]), Ratisbonae 1845; *Commentar zum Brief an die Galater*, Monachii 1865, praecedenti longe accuratiorem; *editio graeco-latina N. T.*, ibidem 1847. pro theologiae studiosis, in qua Lachmann in primis sequitur; *Einleitung*[3]) *in die canonischen Bücher des N. B.*, Ratisbonae 1852; ex schedis Möhleri edidit cum additamentis *Patrologie* oder christliche Literaturgeschichte, ib. 1840 t. 1. et unicus complectens tantum tria priora secula, opus plane praestans. Solide scripsit adversus Strauss in hist.-pol. Blättern 1842; praefuit quoque editioni versionis ope-

[1]) Alius a Wolfg. Reithmeier, de quo p. 1237 egimus et a Henr. Jos. Reitmayer parocho finthenensi prope Moguntiam, cujus sunt *Apologie* (brevis) *des Christenthums*, Mainz 1881; *Gedanken* über eine Reihe religiöser Zeitfragen, ib. 1884; *Friedliche Antworten* auf verschiedene moderne Einwürfe gegen Religion, Christenthum und Kirche, Paderborn 1892.

[2]) Solide et dogm. epistolam b. Pauli ad Romanos explicuit Jos. Agus SJ. Italus (n. 1806; † 6. Oct. 1902) Regensburg 1888 in 8. Desideratur tamen major recentioris literaturae exegeticae usus. Cf. Flunk Zeitschrift für katholische Theologie XIII (1889) pag. 366—71.

[3]) Cf. Gutberlet Lit. Handweiser 1871 c. 53: Für dieses durch Gründlichkeit der Untersuchung, hinreichende Ausführlichkeit und besonders durch allseitige Würdigung der kirchlichen Tradition, sowie überhaupt durch conservative Haltung ausgezeichnete Werk, können wir nur Worte der Hochschätzung u. Empfehlung vorbringen.

rum patrum campodunensi[1]), quae ad a. 1888 complectebatur fasc. 419 in t. 79. Ex ejus schedis cum pluribus tamen additamentis edidit Thalhofer: Dr. Fr. Reithmayr's *Lehrbuch der Hermeneutik,* Campodunae 1874 praemisso ejusdem elogio[2]), opus eximium. Multas inseruit bonas dissertationes et articulos foliis literariis. — Exegetam pariter insignem luxit 29. Jul. 1889 universitas friburgensis, Adalbertum Maier, celebris Hug discipulum, qui Villingae n. 26. Apr. 1811, ab a. 1840 cathedram studii biblici illustravit. Edidit *Einleitung*[3]) *in die Schriften des N. T.*, Friburgi 1852; *Commentar über das Evang. des Johannes*[4]), Friburgi 1843—45 t. 2; *über den Brief Pauli an die Römer,* ib. 1847; über den 1. Brief Pauli *an die Korinthier,* ib. 1857; über den 2. Br. an die Korinthier 1865; *über den Brief an die Hebräer,* ib. 1861. Insuper edidit: *Untersuchung* über den Zweck der canonischen Evangelien, ib. 1847; hist. krit. Untersuchungen *über den-Hebräer Brief,* 1851; *Die Glossolalie* des ap. Zeitalters, 1855; Exegetische-kritische Untersuchungen *über die Christologie,* 1871, aliasque doctas diss. in variis fasc. literariis inseruit. — Jo. Th. Beelen Amstelodamus n. 12. Jan. 1807, illustravit academiam lovaniensem ab a. 1836 s. Scripturae interpres. In scientiae praemium dictus est canonicus leodiensis, prael. domesticus summi pontificis, consultor congregationis Indicis, eques insignium s. Leopoldi etc. († 31. Mart. 1884). Plura egregia reliquit opera[1]). *Interpretatio ep. s. Pauli ad Philippenses,* Lovanii 1849 in 4; 1852 ed. 2; Commentarius *in Acta Apostolorum,* cui integri adduntur contextus graecus et latinus, ib. 1850—51 t. 2 in 4; absque his 1864; *in ep. s. Pauli ad Romanos,* ib. 1854; *Chrestomathia rabbinica et chaldaica* cum notis grammaticis, historicis, theologicis, glossario et lexico abbreviaturarum, quae in Hebraeorum scriptis passim occurrunt, 1841—43 t. 3 in 8; *diss. theologica,* qua sententiam vulgo receptam, esse s. Scripturae multiplicem interdum sensum literalem nullo fundamento satis firmo niti, demonstrare conatur, ib. 1845; *S. P. N. Clementis rom. epistolae binae de virginitate* syriace, quas ad fidem cod. mscr. amstelodamensis additis notis criticis, philologicis, theologicis, et nova interpretatione latina edidit: accedunt fragmenta nonnulla exegetici argumenti ex eodem cod. nunc primum edita et latine reddita, ib. 1856: qua in ed. gravi argumentatione illarum vindicare nisus est authentiam, quam alii in dubium vocant vel etiam negant; etiam in Migne PG. I, 344 ss. *Grammatica graecitatis N. T.,* ib. 1857. N. Testamentum et aliquot ll. V. T. in linguam patriam vertit. — *Historische Zeugnisse* der vier ersten Jahrhunderte über den Verfasser des Briefes an die Hebräer collegit Michael Stenglein Bambergensis, bibliothecae praefectus (n. 18. Juni 1810; † 11. Maji 1879), pro qua diss. meruit lauream in universitate monacensi. In fasc. literariis tubingensibus disseruit

---

[1]) Cf. Hülskamp Lit. Handweiser 1888 c. 33 ss. col. 1871 c. 106.

[2]) Cf. Schmid allg. d. Biogr. 28, 165; Zeck KL. X, 1001.

[3]) Cf. Gutberlet lit. Handweiser 1871 c. 52, cujus recensioni addit Hülskamp in adnot. c. 53: Beide Werke (Maier et Reithmayr) lassen sich sehr gut nebeneinander gebrauchen: durchgehends wird Maier mehr über die historischen, philologischen und kritischen, Reithmayr mehr über die eigentlich theologischen Fragen belehren. Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 52, 152; Gla passim 1, I, praesertim 333. — Alius ab eo est Guilelmus Maier, cujus exstat *Moses und Christus* oder das göttl. Programm der Weltgeschichte, Passau 1876.

[4]) In hoc Evangelium reliquit Alexander Lavigne vicarius generalis nannetensis n. 1816 *Etude sur l'Evangile* ou Essai sur l'unité, l'harmonie et le symbolisme de l'Evangile selon s. Jean, Parisiis 1867.

[1]) Cf. Université cath. de Louvain. Bibliogr. Louvain 1909 p. 53.

de praesentia Petri Romae (1840). — Leon. Zill n. 6. Dec. 1825 typis dedit *Der Brief an die Hebräer*, übersetzt und erklärt, Mainz 1879 in 8., commentarius commendatione dignus[1]). — In eandem commentatus est Jo. Pánek, Innsbruck 1882, cujus est etiam Commentarius in 2 ep. ad Thessalonicenses, Ratisbonae 1886. — J. M. Guillemon congr. s. Sulp. († 1878) dedit *Clef des Epîtres de s. Paul*, analyse raisonnée, Parisiis 1874; 1878 t. 2 in 12. ed. aucta; *de l' intelligence et de la foi*, ib. 1840, germanice interprete M. Ant. Hartmann, Münster 1843. — Martinus Jos. Mack n. 19. Febr. 1805 Mergentheimii, quondam professor studii biblici in universitate tubingensi (1831), sed 1840 cathedra motus ob votum theologicum editum de benedictione matrimoniorum mixtorum Tübingae 1840, parochus et decanus († 24. Sept. 1885) edidit *Commentar über die Pastoralbriefe* des Ap. Paulus, ib. 1836; 1841 ed. 2; *Bericht über des H. Dr. Strauss Bearbeitung des Lebens Jesu* fasc. 2, 1837, unum ex melioribus operibus contra Strauss. Occasione suae depositionis collegit: *Catholica*, Mittheilungen aus der Geschichte der katholischen Kirche in Würtemberg, Augustae 1841. Inseruit quoque prolixas diss. in fasc. lit. tubingenses. Erat sagax et doctus exegeta. — His adde[2]) etiam Nic. Valentić († 1872), qui libros N. T. explicavit. — Alph. Mariam Baretta canonicum et dioecesis abellinae vicarium generalem, qui concinnavit *divini voluminis exegetico-scientificam synopsin*, Taurini 1865 t. 3, quibus exhibet prolegomena in s. Scripturam, historiam V. T. in 112 lectiones distributam, conspectum legum judaicarum systematicum et brevem interpretationem ll. s. Scripturae. — Lafond de Santenac († 1892) in apocalypsim commentatus est, 1872. — Ita et J. B. Duprat *L'Apocalypse*, 1889 t. 3 cum introductione literaria; *les harmonies* entre le Cantique des Cant. et l'Apocalypse, 1891. — Item Fr. Jos. Wolf Tirolensis, Oeniponte 1870 (germanice). — Ign. Waller proposuit *die Offenbarung* des h. Johannes im Lichte der h. Geschichtstypik, der alttestam. Prophetien u. ihres eigenen Zusammenhanges, Straßburg 1882 in 8., in quo chiliasmum mitigatum tuetur et singulares quasdam opiniones. Praemisit introductionem bonam et solidam.

715. Inter eos, qui s. Scripturam verterunt primus nominandus est Jos. Franc. Allioli Sulzbacii n. 10. Aug. 1793. Lauream theologicam promeruit dissertatione de themate a facultate theologica proposito. Ut se pararet ad docendas linguas orientales earum studio se dedit Viennae, Romae, Parisiis, easque docere coepit a. 1821 in universitate landshutana mox Monachium translata, accepta simul et cathedra exegesis et archaeologiae. Socius electus est academiae scientiarum necnon a. 1830 rector magnificus. Ob malum gutturis cathedrae renunciavit factus canonicus ratisbonensis (1835) et a. 1838 praepositus capituli augustani († 22. Maj. 1873). Innotuit in primis sua versione s. Scripturae cum annotationibus (in V. T. nimis jejunis), qua emendavit versionem Braun (p. 350) et Feder (p. 950). Ea primum prodiit Norimbergae 1830—37 t. 6 in 10 pp.; 1844—46 ed. 5. in 10 t. cum

[1]) Cf. Schäfer Zeitschr. für kath. Theologie IV (1880), 736—41.

[2]) Prorsus praetermittendus est J. Ant. Bern. Lutterbeck in universitate Giessen professor studii biblici, et facultate theologica suppressa philologiae (n. 23. Apr. 1812; † 23. Dec. 1882), Hermesii, dein Baader assecla, qui demum defecit ad neoprotestantes. Edidit die *neutestamentlichen Lehrbegriffe* oder Untersuchungen über das Zeitalter der Religionswende, die Vorstufen des Christenthums und die erste Gestaltung desselben. Ein Handbuch für älteste Dogmengeschichte und Exegese des N. T., Moguntiae 1852 t. 2; *Geschichte der kath. theol. Facultät* in Giessen, 1860. Partem habuit in ed. op. Baader.

textu vulgatae; 11. Ratisbonae 1872. Ea a plurimis episcopis approbata fuit necnon et impressio a sede apostolica, unde ea per Germaniam admodum vulgata est. Alia ejusdem opera sunt: *Aphorismen* über den Zusammenhang der h. Schriften des A. u. N. Testamentes 1819; *die häuslichen Alterthümer* der Hebräer nebst biblischer Geographie, 1821; *biblische Alterthümer* Landshuti 1825; demum symbolam conferentibus Haneberg et L. C. Gratz *Handbuch der biblischen Alterthumskunde,* ib. 1844 t. 2; *über die innern Motive* der canonischen Horen und ihren Zusammenhang, 1847; 1848 ed. aucta; *Syrien,* Das christliche im Jahre 1840, Wien 1840; *biblisches Wörterbuch* zugleich Register über die sämtlichen Ausgaben der h. Schrift, München 1859. — Eodem quo Allioli a. decessit alius integrae s. Scripturae interpres Guilelmus Carolus Reischl Monacensis n. 13. Jan. 1818, post animarum curam, quam tamen et cum cathedra semper magna multorum satisfactione conjunxit, theologiae dogmaticae et exegesis Ambergae primum (1845), dein 1851 historiae ecclesiasticae et juris canonici in lyceo ratisbonensi, demum a. 1867 in universitate monacensi theologiae moralis professor († 4. Oct. 1873). Tempore concilii vaticani haesit anceps, sed eo finito se subjecit auctoritati ecclesiasticae. Coepit versionem cum collega ambergensi Valentino Loch, sed solus absolvit versionem N. T.: prodiit inscripta: *Die hh. Schriften des A. u. N. T. nach der Vulgata* mit steter Vergleichuug des Grundtextes übersetzt und erläutert, Ratisbonae 1851—66 pp. 4; 1884—85. Ea allioliana accuratior est, sed forte minus facilis, copiosis, eruditis solidisque annotationibus, quae commentarii instar sunt, praedita, hinc theologis valde utilis [1]). Edidit praeterea *S. P. N. Cyrilli Hierosolymorum archiep. opera* quae supersunt omnia, graece et latine, Monachii 1848 t. 1; alterius t. editionem curavit Jos. Rupp, ib. 1860; *das Buch der Psalmen,* aus der Vulgata unter steter Vergleichung des Grundtextes übersetzt und nach Wort und Geist erklärt, Ratisbonae 1873 t. 2 et plura alia in populi fidelis utilitatem [1]). — Petri Lechner OSB. (n. 7. Mart. 1805; † 26. Jul. 1874) coepit prodire opus posthumum *Die h. Schrift des N. Testamentes,* nach der Vulgata u. dem Grundtext, in abbatia s. Vincentii in Pennsylvania 1881; . . . *des A. Testamentes,* ib. 1882 t. 1. (in Genesim-Ruth; num alii t. prodierint, nos latet). Commentarius destinatus est non tam doctis quam potius clero et laicis cultioribus [2]). Jam ante

[1]) Hülskamp lit. Hdw. 1873 c. 494: In seinen hier zu dem Bibeltexte gelieferten Anmerkungen ist eine solche Fülle theologischen Wissens und ein solcher Reichthum frommer Anregungen enthalten, dass bänderreiche Commentare und Betrachtungsbücher dadurch aufgewogen werden. — Val. Loch n. est Bambergae 24. Sept. 1813. Theologiam docuit in lyceo ambergensi, dein Bambergae ss. exposuit literas. Inter praelatos domesticos suae Sanctitatis relatus est 1889 decessitque 14. Jun. 1893. Edidit praeterea *Biblia s. vulgatae ed.,* Regensburg 1849 t. 4; 1899 ed. 7; *N. T. textus graecus* ex cod. vaticano ib. 1862; *V. T. graece* juxta LXX interpretes, ib. 1866; 1886 ed. 2; *Das Dogma* der griechischen Kirche *vom Purgatorium,* ib. 1842; *Antheil des Markus ugenikus* an dem Fortbestehen des griechischen Schisma etc. Amberg 1844; vertit quoque canones et decreta conc. trid., Ratisbonae 1869 et catechismum trid., ib. 1872; scripsit quotannis ab a. 1875—83 *Bericht* über das Bestehen und Wirken des hist. Vereines zu Bamberg, cujus erat praeses. Cf. Lauchert allg. deutsche Biogr. 52, 52 s.

[1]) Cf. Ant. Weis allg. d. Biogr. 28, 118.

[2]) Hundhausen Lit. Hdw. 1889, 490: Die Erklärungen gehen öfters auf den griechischen Text zurück und bestehen aus kürzeren und längeren Anmerkungen und Ausführungen textkritischen, etymologischen, archäologischen, exegetischen, dogmatischen, moralischen, ascetischen und apologetischen Inhaltes. Die patristische sowie die spätere und neuere exe-

ediderat *Geschichte der Ap.* samt ihren Briefen und der geh. Offenbarung, Regensburg 1849; *Das Leben, Leiden und Sterben* unseres göttlichen Herren und Heilandes J. Chr., ib. 1844. Transiit ille cum P. Bonif. Wimmer in Americam ad fundandum novum monasterium, redux priorem egit in monasterio Scheyern. Ante suum ingressum in ordinem s. Benedicti condiderat cum collega Ant. Schmid folium *Sion,* et postea edidit *Ausführliches Martyrologium* des Benedictiner-Ordens und seiner Verzweigungen, Augustae 1855, et *Leben der Heiligen* aus dem Orden der Capuziner, Monachii 1863—65 t. 3, et plures biographias sanctorum aliaque plurima opuscula ascetica etc.

716. Versionem italam coepit Gregorius Ugdulena Siculus, n. 20. Apr. 1815 sacerdos, qui cultura sua meruit cathedram linguae hebraicae et hermeneuticae in universitate panormitana (1845), sed in turbis politicis (1848-49) ea fuit remotus: et vel carcerem et exsilium est passus; sed a. 1859 inter canonicos fuit receptus, a. 1860 cathedrae iterum redditus, imo minister instructionis publicae pro Sicilia constitutus. Electus est deputatus pro parlamento et 1865 vocatus Florentiam ad docendam in instituto studiorum superiori linguam graecam, in qua excelluit, et 1870 ad eandem docendam, necnon hebraicam in universitate romana, sed mox (7. Jun. 1871) decessit. Suae versioni italae praemisit introductionem et adjecit commentaria. Prodiit 1859 t. 1. complectens Pentateuchum, et 1862 t. 2. complectens ll. regum, sed ultra ea versio alioquin bona non est progressa, quam vel Pius IX. aestimasse dicitur, erat enim ad tantum opus admodum idoneus et bene institutus[1]). Reliquit *orazioni sacre e funebri* stilo classico; *Memorie* sulle monete puniche della Sicilia. — Marcus Ant. Bayle Massiliensis (n. 1825; † 18. Mart. 1877), membrum academiae literariae patriae, clarus pluribus operibus, ut *Massillon,* étude historique et littéraire; *S. Basile* archev. de Césarée: Cours d'éloquence sacrée (1869 et a. ss.), Avenione 1878 opus eruditum et utile; versione plurium operum gallica, editione folii hebdomadarii *le Conseiller catholique.* S. Scripturam magna ex parte gallice vertit, quae versio (fidelis et bona) recepta fuit in magnum opus biblicum *La s. Bible.* Texte de la Vulgate. Traduction française en regard avec Commentaires théologiques, moraux, philosophiques, historiques etc., rédigés d'après les meilleurs travaux anciens et contemporains. Parisiis 1869 ss. t. 29 in 8. (a. 1883 nondum completum), cujus edendi consilium coeperat Paulus Aug. Drach filius celebris David Drach (de quo cf. 1222), can. parisiensis, ad quam symbolam contulerunt praeter Bayle, Crelier, A. Motais Or., Claud. Clair[2]), Trochon[3]),

getische Literatur ist mit Geschick und guter Auswahl vielfach benutzt und berücksichtigt ... Der ganze Commentar ist von einem wohlthuenden wissenschaftlichen und kirchlichen Geist durchweht. Cf. 1883, 304. Cf. de auctore Schematismus der Geistlichkeit von München-Freysing 1875 p. 275—87; Schmidt Bibliogr. der Ben. Schriftsteller der Ver. Staaten in Stud. u. Mitth. XIII (1892) in fine p. 6 ss.; Lindner I, 239 ss.

[1]) J. Carini, di G. Ugdulena e delle sue opere, Palermo 1872; Minocchi in Vigouroux Dict. III, 1035.

[2]) Hic auctor (n. 23. Oct. 1839; † 26. Nov. 1881) operam suam impendit illustrandis ll. Esdrae et Nehemiae (Paris 1882), Judicum et Ruth, Josue, Regum et Paralipomenon sagaciter utens laboribus auctorum germanorum, Keil in primis. Singularem curam exhibuit illustrandae geographiae sacrae.

[3]) Hujus auctoris († 1888) sunt: *Introduction générale* 1886—87 t. 2; *Les Nombres et le Deutéronome,* introduction critique et commentaires, Paris 1887—88, prophetae majores (Parisiis 1882) et minores, isque forte primus est, qui hoc seculo in Gallia commentatus sit in prophetas minores (Parisiis 1883). Praemisit autem *Introduction générale aux prophètes,* ib. 1883.

Fillion[1]) professor studii biblici in seminario lugdunensi, Gillet parochus et Lesêtre[2]). Hoc opus laudatur ab eruditione, soliditate, copia rerum, nam exceptiones rationalistarum et incredulorum referuntur et bene solvuntur, et quidquid utilitatis ex archaeologia, historia, critica aliisque disciplinis in s. Scripturae vindicias vel intelligentiam redundare potest, in illud derivatum est, adhibiti quoque sunt optimi auctores ad illud illustrandum[1]).—De La Perche versionem Evangeliorum a Lemaistre de Sacy adornatam nonnihil retractavit annotationibusque illustravit atque ita ea prodiit in collectione inscripta *Classiques pour tous*, cujus editionem curat Societas bibliographica parisiensis, Parisiis 1882 t. 2 in 18. — Antonii Arnaud (n. 1827) professoris quondam in seminario brignolensi, parochi et canonici exstat *La s. Bible* traduction française (plana et exacta), commentaires (breves) au bas de la page, en tête de chaque livre préfaces et arguments; à la fin du volume notes, dissertations, éclaircissements, tableaux chronologiques, Parisiis 1881 t. 4 in 8. — Stephanus Henr. Delaunay[2]) parochus (n. 1804; † 17. Jul. 1881) adjecit annotationes, quae prodierunt in *Biblia sagrada*, traduzida em portuguez segundo a Vulgata latina, Parisiis 1881 t. 2 in 4. ed. 2. — Fr. Jo. Nep. Desolda Praem. in canonia teplensi in gymnasio pilseno magister (n. 10. Sept.

Ejus (cum Lesêtre) quoque est: *Introduction* à l'Etude de l'Ecriture s. d'après la s. Bible avec commentaires, ib. 1889—90 t. 3 in 8.

[1]) Aloisii Caroli Fillion congr. s. Sulp. professoris s. Scripturae in seminario lugdunensi (n. 1843 et modo adhuc claret) plura exstant opera. Pro hac editione curavit quatuor evangelia cum introductione generali in Evangelia 1878—89 t. 5. Praeterea edidit *Essai d'Exégèse*, Parisiis 1884; *Atlas d'histoire naturelle de la Bible* d'après les monuments anciens et les meilleures sources modernes et contemporaines, destiné à faciliter l'intelligence des ss. Ecritures, ib. 1884 cum 120 delineationibus (fr. 20); *Atlas archéologique de la Bible* d'après les meilleurs documents soit anciens soit modernes, et surtout d'après les découvertes les plus récentes faites dans la Palestine, la Syrie, la Phénicie, l'Egypte et l'Assyrie, ib. 1883 cum 93 delineationibus (fr. 20); *Atlas géographique de la Bible* d'après les documents anciens et les meilleures sources françaises, anglaises et allemandes contemporaines, ib. 1890 (fr. 20); *Biblia s.* juxta Vulgatae exemplaria et correctoria romana, denuo edidit divisionibus logicis analysique continua sensum illustrantibus ornavit, 1888; *la s. Bible* commentée d'après la Vulgate et les textes originaux, ib. 1889 prodire coepit, et constabit t. 8. Omnia haec opera eruditione se commendant atque utilitate. Cf. Polybiblion 1885 I, 219; Hundhausen Lit. Handw. 1883, 231; 1884, 585; 1885, 175.

[2]) H. Lesêtre commentarios elaboravit in Job (1886), in Psalmos (*Le Livre des Psaumes;* Etude sur la poésie hébraique, introduction critique etc., Paris 1883, opus bonum), Proverbia, Sapientiam et Ecclesiasticum. Continuavit opus a Trochon, de quo cf. supra, coeptum *Introduction à l'Etude* etc.; exhibet *N. S. J.-Christ* dans son s. Evangile, Parisiis 1892 in 8; *la s. Eglise* au siècle des Apôtres, ib. 1896.

---

[1]) Cf. Hundhausen Lit. Hdw. 1880 c. 69—75; 101—5, qui de versione Bayle ita censet: Die Uebersetzung Bayle's schliesst sich möglichst eng an die Vulgata an und ist mit ebensoviel Sorgfalt als Geschick und Geschmack gearbeitet. Bayle war offenbar bemüht, die altehrwürdige kirchliche Uebersetzung, insoweit dies in französischer Sprache möglich ist, in ihrer monumentalen Einfachheit und Schönheit wiederzugeben. Seine Uebersetzung verdient daher alles Lob und unterscheidet sich in vieler Beziehung sehr vorteilhaft von der seit 200 Jahren in Frankreich am meisten verbreiteten, unzählige Male gedruckten u. öfter auch, jedoch ungenügend, verbesserten Bibelübersetzung de Sacy's und der andern bei dem damaligen Uebersetzungswerke betheiligten Lehrer und Freunde von Port-Royal. Cf. etiam Lorenz 9, 141.

[2]) Alius a Ferd. Delaunay, cujus est *Moïse et Sybilles* dans l'antiquité judeo-grecque, Paris 1874, de quo cf. Fr. de Fontaine in Revue des qq. hist. XVII, 211—17. *Philon d'Alexandrie.* Ecrits historiques, influence etc. 1867; 1870 ed. 2.

1811; † 8. Febr. 1885) ed. *Biblia Česka* ab Innoc. Frenkl sacerdote saeculari coeptam et continuavit 1864. Multa opuscula ascetica bohemice vertit.

717. Denique Jo. Bercić († 1870) publicavit fragmenta s. Scripturae lingua veteroslovenica (glagolitica) scripta. — Steph. Kocijančić († 1883), theologus slovenus, reliquit aliquot scripta exegetica et quaedam de historia dioecesis goricianae. — Franciscus Fraidl studii biblici professor in universitate graecensi († 1892), magna sedulitate collegit *Die Exegese der 70 Wochen Daniels* in der alten und mittleren Zeit, Graecii 1883 in 4., in qua refert 107 varias interpretationes ad Dionysium carthusianum († 1471) usque prolatas. — Felix de Himpel n. Ravensburgi 28. Febr. 1821, professor studii biblici V. T. et linguarum orientalium in academia tubingensi 1857, facultatis theologicae senior († 18. Febr. 1890) elaboravit [1]) plurimas et prolixas diss. pro variis fasciculis literariis et Lexico ecclesiastico: *Ueber die Unsterblichkeitslehre des A. T.,* 1857; *die messianischen Weissagungen* im Pentateuch in fasc. tübing. 1859. 1860; *Selbstständigkeit,* Einheit und Glaubwürdigkeit *des Buches Josua,* ib. 1864. 1865; *über angebliche makkabäische Psalmen,* ib. 1870; *über Widersprüche* und verschiedene Quellenschriften der Bücher Samuels, ib. 1874; *de cap. 40-66 Is.,* ib. 1878; *der abstrakte Einheitsbegriff Gottes* und der Heiligenkult im Islam, ib. 1882; *Erklärung der Inschrift* des moabitischen Königs Mesa aus dem 9. Jahrh. vor Christus etc. — Splendidum opus elaboravit magna accuratione et studio Xaverius Pailloux SJ. n. 3. Dec. 1814, qui diu vixit in Syria († 1887), inscriptum: *Monographie du temple de Salomon,* Parisiis 1885 in f. (fr. 100), in quo opinionibus Vogüé in primis adversatur. *Le magnétisme, le spiritisme et la possession,* entretiens sur les esprits entre un théologien, un avocat, un philosophe et un médecin, ib. 1863 in 12. — Magnam spem de se fecit Savi Barn. Liburnensis [1]) n. 6. Jul. 1867, qui linguas callebat orientales atque in Aegyptiologia erat versatus. Ejus eruditionem et sollertiam testantur diss. insertae in Revue biblique 1892. 1893, sed decessit in flore aetatis 30. Sept. 1893.

III. Patrologia.

718. Praetermissis Hefele et Alzog, de quibus alibi erit sermo, dignissimus qui primus referatur est alter nostri aevi Mai, scil. Jo. Bapt. Franc. Pitra. Natus est hic insignis vir 1. Aug. 1812 in oppido Champforgeuil prope Châlons-sur-Saône. Jam a pueritia specimina dedit indefessae diligentiae, praeclari vivacisque ingenii et stupendae memoriae. Ingressus est a. 1840 cong. OSB. solesmensem a celebri Guéranger Deo propitio institutam frustra reclamante ejus episcopo, qui dolebat virum amittere, cujus talenta summum pro dioecesi commodum praesagiebant. Parisiis etsi prior residentiae totus studiis vacabat familiari conversatione fruens tot virorum illustrium zelo pro religionis bono in Gallia ardentium. Hic incitabat Migne ad utilissimam patrologiae graecae et latinae editionem, pro qua designavit

[1]) Cf. Keppler Zur Erinnerung an F. v. H., Tüb. Qûlschr. 1890 p. 531—59; Gla 1. I passim; Lauchert allg. deutsche Biogr. 50, 342.

[1]) Cf. theol. Quartalschrift Tübingen 79 (1897) 185.

auctores edendos, editiones recudendas, dissertationes recipiendas et ed. quatuor priorum t. curam in se suscepit [1]); ibidem cum suo abbate fasciculos periodicos *Auxiliaire catholique* (1845) condidit. Aliquot etiam instituit itinera literaria usque in Russiam, semperque praeda literaria onustus rediit. Romam vocatus negotia tractabat orientalis ecclesiae cum aliis viris doctis Zingerle, Haneberg, Fessler etc. In praemium tot meritorum et ut ejus scientia atque eruditio plus prodessent, dictus est a Pio IX. a. 1863 cardinalis et associatus plurimis congregationibus; anno 1869 praefectus bibliothecae vaticanae. Decessit episcopus portuensis 9. Febr. 1889 virtute non minus quam doctrina eximius [2]) Ingens est numerus operum, quae fructus sunt stupendae in scrutandis archivis assiduitatis et ferreae diligentiae, quam neque horridum frigus, neque aestus opprimens, neque fames restinguebant. Potiora tantum indicabimus: *Spicilegium solesmense* complectens ss. patrum scriptorumque ecclesiasticorum anecdota hactenus opera selecta ex graecis orientalibusque et latinis codd. publici juris facta, Parisiis 1852—58 t. 4 in 4; *Analecta sacra* Spicilegio solesmensi parata, ib. 1876 t. 1; typis tusculanis, 1884 t. 2., qui sicut t. 3. Venetiis 1883, et 4. Parisiis 1883 complectitur patres antenicaenos; t. 5, ib. 1889 fragmenta veterum patrum et classica quaedam; t. 6. hymnographos et libros ritus graeci; t. 7. juris ecclesiastici selecta paralipomena, ib. 1891; t. 8. typis s. montis casinensis 1881 s. Hildegardis opera; *Analecta novissima* spicilegii solesmensis altera continuatio, typis tusculanis 1885—88 t. 2, in quorum primo gallice de epistolis et regestis romanorum pontificum disserit, qua occasione quaedam corrigit vel supplet in nova ed. Jaffé Regestorum; Vigilii Pontificis apologiam auctore Coustantio primum edidit pluresque epistolas sive pontificum romanorum sive aliorum ad ipsos hactenus ineditas. Ita 61 ep. Innocentii III., 41 Honorii III. etc. In altero t. quorundam episcoporum tusculanorum sec. XII—XIV exhibet opuscula [1]) (tenuit enim ipse sedem tusculanam 1879—1884) et quaestiones magistri Odonis suessionensis etc. *Juris ecclesiastici graecorum historia et monumenta,* Romae 1864—68 t. 2 in 4; *Hymnographie* de l'Eglise grecque diss. accompagnée des offices du 16. Jan., des 29 et 30 juin en l'honneur des Apôtres s. Pierre et s. Paul [2]), ib. 1867 in 4. *S. Romanus* melodorum veterum princeps. *Cantica sacra* ex msc. codd. . . . primum ed., Romae 1888. Haec spectant patrologiam. Ad historiam pertinent *Histoire de s. Léger* évêque d'Autun et martyr, et de l'Eglise des Francs au septième siècle, Parisiis 1846 in 8; *la Hollande catholique,* ib. 1850 in 12; *Etudes sur la collection des Actes des Saints* par les RR. PP. Jésuites Bollandistes précédées d'une diss. sur les anciennes collections hagiographiques et suivies d'un recueil de pièces inédites, ib. 1850; *Vie du P. Libermann* fondateur de la congrégation du s. Coeur de Marie et premier supérieur général de la congr. du s. Esprit et de l'immaculé Coeur de Marie, ib. 1855; 1862 ed. 3; germanice interprete J. Müller Stuttgart 1893; *Etudes sur une inscription grec-*

[1]) Cf. Patrol. lat. indices 1, 328 sub vocabulo *Editores* patrologiae.

[2]) Cf. Cabrol Histoire du C. Pitra, Parisiis 1893, cujus epitomen exhibet Bellesheim Katholik 1893 I, 537—54: La science cathol. 1889 pag. 643 ss.; Battandrier, Le Card. Pitra, Paris 1895; Zeck KL. X, 43—45; Studien und Mitth. X (1889), 127 ss.; XXVIII (1907) 84 ss. et in seqq. fasc. auctore Th. Bühler OSB., qui ducem sequitur Cabrol.

[1]) Cf. hist. Jahrbuch der Görres-Gesellschaft 1886 p. 363; 1888 p. 726; Duchesne Bulletin crit. Nr. 4.

[2]) Cf. Kayser lit. Hdw. 68, 340.

que des premiers siècles de l'ère chrétienne trouvée à Autun en juin 1839, ib. 1841, qua sagaci et erudita diss. primum coepit ejus nomen innotescere eruditis. Quibus adde quam plurimas eruditas dissertationes, articulos, recensiones etc. quas variis inseruit fasciculis literariis [1]).

719. Praetermittere hic non licet Jac. Paulum Migne (n. 25. Oct. 1800; † 24. Oct. 1875), cujus ingentia sunt in rem patrologicam et universim in rem literariam catholicam merita. Relicta dioecesi aurelianensi ob dissensum ab episcopo occasione libri a se editi *de la Liberté,* 1833, Parisios secessit condiditque folium periodicum *L' Univers,* hujusque redactione mox alteri tradita totum se dedit typographiae a se institutae, in qua mira sagacitate, sollertia, operositate et constantia intrepida opera theologica pretiosissima gradatim recusa secundum optimas editiones prodierunt. Celeberrima collectio, pro qua nunquam satis grati esse possumus, est *Patrologiae cursus* completus seu bibliotheca omnium ss. patrum, doctorum scriptorumque ecclesiasticorum sive latinorum sive graecorum, Parisiis 1844 ss., quae collectio in duas divisa est series, quarum prior complectitur tomis 217 cum 4 t. indicum scriptores latinos usque ad Innocentium III. (a. 1216); altera scriptores graecos usque ad concilium florentinum t. 162, quorum ultimus est rarus: ad quam prodiit auctore Dorotheo Scholario olim metropolita larissano Index (Κλείς) Athenis 1879; et 1883 Ταμεῖον τῆς Πατρολογίας ἤτοι Συλλογὴ τῶν ἐν τῇ πατρολογίᾳ ... περιεχομένων κυριωτέρων ἐννοιῶν, φράσεων καὶ ὑποθέσεων etc. Hujus seriei duplex prodiit editio, una exhibens textum graecum cum versione, altera solam versionem. Pretium hujus collectionis in eo consistit, quod conjunctim praebet quidquid in innumeris operibus, quae vix amplius reperiuntur, sparsum exstat; egregias dissertationes, annotationes [1]), thesaurum eruditionis patristicae, qualis nullibi invenitur, forma commoda, pretio modico. Etsi ea collectio criticis non in omnibus satisfacit, tamen propter has dotes in omnium est manibus et usu, hinc fit jam rara et cara. Proh dolor, diro incendio 1868 laminae stereotypae hujus patrologiae omnes periere. *Scripturae s. cursus completus* ex commentariis omnium perfectissimis usque habitis, 1860—62 t. 28; *theologiae cursus completus,* 1840—45 t. 28 pariter collectus cooperante Gourando vicario generali luçonensi († 1885 a. aetatis 81.) ex melioribus theologorum celebrium, utraque collectio utilis et commendatione digna; *summa aurea de laudibus b. M. V.,* quam collegit J. J. Bourassé (cf. p. 1537), ib. 1866 t. 13; *Démonstrations évangéliques* [2]), 1860 t. 20, quibus exhibet meliora

[1]) Haec omnia diligentissime recenset Cabrol in Bibliographie des Bénédictins de la Congr. de France, Paris 1906 p. 120—148.

[1]) Plurimas criticas annotationes et lectiones ex msc. codicibus suppeditavit Henricus Nolte osnabrugensis († 25. Nov. 1883), qui totum se dedit studiis patrologicis Parisiis et Londini magnaque fovit consilia de edendis veterum operibus, quae tamen exsecutioni non mandavit. Inseruit admodum eruditas dissertationes fasciculis literariis tuebingensibus.

[2]) Hujus veluti epitome considerari potest *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* contenant les preuves principales de la vérité de la religion et les réponses aux objections tirées des sciences humaines editore J. B. Jaugey cooperantibus pluribus viris catholicis doctis, Parisiis 1889, de quo cf. d'Estienne Polybiblion 1889 II, 317. Editioni alteri adjecit *Supplément,* ib. 1892. Prodiit 1909 ed. 4. plurimum aucta cur. A. d'Alès, ut novum censeri possit opus. Impugnarat quoque opiniones Motais de diluvio, exceptionibus occurrit Béesau in op. *Les Foudres* de la Controverse et le Déluge biblique, Paris 1886. Ejus quoque sunt *Etude sur Jeanne d' Arc,* sa vie, ses voix, sa sainteté, 1868

scripta apologetica (gallice) 117 auctorum a Tertulliano et Origene usque ad medium sec. XIX; *Collection intégrale et universelle des Orateurs sacrés* (Gallorum), 1844—66 t. 102; *Encyclopédie théologique,* 1844—1866, triplici serie constans t. 52, 53 et 66, quibus continentur ultra centum Lexica varia de argumentis plus minus theologicis, etiam de philosophia, historia, disciplinis naturalibus, quorum aliqua pretio non carent, alia levissima manu sunt compilata. Opera celebrium auctorum recudit, ut Bossueti, Massillon, Bourdaloue, Bérulle, de Maistre [1]) etc.

720. Alius vir celeber hac periodo erat Joseph Fessler, cujus nomen laus. Natus est J. Fessler Lochavii prope Brigantium 2. Dec. 1813. Sacerdotio suscepto mox supplevit Brixinae cathedram historiae ecclesiasticae et juris canonici (1838). Ut lauream theologicam promereret, Viennam profectus est in seminarium dictum Frintaneum: qua adepta professor disciplinarum quas suppleverat rediit Brixinam. Ablegatus fuit a concivibus ad parlamentum francofurtense, a suo episcopo ad consessum episcoporum Austriae (1849), et jam antea (1848) ad consessum episcoporum Germaniae Wirceburgum, quo rogante conscripsit: *Ueber die Provinzial-Concilien und Diöcesansynoden* [2]), Oeniponte 1849. Viennam adscitus 1852 in universitate docuit historiam ecclesiasticam, dein (1856) jus canonicum. Promotoris munere fungebatur in concilio viennensi a. 1858. Bis Romam profectus est studiorum causa, unde eum revocavit episcopus brixinensis, nam vicarium generalem Tirolis anterioris et episcopum auxiliarem eum habere voluit (31. Mart. 1862). Anno jam sequenti ablegatus caesareus iterum Romam profectus est in negotiis ecclesiasticis, et a. 1864 ab imperatore dictus episcopus sanhippolytanus. Instante celebratione concilii vaticani Pius IX. ei concredidit munus honorificum sed et difficillimum secretarii concilii, quod dignissime sollerterque obiit, ut omnium promeruerit laudem et admirationem. Nimiis laboribus attritus non diu post reditum in dioecesim decessit 25. Apr. 1872 [1]). Praecipuum ejusdem opus est: *Institutiones Patrologiae,* quas ad frequentiorem, utiliorem et faciliorem ss. patrum lectionem promovendam concinnavit, Oeniponte 1850—51 t. 2 in 8., opus eruditissimum, solidum magnaque accuratione elaboratum, quod satis commendari nequit patrum operum studiosis. Novam ed. emendatam, auctam et magna diligentia retractatam curavit Bern. Jungmann tanto operi recudendo ob suam eruditionem aptissimus. Prodiit ib. 1890—1896. Inter alia ejusdem scripta praeterea mentione digna sunt: *Geschichte der Kirche Christi* als Religions-Lehrbuch 1857; 1877 ed. 4; *der Kirchenbann u. seine Folgen,* Viennae 1860; *Das letzte und nächste allgemeine Konzil,* Friburgi 1869; *Sammlung vermischter Schriften* über Kirchengeschichte und Kirchenrecht, ib. 1869; inter quae etiam *das kirchliche Bücherverbot,* Viennae 1859; *der canonische Process* nach seinen positiven Grundlagen und seiner ältesten historischen Entwickelung, Viennae 1860; *die wahre*

in 8; tr. de concilio oecumenico (gallice), 1869; *Accord de l'Eglise* et de l'Etat dans les temps présents, 1874. Obiit 14. Apr. 1894; cf. Polybiblion 1894 I, 463.

[1]) Cf. Streber KL² 8, 1510—13.

[2]) Eodem a. prodiit *Die Diöcesan-Synode,* Augustae, auctore M. Filser, qui etiam disseruit *über den Ausspender* des Ehesacramentes, Ratisbonae 1842. 1844, in quo veram tuetur sententiam. Facultas theologica diss. praemio censuit dignam. Male in hoc argumento versatus est Fidelis Haiz (p. 1535).

[1]) Cf. Erdinger Dr. J. Fessler ..... ein Lebensbild. Brixinae 1874; Mitterrutzner KL² 4, 1388.

und falsche Unfehlbarkeit der Päpste, zur Abwehr gegen Dr. Schulte, Viennae 1871; *das vaticanische Concil,* dessen äussere Bedeutung und innerer Verlauf, ib. 1871.

721. Aloysius Vincenzi professor in archigymnasio romano literarum hebraicarum innotuit zelo, utique audaci[1]), purgandi Origenem et Vigilium pontificem ab omnibus accusationibus contra ipsos prolatis, hinc historiam conc. oecumenici V. prorsus reformavit suppressis omnibus quae in illorum dedecus vergunt in opere sane erudito: *In s. Gregorii Nysseni et Origenis scripta et doctrinam nova defensio* cum appendice de actis synodi V. oec., Romae 1865 pp. 4; 1869 t. 5. Aliud ejusdem opus plane diligens et eruditum inscribitur: *Sessio IV. conc. tridentini* vindicata sive introductio in Scripturas deuterocanonicas V. T., Romae 1842—44 t. 2. *De Hebraeorum et christianorum sacra monarchia* et infallibili in utraque magisterio, Romae 1875 ed. adaucta amplis lucubrationibus[2]). — Fidelis ab oppido nativitatis Fanna in Italia superiori a Fanna cognominatus, alioquin vocabatur Georgius Marusmattius, lucem aspexit 24. Dec. 1838; ordinem s. Franc. ingressus est 29. Sept. 1855. Duce Ant. Maria de Vicetia totum se dedit studio s. Bonaventurae. Occasione controversiae de infallibilitate pontificis scripsit Ser. Doct. s. Bonaventurae doctrina *de rom. pontificis primatu et infallibilitate,* Taurini 1870. A praeposito generali munus accepit curandae novae et accuratae s. Bonaventurae operum editionis, cui operi ut se accingeret ad 400 bibliothecas Europae scrutatus est et fere 50 millia codicum mscr. excussit, undique haustis notitiis de s. doctore[1]), concinnavitque *rationem novae collectionis operum ... s. Bonaventurae,* Taurini 1874, opus solertis et magni ingenii, quo se ostendit criticum eximium. Demum 14. Jul. 1879 editionem ipsam cum pluribus collegis coepit, sed eam videre non potuit morte praeventus[2]) 12. Aug. 1881. Prodierunt interim editionis omnibus numeris absolutae et plane eximiae tomi 10 ad Aquas claras (Quaracchi) a. 1882—1902. — Benedictus Bechte[3]), ejusdem ord., qui n. est 29. Apr. 1840 in pago Heumar prope Coloniam, comes erat et amanuensis diligens et accuratus Fidelis a Fanna in lustrandis bibliothecis et conferendis cum originali codicibus in Germania, Gallia et Anglia. Annos 12 communibus editorum laboribus erat strenuus collaborator. In provinciae custodem electus 1891 operi debuit renunciare, nec multo post ingravescente stomachi morbo lente consumptus pie et placide in Domino obdormivit 21. Sept. 1892. — Jam antea Adolphus Carolus Peltier dioecesis andegavensis (n. 1800; † 1880) parochus et canonicus remensis ediderat *opera omnia s. Bo-*

[1]) Cf. Reiser Tüb. Quartalschrift 1867, 331—352, qui inter alia censet pag. 350: Wir können keinen Augenblick Bedenken tragen, das Unternehmen Vincenzi's auf diese Weise die Geschichte des 5. Concils zu rectificiren als ein verfehltes und unberechtigtes zu kennzeichnen. Schritt für Schritt könnte man oft mit leichter Mühe seine Beweisführung als eine unzulängliche, einseitige aufzeigen etc.

[2]) Cf. hist. pol. Bl. 77, 59—77.

[1]) Ludov. Berthaumier tertii ord. s. Franc. parochus (n. 1819; † 1870) descripsit *Histoire de s. Bonaventure* 1858, vertitque plura ex ejusdem operibus gallice. — Ludovicus a Castroplanio scripsit disquisitionem historico-theologicam (accuratam) *Seraphicus Doctor Bonaventura* in oecumenicis catholicae ecclesiae conciliis, Romae 1874 in 8., in qua auctor ex operibus s. Bonaventurae praeclarum et solidum exhibet commentarium in definitionem concilii vaticani de primatu et infallibilitate romani pontificis. Cf. Jeiler Lit. Hdw. 1874, 402.

[2]) Cf. Jeiler Lit. Handw. 1882 n. 312 c. 289 s.; 1874, 404; praef. gen. ad ed. opp. s. Bonaventurae I pag. IX.

[3]) Cf. praef. t. 6. op. s. Bonav.

naventurae Parisiis 1864—71 t. 15, quae tamen ed. minus est critica „Sub respectu artis typographicae laudem meretur ... verum quoad intrinsecum ed. pretium multa sunt quae desiderantur, multa quae approbari non possunt. In primis non exhibentur nisi opera quae exstant in ed. veneta ... Textus juxta venetam, omnium pessimam ed., impressus est correctis tamen hinc inde aliquibus erroribus typographicis et mutatis pluries nonnullis verbis, quae D. Peltier visa sunt falsa. Codices idem non consuluit nisi unum super sententias. In tribus prioribus t. nondum noverat labores Bonelli et Sbaraleae, neque postea eorum satis rationem habuit, hinc de operibus in 3 t. supplementi a Bonelli editis nullam facit mentionem neque ea suae ed. addere curavit [1]". Plura opera italica in linguam gallicam vertit et versionis operum s. Alphonsi Ligorii a Vidal, Delalle et Bousquet confectae ed. novam emendatam curavit: pluraque alia edidit, ut *Dictionnaire universel et complet des Conciles* tant généraux que particuliers, des principaux synodes diocésains et des autres assemblées ecclésiastiques les plus remarquables, 1847; *Traité de la puissance ecclésiastique* dans ses rapports avec les souverainetés temporelles, 1857 t. 2 in 8; *Etude approfondie de l'Ontologisme,* 1863; *la Doctrine de l'encyclique* justifiée par elle même au double point de vue de la foi et de la raison, 1865 etc. — De s. Thoma bene meruit Petrus Ant. Uccelli ed., qua magna sedulitate et sagacitate exhibet s. Thomae A. ... *Summae de veritate catholicae fidei* contra gentiles quae supersunt ex cod. autographo, qui in bibliotheca vatic. asservatur, cetera vero ex probatissimis codd. et editionibus, Romae 1878. Edidit quoque primus tr. *de veritate corporis Christi* Gregorii ep. bergomensis († 1146) in op. *Scritti inediti* del b. Gregorio Barbarigo Card. e V. di Bergamo, poi di Padua[1]), Parmae 1877; Oeniponte 1879 inter opuscula SS. PP. t. 39; *dell' eresia* in Bergamo in La Scuola cattol., Milano 1875.

722. Pius (Jacobus) Zingerle OSB. in monasterio mariaemontano, Merani in Tiroli n. 17. Mart. 1801 cum animarum cura conjunxit impensum linguarum orientalium studium, quantum per tempus licuit. A Pio IX. Romam vocatus easdem in Sapientia romana tradebat, consultorem agebat congregationis pro negotiis orientalibus et scriptorem in bibliotheca vaticana. Hic codices syriacos pretiosos reperit, ex quibus plura hactenus inedita publicae donavit luci in sua *Chrestomathia syriaca,* Romae 1871. Plurima opuscula s. Ephraemi germanice vertit, quae prodierunt Oeniponte 1845—46 t. 6; *Echte Acten h. Märtyrer* des Morgenlandes aus dem Syrischen, ib. 1836 pp. 2; *s. P. Ephraemi Syri sermones duo* ex codd. syriacis romanis editi, Brixinae 1868; *Monumenta syriaca,* Oeniponte 1869 t. 1. etc. *Leben und Wirken des h. Simeon Stylites,* Innsbruck 1855. Plures doctasque diss. de literatura, praesertim de poesi syriaca, inseruit foliis literariis. Decessit vir vere pius et religiosus, anima ut dicebatur candida. 10. Jan. 1881. Eum Haneberg primis syriologis nostrae aetatis accensuit [2]). — A Zingerle sejungi non debet Georgius Moesinger Tirolensis n. 29. Mart. 1831, aliquamdiu capellanus archiepiscopi Salisburgensis. Ut se in studiis excoleret, Monachium, dein Romam se contulit.

[1]) Cf. Praef. gen. pag. VIII t. 1. ed. novae supra landatae; de auctore Polyb. 1880 I, 266.

[1]) A. Coi († 1836) collegerat *Visite pastorali* del B. G. Barbarigo ... alla sua diocesi, quae prodierunt Romae 1907.

[2]) Cf. etiam Heller Zeitschr. für kath. Theol. II (1872), 467, qui fragmenta edita recenset; P. A. Weis allg. deutsche Biogr. XXII, 400.

Redux cathedram studii biblici et linguarum orientalium obtinuit, sed nimiis studiis mortem acceleravit († 6. Jan. 1878). Edidit *Monumenta syriaca,* plura scil. patrum syrorum reliquias et fragmenta ex rom. codd., quorum t. 1. Innsbruck 1869 una cum Zingerle edidit; alterius ed. absolvit Bickell, auctoris morte interveniente, ib. 1878 praemissa de ejus vita et scriptis notitia [1]). *Supplementum* Corporis Ignatiani a G. Curetono editi, ib. 1874. Edidit Ephraemi Syri expositionem evangelii concordantis cf. supra I, 198. — Chaix de Lavarène canonicus archipresbyter claromontanus collegit *Monumenta pontificia* Arverniae decurrentibus sec. IX—XII. (a Nicolao I. usque ad Innocentium III, Claromonte 1868). Ed. alteram ex integro retractatam parabat 1887. *Saint Sidoine Apollinaire* et son siècle, Clermont 1868 t. 2, opus ab academia claromontana coronatum, cujus pariter a. 1887 alteram paraverat ed. auctam et emendatam. — Paulus Savi Barn. supra doctam edidit diss. *Delle scoperte e dei progressi* realizzati nell'antica Letteratura cristiana durante l'ultimo decennio, Senis 1893; *La dottrina degli Apostoli,* ricerche critiche sull'origine del testo con una nota intorno all'Eucaristia, Romae 1893. — Jacobus Jones SJ. Hibernus, diu missionarius, missionum superior et vicarius generalis praefecti apostolici in Jamaica, post reditum in Europam theologiae moralis professor, anglicae provinciae praepositus et praepositi generalis assistens pro Anglia (n. 28. Mart. 1828; † 12. Jan. 1893) pluribus articulis disseruit [1]) in fasc. literariis *The Month* de symbolo athanasiano edidit que *The Creed of Athanasius,* Londini 1872. — Michael Fertig rector gymnasii landshutani († 28. Jan. 1873) edidit *Magnus Felix Ennodius* und seine Zeit, Passaviae 1855. — Adolphus Cappenberg Monasterii n. 14. Aug. 1808, ibidem professor juris canonici et historiae ecclesiasticae disseruit *de fidei et scientiae ratione mutua* secundum PP. alexandrinorum et Augustini et scholasticorum sententias, Monasterio 1844; *de Trinitate* Originis doctrina, 1838 († 24. Nov. 1885). — Morère theologiae doctor et vicarius s. Medardi Parisiis n. 1833 exhibuit (cum Goyhénèche) *les Parfums des Pères* de l'Eglise grecque et latine précédés d'une notice de leur vie et d'une analyse de leurs ouvrages, Parisiis 1874 t. 2. — Alphonsus Benoit [2]) proponit s. *Grégoire de Nazianze* archevêque de Constantinople et docteur de l'Eglise, sa vie, ses oeuvres et son époque, Parisiis 1877; 1884 t. 2 in 12. ed. 2. opus accuratum et bene elaboratum. — Vinc. Marchese OP. Genuensis, multarum academiarum socius (n. 24. Apr. 1808; † 24. Jan. 1891) scripsit *Narrazione della vita e delle opere di s. Tommaso d'A.,* et plura alia quae a classicitate stili multum laudantur [3]).

[1]) Wurzbach 60, 151—54; Heller SJ. KL. XII, 1960—63; Studien und Mitth. 1881 II, 355—60; Scriptores Ord. S. Ben. 531; Siegfried allg. d. Biogr. 45, 320—23. Cf. ibidem p. 319 mentionem Josephi Zingerle Merani n. 25. Jan. 1831, professoris studii biblici in seminario tridentino et canonici († 14. Apr. 1891), qui et ipse delectabatur studiis syriacis et avunculum suum Pium juvabat in edendis monumentis syriacis. Inseruit quoque diss. exegeticas in Zeitschr. für kath. Theol.

[1]) Cf. Sommervogel t. 4 append. p. X.

[2]) Alius ab eo est Paulus Benoit (n. 1850) seminarii director, cujus sunt: *L'Eglise et sa divine constitution,* opus eruditum. *La cité antichrétienne* au XIX^e siècle, Parisiis 1887 ed. 2. t. 2 in 8; 1895 ed. aucta, in quo recentiores errores naturalismi, rationalismi, liberalismi recenset et dijudicat: *Histoire de l'abbaye et de la terre de St. Claude,* Montreuil-sur-Mer 1890 in 8. t. 2 opus insigne.

[3]) Cf. Archivio stor. ital. VII, 1891, 369—80; Esser Lit. Handw. 1891, 296. Alius ab eo est Aloys. Marchesi congr. miss. (n. 1825; † 16. Jul. 1872) cujus exstat *La Liturgia Gallicana* nei primi otto secoli della Chiesa, Romae 1867 t. 2 in 8. Cum esset eximius liturgicus, factus est

— *Petrus Chrysologus* der erste Erzbischof von Ravenna describitur ab Hermanno Dapper parocho, Gmundae 1867 in 8. — Jos. Cognat, parochus, qui aliquamdiu (1852—55) redegit *l' Ami de la religion* (n. 1821; † 25. Maj. 1888), elucidavit *Clément d' Alexandrie,* sa doctrine et sa polémique, 1859; *M. Renan hier et aujourd' hui,* 1883 in 12; 1886 ed. plurimum aucta; *Polémique religieuse:* quelques pièces pour servir à l'histoire des controverses de ce temps, Parisiis 1861 in 12; *Lettres* (7) *d' un curé* à ses paroissiens suivies des Lettres (3) à M. Gambetta, ib. 1883, quibus solerter nititur refellere errores et praejudicia obvia adversus religionem. — C. van Endert edidit *Der Gottesbeweis* in der patristischen Zeit mit besonderer Berücksichtigung Augustins [1]), Friburgi 1869. — Jo. Petrus Charpentier n. 20. Jun. 1897, supplens cathedram eloquentiae latinae in Sorbona (1833—44), academiae parisiensis inspector (1878), praeter alia ad literaturam latinam et gallicam spectantia reliquit *Etudes sur les Pères de l' Eglise,* 1853 t. 2; *Tertullien et Apulée,* 1839 in 8; *les Ecrivains latins* de l' Empire, 1858. — Prorsus cavendus est Jo. Huber [2]) (18. Aug. 1830-19. Mart. 1879), laicus, licet studia theologica absolverit, philosophiae professor monacensis qui plura edidit opera philosophica, ut *die Lehre Darwins* kritisch betrachtet, München 1871; *die Idee der Unsterblichkeit,* ib. 1878 ed. 3; *die Philosophie der Kirchenväter,* 1859, liber mox (1860) prohibitus. Pertinebat ad illorum sectam, qui definitionibus concilii vaticani se subjicere noluerunt, et operam suam contulit ad opus famosum *Janus.* — Apollinaris Preuvot Min. († 1885) reliquit Etude *sur la vie et les oeuvres de s. Bernardin de Sienne.*

723. Franc. eques de Miklosich in Radmešćak oppido Stiriae 20. Nov. 1815 (secundum alios 1813) natus, in philologia, slavica praesertim, egregie excultus scriptoris primum munere fungebatur in bibliotheca caesarea viennensi (1844). Mox promotus est ad cathedram philologiae slavicae, receptus in academiam aliasque societates literarias († 7. Mart. 1891). Quam plurima edidit ad disciplinam suam excolendam, promovendam, illustrandam, et etiam plura edidit antiquitatis monumenta, ita *Evangelium s. Matthaei* palaeo-slovenice e codd., Viennae 1856; *Acta et diplomata graeca* medii aevi sacra et profana, ib. 1860—87 t. 5 in 8., quorum t. 2 continent acta patriarchatus constantinopolitani 1315—1402; t. 4. et 5. acta et diplomata monasteriorum et ecclesiarum Orientis; *Vitae Sanctorum* e cod. antiquissimo paleo-slovenico cum notis criticis et glossario, 1847. — Guilelmus Theodorus Hillen gymnasii coesfeldensis professor n. 21. Sept. 1831 in op. Kaldenkirchen ditionis monasteriensis exposuit *Clementis Alex. de ss. eucharistia doctrinam,* Warendorfii 1862; *Quid de peccati originalis natura* et propagatione judicaverit s. Augustinus,

---

praeses academiae liturgicae romanae et congr. rituum consultor. Praeter alia opuscula de argumentis liturgicis inseruit plures diss. Archivio ecclesiastico, quod prodiit Florentiae, et edidit *Questioni proposte e discusse* nell' Academia liturgica, Romae 1858, scil. de Breviario.

[1]) Die Schrift ist unstreitig eine Bereicherung der Wissenschaft und ein schätzenswerther Beitrag zum Verständniss der Augustinischen Erkenntnislehre. Rump lit. Handw. 1869, 246.

[2]) Alius ab eo est Joannes Huber ultimus praepositus capituli zurzachensis in Helvetia († 16. Aug. 1879), qui descripsit *Geschichte des Stiftes Zurzach,* Klingenau 1869; postmodum adjecit *die Urkunden des Stiftes Zurzach,* Aarau 1873; *des Stiftes Zurzach Schicksale,* Luzern 1879, et jam antea ediderat alia ad illud capitulum spectantia, quibus haud parum illustratur historia ecclesiastica Helvetiae. Cf. Lit. Hdw. 1870, 445; 1874, 140.

ib. 1858; *Clemens Al.* quid de ll. sacris N. T. sibi persuasum habuerit, Coesfeld 1867; *Apologetik des Christentums* oder christliche Welt- und Lebensanschauung dargelegt vom Standpunkt des Opfers, Warendorf 1863, juxta Güntheri ideas[1]), sagaciter quidem, sed minus feliciter. — Lud. Ign. Moreau Parisiensis laicus pius, bibliothecis semper addictus (n. 11. Aug. 1807; † 27. Aug. 1881) *Confessiones s. Augustini* (1829) et opus *de civitate Dei* (1832) gallice vertit, quae versiones ab academia gallica praemio coronatae fuere 1840 et 1843. Reliquit et opera philosophica[2]). — Gregorius Schmitt proponit *die Apologie der ersten 3 Jahrhunderte* in historisch-systemat. Darstellung, Mainz 1890, quae diss. a facultate theologica wirceburgensi digna habita fuit praemio. — Jos. Teilhan SJ. Gallus n. 16. Jan. 1816, post alia munera missionum procurator († 26. Jun. 1891) praeter alia opera inseruit fasc. literariis Etudes religieuses diss. doctas de variis argumentis historicis, inter quas *Clément d'Alexandrie* X, 366-85; XI, 214—33; *L'authenticité des Evangiles* et les philosophes païens aux quatre premiers siècles, (1851), 319-86. — Fr. Ant. Specht († 20 Febr. 1908) edidit diss. *Der exegetische Standpunkt* des Theodor von Mopsuestia und Theodoret von Kyros in der Auslegung messianischer Weissagungen aus ihren Kommentaren zu den kleinen Propheten dargestellt, München 1871; *Biblische Geschichte* und Lehre in urkundlichem Wort für höhere Lehranstalten, Regensburg 1879 pp. 2. — Felix Fournier nannetensis n. 3. Maj. 1803, parochus et concionator, episcopus nannetensis (27. Jun. 1870; † 9. Jun. 1877) plurima reliquit scripta[3]), inter quae *Etudes sur s. Ambroise,* Nantes, 1857. — De Orosio disseruit H. Sauvage[1]) Mussipontanus (n. 1844; † 31. Jan. 1877) episcopo Plantier a secretis. Ejus quoque est *S. François de Sales prédicateur,* Paris 1875. — De quamplurimis argumentis patrologicis, scholasticis, historicis etc. disputavit Wenceslaus Mattes in Renquishausen ditionis würtembergensis oppido n. 24. Sept. 1815. Repetentis munere functus est in convictu theologorum Tübingae, sed mox eo privatus fuit ob concionem probe catholicam: *Was ist der Priester* (Tübingae 1846) in primitiis neosacerdotis habitam. Hildesheimium accitus (1846) theologiam in seminario docuit ejusque regens factus est. Rediit (1860) in patriam, parochias rexit scholarumque fuit inspector (1868—71) atque decessit 20. Nov. 1886. Inseruit suas diss. fasciculis literariis, quae Tübingae, et ipso auctore Hildesheimii (1850—51) prodierunt, necnon Lexico ecclesiastico friburgensi[2]). — Ant. Rocchi O. S. Bas. in celebri monasterio grottaferratensi celebrat *Le Glorie di S. Gioacchino,* padre di Maria Vergine secondo i Padri di Oriente, Grottaferrata 1878, opus doctum et eruditum[3]); *La badia* di s. Maria di Grottaferrata, Roma 1884. — *De Agobardi archiepiscopi Lugdunensis vita et operibus* disseruit Antonius Mace de Lepinay decanus honorarius fac. literarum gratianopolitanae et in ea professor historiae ab a. 1849-1886 (1891).

---

[1]) Lit. Hdw. 1865 p. 69 s.; Rassmann I, 150; II, 95.

[2]) Cf. Polybiblion 1882 I, 268.

[3]) Eorum longus elenchus complet paginas decem in Kerviller Bio-bibliographie bretonne t. XIV. Cf. de ipso Pothier (qui erat ei a secretis) Mgr. Fournier ... sa vie, ses oeuvres, Nantes 1900 t. 2; L'Episcopat, Nantes p. 400 s.

[1]) Alius ab eo est F. Sauvage Massiliensis († 1886), cujus est *Mons. de Belsunce* (cf. IV, 1537) .. et le *Jansénisme,* Marseille 1882.

[2]) Ea diligenter recenset Lauchert allg. d. Biogr. 52, 231 s.

[3]) Cf. Polybiblion 1879 II, 347 ss.

IV. Historia ecclesiastica.

724. Quaestiones *isagogicas* tractavit[1]) Florianus Riess[2]) SJ. in oppido Tiefenbach regni würtembergici n. 5. Febr. 1823, qui dum Tübingae theologiae et philosophiae studeret, duplex retulit praemium bina diss. elaborata. Repetentis munere fungebatur in convictu theologico wilhelmino praelectionesque habebat de philosophia ad a. usque 1848, quo a. coepit se penitus consecrare causae catholicae in sua patria, institutioni et directioni foliorum periodicorum pro populo. Anno 1857 ingressus est Soc. Jesu, in eaque condidit cum aliis sodalibus egregios fasc. literarios *Stimmen aus Maria Laach.* Qua occasione praeter alia edidit tomum supplementarem (3.) *Das Geburtsjahr Christi,* ein chronologischer Versuch mit einem Synchronismus über die Fülle der Zeiten und 12 mathematischen Beilagen, Friburgi 1880, in quo tuetur a. Christi natalem incidere in a. primum aerae vulgaris. Non arrisit omnibus opinio jam fere ab eruditis deserta, hinc coactus est edere ejus apologiam: *Nochmals das Geburtsjahr* J. Christi mit besonderer Bezugnahme auf eine Streitschrift des Dr. Pet. Schegg in München (p. 1579), ib. 1883. Jam non licebit hanc controversiam tractare, quin ratio habeatur hujus operis, quo sententia jam fere antiquata probabilis, si non certa ostenditur[1]). *Der s. Petrus Canisius* aus der Gesellschaft Jesu, aus den Quellen dargestellt, Friburgi 1865, cujus et epitomen confecit ib. 1865 in 12; Eine Vorfrage *über die Verpflichtung des Syllabus,* ib. 1866; *die moderne Irrlehre* oder der Liberalismus und seine Verzweigungen im Lichte der Offenbarung, ib. 1866; *der moderne Staat* u. die christliche Schule, ib. 1868, quo l. egregio commentarium accuratum, solidum et utilem praebet illarum prop. noxiarum de scholis, quas Pius IX. jure merito in celebri syllabo damnavit[2]); *Staat und Kirche,* ib. 1869; *die päpstliche Unfehlbarkeit* und der alte Glaube der Kirche, 1870; *der h. Cyprian* und die Altkatholiken seiner Zeit in Stimmen aus Maria Laach t. 6. 7. Obiit 30. Dec. 1882.

725. Inter eos, qui historiam *universalem* tractarunt, primo loco nominandus est Jos. Hergenroether

[1]) Ludovicus Leroy († 1889) praelatus domesticus Pii IX. n. 1821 scripsit *le Règne de Dieu dans la grandeur, la mission et la chute des empires* ou Philosophie de l'histoire considérée au point de vue divin dans les vertus qui ont élevé les nations, le rôle providentiel et l'existence des peuples, les vices qui ont amené la ruine des Etats, Parisiis 1859 in 8; ed. 5; germanice interprete Car. Braun Regensburg 1862; *Philosophie catholique de l'histoire* ou les Nations pour le Christ et l'Eglise, 1866 t. 2; *Philosophie chrétienne* de l'histoire ou la Création, l'ère patriarcale, les âges mosaïque et prophétique pour le Christ et l'Eglise, ib. 1869 in 4; *Histoire d'une chrétienté* depuis J. C. jusqu'à nos jours comprenant l'histoire générale de l'Artois et de la Morinie, Atrebati 1870; *Histoire des pélerinages* de la s. Vierge en France Parisiis 1884 t. 3 in 8. — José Godoy de Alcantara edidit *Historia critica* de los falsos Chronicones, Madrid 1868, quod opus praemio donatum fuit.

[2]) Alius a Rich. Riess, cujus exstat: *Biblische Geographie:* vollständiges biblisch-geographisches Verzeichnis als Wegweiser zum erläuternden Verständniss der h. Schrift des A. und N. T., Friburgi 1872, opus theologis utile. Plura de eo cf. infra.

[1]) Cf. P. Beck allg. d. Biogr. 28, 582, qui de eo dicit: R. zeichnet sich durch Geistesschärfe und Klarheit der Sprache aus und schrieb eine schneidige gewandte Feder, welche den tüchtigen in der Hegelschen Philosophie geschulten Dialektiker nicht verläugnet. Cf. Gla 1, II, 95 s.

[2]) Cf. Rolfus literarischer Handweiser 1868, 393.

eruditorum hujus aevi facile princeps[1]). Lucem aspexit Josephus Hergenroether 15. Sept. 1824 Wirceburgi. Absolutis successu splendido studiis inferioribus in patria, aliquamdiu philosophiae et theologiae in universitate wirceburgensi operam dedit, dein agente egregio episcopo Stahl collegium germanicum Romae ingressus est ibique studia continuavit, sed absolvere non potuit ob turbas, quibus a. 1848 omnis ordo fuit subversus. Rediit in patriam accepitque lauream summa professorum monacensium satisfactione: hinc ut ipsorum desiderio satisfaceret, docendi ibi veniam impetravit: sed jam anno sequenti 1852 Wirceburgum vocatus fuit ad regendam cathedram juris canonici et historiae ecclesiasticae, quam summo splendore illustravit, cumque collegis sibi carissimis Denzinger et Hettinger facultatem theologicam illius academiae maxime ornavit. Interim coepit inclarescere per universam Germaniam, partem habere in controversiis theologicis, quae eam turbabant, machinationibus se opponere eruditorum virorum, qui nullum non movebant lapidem, ut praepedirent pontificiae infallibilitatis definitionem, eruditione sua dissipare dubia, exceptiones, calumnias, mendacia contra eam ubique sparsa, ut vere columna fuerit fidei et doctrinae sanae a concilio vaticano sancitae. A Pio IX. Romam accitus (1868) est consultor congregationis praeparatoriae pro concilii celebratione et a Leone XIII. purpura honoratus (1879) ob ingentia merita in fidem et scientiam catholicam. Pluribus congregationibus fuit addictus, et quod praecipuum, archivis apostolicis praefectus magna eruditorum gratulatione et ingenti studii historici lucro. Munerum suorum negotiis et laboribus etsi oppressus otium nactus est prosequendi

[1]) Dolemus praetermittere nos debere inter historicos catholicos Jo. Ignatium de Döllinger, quia cursum quondam gloriosum turpi defectione maculavit. Natus ipse est Bambergae 28. Febr. 1799. Absolutis studiis ibidem et Wirceburgi, jam 1823 docendi munere functus est in lyceo aschaffenburgensi, unde translatus est a. 1826 ad cathedram juris canonici et historiae ecclesiasticae monacensem. Initio quidem edidit opera egregia, quibus magnam per universam Germaniam adeptus est nominis celebritatem: *Die Lehre von der Eucharistie* in den drei ersten Jahrhunderten, Ratisbonae 1826 pars 1. (et unica); *Die Reformation*, ihre innere Entwicklung und ihre Wirkungen im Umfange des lutherischen Bekenntnisses, ib. 1846—48 t. 3, opus non completum; *Luther*, eine Skizze, 1851, 1890; t. 3. adjecit historiae ecclesiasticae Hortig (cf. p. 1266), retractando novum condidit opus (egregium) *Handb. der christl. Kirchengesch.* t. 2, sed incompletum 1833 (ad a. 680). Jam tertio laborem aggressus composuit *Lehrbuch der Kirchengeschichte*, ib. 1836 t. 2 (usque ad a. 1517); *über gemischte Ehen*, zugleich Beurtheilung der Bunsenschen Darlegung in der Cölner Sache, ib. 1838 egregius libellus, saepe editus: *der Protestantismus in Baiern* und die Kniebeugung, ib. 1843; *Hippolyt und Kallistus* oder die römische Kirche in der ersten Hälfte des 3. Jahrh., ib. 1853; *Heidenthum und Judenthum.* Vorhalle zur Geschichte des Christenthums, ib. 1857; *Christenthum und Kirche* in der Zeit der Grundlegung, ib. 1860; cujus ed. 2. a. 1868 jam spiritu non bono inficitur; *Kirche und Kirchen*, Papstthum und Kirchenstaat, 1861, in quo praeclarissima inveniuntur documenta ad texendam primatus apologiam. *Papstfabeln* 1863, quasi praeambulum ad historiam papatus, quam mente conceperat, sed non elaboravit. Exinde coepit plura edere spiritu vere hostili adversus infallibilitatem pontificiam et ipsum primatum. Quamobrem 1871 excommunicatus cessavit a functionibus sacerdotalibus et praelectionibus: honoribus vero mundanis fuit auctus, factus praeses academiae, cujus jamdiu erat socius (1835). Praetermittimus posteriora ejus opera (cf. hist. Jahrbuch 1890, 421), quorum scopus est non promovere veram scientiam, sed eam potius obscurare. Decessit 10. Jan. 1890 a. aetatis 91. Ecclesiae non reconciliatus, vir sane pereruditus et quamdiu Ecclesiae servivit summus, qui ubi bene scripsit, nemo eo melius, ut dixit de eo Hergenroether, triste vero exemplum defectionis ab Ecclesia. Cf. Michael J. von D., eine Charakteristik, Oeniponte 1894 ed. 3.

docta sua studia, sed in tanta animi contentione apoplexia fuit tactus, hinc aegre duxit vitam per aliquot annos nunquam tamen desistens a studiis et operum editione. Mirum vere est quomodo inter tot negotia potuerit adeo multos conscribere libros vere doctos, stupenda eruditione refertos. Tenacissimae erat memoriae, in praecipuis theologiae disciplinis mire excultus, sagacissimi ingenii, et cum tanta doctrina conciliavit singularem modestiam, morum simplicitatem, eximiam pietatem, zelum indefessum pro fidei puritate et Ecclesiae juribus. Decessit hic vir vere magnus, collegii cardinalium ornamentum, scientiae theologicae splendidum sidus, Bavariae gloria, in itinere constitutus in abbatia Augia majori (Mehrerau) 3. Oct. 1890. Haec ejus opera: *Die Lehre von der göttlichen Dreieinigkeit* nach dem h. Gregor von Nazianz, dem Theologen, mit Berücksichtigung der älteren u. neueren Darstellungen dieses Dogma's, Ratisbonae 1850, pro obtinendo doctoratu; *de catholicae Ecclesiae primordiis* recentiorum protestantium systemata, ib. 1851 (pro habilitatione); *Photius,* Patriarch von Constantinopel. Sein Leben, seine Schriften u. das griechische Schisma, nach handschriftlichen und gedruckten Quellen, ib. 1867—69 t. 3, opus immensae eruditionis, solidum, sine ira et studio contra schismaticos [1]). *Photii CP. l. de Spiritus s. mystagogia,* prima ed. critica, ib. 1857, Migne P. G. CII., in qua omnia Photii sophismata contra processionem Spiritus s. ex Filio patrum testimoniis solvit; *Entalma graecum* PP. spiritualium officium describens addito de eodem commentario, Wirceburgi 1865; *Monumenta graeca* ad Photium ejusque historiam pertinentia, Ratisbonae 1869 ex codd. mscr. Symbolam quoque contulit ad ed. operum Photii, quam curavit Migne. Cum ita versatus esset in historia Orientis merito potuit seriae censurae subjicere opus Aloysii Pichler [1]): *Geschichte der kirchl. Trennung zwischen Orient und Occident,* in quo multa reprehendenda reperit et aperit in fasc. literariis *Chilianeum* t. 5—7, et *Archiv für Kirchenrecht* t. 12 et 14. Sed contro-

[1]) Hollweck hist. pol. Blätter 106, 723: Hätte H. kein anderes Werk hinterlassen, dieses allein wäre im Stande gewesen, seinen Namen unsterblich zu machen. Es ist in den gewonnenen Hauptresultaten gar nicht zu überholen. Wer den Fleiss, die Ausdehnung u. Schwierigkeit gelehrter Forschung bewundern will, wer wissen will, wie viel historisches, canonistisches, dogmatisches, exegetisches, philosophisches Wissen ein grosser Geist zu umfassen vermag, der mache sich näher mit diesem Werke bekannt. Je tiefer man eindringt, desto mehr bewundert man den Verfasser. Das Werk hätte die Aufgabe eines ganzen Menschenlebens bilden können. H. hat es in 12 Jahren vollendet. Cf. Rump. lit. Handw. 1867, 3; 1868, 1; 1869, 527.

[1]) Infelix hic vir, qui non caruit talentis, natus est in oppido Tüffling dioecesis Passaviae 7. Nov. 1833. Dictus est bibliothecae petropolitanae praefectus extraordinarius (1869), sed ob librorum furtum damnatus ad deportationem in Sibiriam: qua poena condonata intuitu intercessionis Leopoldi principis Bavariae rediit in patriam (1874), sed mox morte subitanea correptus decessit 3. Jun. 1874. Haec praecipua opera: *Geschichte des Protestantismus* in der orientalischen Kirche im 17. Jahrhundert oder der Patriarch Cyrillus Lukaris und seine Zeit, Monachii 1862, bono adhuc spiritu conscripta; *Die orientalische Kirchenfrage* nach ihrem gegenwärtigen Stande, 1862; *Geschichte der kirchlichen Trennung* zwischen dem Orient und Occident, Monachii 1864—65 t. 2, jam malo inficitur spiritu; causam separationis rejicit in romanum pontificem, cujus infallibilitatem etiam negat: hinc non solum ab Hergenroether, sed etiam a Mittermüller fuit impugnatus, quibus respondere nititur in l. *An meine Kritiker,* 1864; *Die Theologie des Leibnitz,* ib. 1869—70 t. 2 cf. lit. Handw. 1869, 248; *die wahren Hindernisse* und die Grundbedingungen einer durchgreifenden Reform der kath. Kirche, zunächst in Deutschland, Lipsiae 1870, quibus in libris jam a fide penitus deficit. Haec tria opera relata fuere in Indicem. Cf. Lit. Handw. 1874, 335; 1865, 213; Reusch A. d. B. 26, 104.

versiae occasione praesertim concilii vaticani in Germania suscitatae Hergenroether in aciem vocarunt, in qua primas cum Scheeben habuit partes. Prodierat l. infaustus: *Der Papst und das Concil von Janus,* 1869, cui ipse mox intra paucas hebdomadas opposuit *Antijanus,* in quo sophismata, exaggerationes, errores etc. illius aperit et dissipat. Secuti sunt et alii ipsius libelli: *Die Irrthümer* von mehr als vierhundert Bischöfen und ihr theologischer Censor, Friburgi 1870; *die Concilsbriefe* der allgemeinen Zeitung, in hist. pol. Blättern t. 65. 66; *Die päpstliche Unfehlbarkeit* vor dem vaticanischen Concil, et *Ueber das vaticanische Concil,* ein theologisches Votum, Moguntiae 1871; *die Marienverehrung* in den 10 ersten Jahrh. der Kirche, Monasterii 1870 etc. Ut tamen solidius adversariorum exceptionibus occurreret, majus jam aggressus est opus: *Katholische Kirche und christlicher Staat* in ihrer geschichtlichen Entwickelung und in Beziehung auf die Fragen der Gegenwart. Historisch-theologische Essays und zugleich ein Anti-Janus-vindicatus [1]), Friburgi 1872, armamentarium bene instructum ad tuenda primatus jura; in compendium redactum 1873-76; *der Kirchenstaat* seit der französischen Revolution 1860. Magna accuratione jam concinnavit *Handbuch der allgemeinen Kirchengeschichte* [2]), ib. 1876—80 t. 3, quorum 3. complectitur documenta et instrumenta probationis, quae in altera ed. apte subnectuntur ipsi textui. Prodiit ed. 3., ib. 1884-86 t. 3 in 8; cur. Kirsch 1902-7 ed. 4. In se susceperat etiam novam editionem Lexici ecclesiastici friburgensis, sed promotus ad cardinalatum illam concredidit Dr. Kaulen. Operi praestantissimo *Conciliengeschichte* clarissimi Hefele tomos duos (8. et 9.) adjecit, qui complectuntur periodum admodum difficilem, quae scil. praecessit concilium tridentinum. *Regesta Leonis X.* coepit edere [1]), quorum fasc. 8 prodierunt Friburgi 1884—91, complectentes documentorum n. 1870; *Kard. Maury* 1878.

726. Alii historici in Germania fuere: Jo. Bapt. Alzog Silesius Olaviae n. 29. Jun. 1808, vere bene meritus de re catholica [2]). Docuit primum (1836) Posnaniae, ubi stetit pro archiepiscopo Mart. de Dunin a gubernio propter defensam doctrinam catholicam de matrimoniis mixtis acriter vexato: inde vocatus est Hildeshemium ad docendum (1845), receptus in capitulum et seminario praefectus: ubi cum collegis edidit (per biennium) *theol. Monatschrift,* Mainz 1850—51; a. 1853 transiit Friburgum historiae ecclesiasticae professor. A Pio IX. Romam accitus est (1869), ut interesset congregationi praeparatoriae pro celebrando concilio vaticano († 1. Mart. 1878). Edidit *Lehrbuch der Kirchengeschichte,* Friburgi 1840; 1872 ed. 9., saepius in melius reformatum, spiritu plane ecclesiastico concinnatum, diu admodum vulgatum et in varias linguas versum.

---

[1]) Cf. Hollweck l. c. pag. 727: Wer in fünfhundert Jahren über das Verhältniss von Staat und Kirche schreibt, wird für diese gelehrten Essays noch dankbar sein. Sie verlieren nie ihren Werth. Cf. Hülskamp Lit. Hdw. 1873, 129 ss.

[2]) Hollweck l. c. pag. 724: Welch' ein Handbuch. Wer sich näher damit befasst, wer insbesondere in kirchenhistorischen Fragen Detailstudien betreibt und den literarischen Apparat benützt, den H. gibt, der wird das Buch unbedingt zu den bedeutendsten kirchenhistorischen Werken zählen und den Namen des Autors gerne neben den des Baronius, Raynald, Alexander Natalis, Mabillon und Tillemont setzen. Man ist erstaunt, wie ein Mann ein so ungeheures Material bewältigen konnte.

[1]) Cf. Katholik 1890 II, 481—99; allg. d. Biogr. 50, 228—31; Hülskamp Lit. Hdw. 1879, 209; Lauchert Hdl. I, 1922; Streber in appendice KL. VII.

[2]) Cf. Hergenroether KL² 1, 668; Kraus Gedächtnissrede, Friburgi 1879.

Editionem 10. curavit Kraus, Mainz 1882. Inde excerpsit *Grundriss der Universal-KG.,* ib. 1868. *Lehrbuch der Patrologie*[1]), ib. 1866, opus utile; 1876 ed. 3; 1888 ed. 4; *die deutschen Plenarien* im 15. und zu Anfang des 16. Jahrhunderts[2]), ib. 1874; *Explicatio* catholicorum systematis de interpretatione literarum sacrarum Münster 1835. Ediditque S. P. N. Gregorii Theologi vulgo Naz. or. apol. de fuga sua, Friburgi 1858; 1869 ed. 2. — Josephus Othmar Rauscher, n. 6. Oct. 1797 Viennae, stilo classico coepit sed non absolvit *Geschichte der christl. Kirche,* Sulzbach 1824—29 t. 2 (usque ad Justinianum imp.). Juveni s. Clemens Hofbauer a confessionibus et vere pater spiritualis erat; liberavit enim eum a molestis animi dubiis, pace donavit et pro obsequio Dei lucratus est. Absolutis studiis post brevem animarum curam missus est Salisburgum 1826 professor juris canonici et historiae ecclesiasticae, et 1830 electus in lycei rectorem. E consilio principis Metternich Viennam vocatus (1832) academiae orientali praefectus est et ex eo tempore in pluribus negotiis ecclesiasticis adhibitus fuit eique concreditum munus instituendi principem hereditarium, modo regnantem imperatorem Franc. Josephum cum suis fratribus in philosophia. Ab archiepiscopo salisburgensi principe Schwarzenberg electus est 1849 in episcopum secoviensem, ab imperatore dictus 1853 archiepiscopus viennensis et a Pio IX. creatus 1855 cardinalis. Nomine imperatoris tractavit cum sede apostolica de concordato ineundo, quod feliciter conclusum est 18. Aug. 1855, ut infelicius mox 30. Jul. 1870 a gubernio dissolveretur. Bene meruit de dioecesi celebratione concilii provincialis, vocatione ordinum religiosorum, missionibus pro populo, quas fovebat, beneficentia et generatim de Ecclesia catholica per Austriam defensione ejusdem jurium etc. († 24. Nov. 1875). Egregia est ejus *Anweisung für die geistlichen Gerichte* in Oesterreich bezüglich der Ehesachen, quae vim legis obtinuit, sed praevalentibus legibus irreligiosis iterum amisit; et illius apologia: *die Ehe* und das 2. Hauptstück des bürgerlichen Gesetzbuches, Viennae 1868. Prodierunt etiam collectae *Hirtenbriefe,* Reden, Zuschriften etc., Viennae 1875-89 t. 9, quae excellunt idearum nobilitate et classicitate stili. Hinc a Keppler merito collaudatae[1]). Inter eas eminet *Der Staat ohne Gott,* Wien 1865: egregia illustratio syllabi Pii IX. In conc. vaticano erat contra definitionem infallibilitatis rom. pontificis: hinc etiam scripsit *Observationes* quaedam de infallibilitatis subjecto, Neapoli 1870, in quas edidit Wilmers *Animadversiones*[2]).

727. Pius (in baptismo Bonifatius dictus) Gams n. est 23. Jan. 1816 in oppido Mittelbuch regni württembergici. Dum Tübingae studiis operam daret, quaestionem a facultate theologica pro praemio propositam feliciter solvit (1838) atque etiam in homiletica primum retulit praemium. Stipendio a gubernio adjutus iter instituit literarium invisitque Monachium, Berolinum, Parisios. A gymnasio, in quo primum docebat, vocatus est in seminarium hildeshemense, ut doceret philosophiam atque historiam universalem (1847). Primus fructus praelectionum erat: *Ausgang und Ziel der Geschichte,* Tübingae 1850. Versionem historiae

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1866, 13, 1870, 277.
[2]) Cf. Rump Lit. Handw. 1874, 262; Lauchert allg. d. Biogr. 45, 757 ss.

[1]) Cf. Lit. Rundschau für das katholische Deutschland 1889 p. 33. Cf. Wolfsgruber J. O. Rauscher . . . sein Leben und sein Wirken Friburgi 1888, cujus epitomen reperies in Katholik 1889 I, 276—98; KL. X, 814—18.
[2]) Cf. Granderath Gesch. d. vat. Conz. III, 16.

ecclesiasticae auctore Berault-Bercastel (p. 400) auxit t. 3: *Geschichte der Kirche J. Christi* im 19. Jahrh.[1]), Oeniponte 1853—1856. Huius continuationis velut t. 4. seu appendix est *Die Siege der Kirche* im ersten Jahrzehnt des Pontifikats Pius IX., versio scil. operis italici auctore Margotti (cf. p. 1485), ib. 1860. *Johannes der Täufer im Gefängniss,* Tübingen 1853. Postquam aliquot annos magno spiritus catholici profectu illa in regione laboravit, ingressus est ordinem s. Benedicti in abbatia monacensi s. Bonifatii 29. Sept. 1855, in qua postmodum functus est munere magistri novitiorum et prioris. Quamvis non parum se impenderit animarum curae, optime tamen usus est occasione, quam praebuit civitas regia ditissimis suis bibliothecis et virorum doctorum frequentia, ut studiis historicis vacaret. Hinc praeter alia prodierunt *Kirchengeschichte* von J. A. Möhler[2]), Ratisbonae 1867-70 t. 3 (cf. p. 1088); ex schedis Balth. Wörner composuit *Jo. A. Möhler,* ein Lebensbild, ib. 1866; *das Jahr des Martyrertodes der hh. Petrus u. Paulus,* ib. 1867. Censet b. Petrum a. 65; b. Paulum a. 67 martyrium obiisse; quae tamen sententia ipsi non est visa indubia. *Die Kirchengeschichte von Spanien,* ib. 1862—79 pp. 5 in t. 3, in qua in primis quaestiones (21) de historia ecclesiastica hispana controversas tractat[3]). Sed praecipuum ejusdem opus est: *Series episcoporum Ecclesiae catholicae* quotquot innotuerunt a b. Petro, ib. 1873 in f.; cum duplici supplemento; prius inscriptum prodiit *Hierarchia catholica* Pio IX. pontifice romano, Monachii 1879, alterum seriem continuat ad 20. Febr. 1885, Ratisbonae 1886, opus immensae diligentiae summaeque pro historicis utilitatis, in quo concinnando a sodalibus fuit adjutus[1]). Illius veluti supplementum et lima est *Hierarchia catholica* medii aevi t. 2 Monasterii 1898—1901 diligentissimi P. Eubel O. Min. Plures fasciculos literarios et Lexica suis articulis et diss. aluit, nec solum scriptis rem catholicam promovit sed et opera misericordiae omni qua poterat ope juvit et fovit vir vere pius[2]). Tot studiis attritus senex lumine oculorum gradatim privatus est tandem que defecit praemium relaturus a Deo, cujus honorem semper zelaverat 11. Maj. 1892.

728. Hermann Rump in Essen ditionis oldenburgicae parentibus pauperrimis 1. Mart. 1830 n., in summa inopia maximo profectu studiis operam dedit, sed propter mediorum defectum doctoris lauream in theologia non est consecutus; philosophicam tamen ab academia Giessena diss. in quaedam Honorii III. documenta ab ipso reperta promeruit 1858. Cum Hülskamp condidit fasc. egregios *Literarischer Handw.* 1861, et historiae ecclesiasticae auctore Rohrbacher (p. 1275) t. 8—10 germanice vertit plurimumque retractavit emendavitque 1860—66. Scripsit praeterea *die Unfehlbarkeit*

---

[1]) Cf. hist. pol. Bl. 44, 1008 ss.

[2]) Cf. hist. pol. Bl. 61, 325 ss.

[3]) Cf. ib. 60, 63 ss. Cf. Bellesheim hist. pol. Bl. 87, 37—49; Grube ib. 110, 242: Diese einzelnen Streitfragen werden ausführlichst erörtert und durch eine kurze Erzählung der dazwischen liegenden historischen Ereignisse miteinander verbunden, so dass also die Kirchengeschichte in der Darstellung sehr ungleich ist und einen fragmentarischen Charakter zeigt. Es ist darum von Kritikern hervorgehoben worden, dass bei einer gleichmässigen Behandlung der spanischen Gesammt-Kirchengeschichte das Werk würde wesentlich gewonnen haben; dass dieser Mangel bei der Fülle gelehrten Materials, welche in dem Werke aufgespeichert sei, bedauert werden müsse.

[1]) Cf. Ruland hist. pol. Bl. 72, 208 ss.; Orterer, ib. 99, 953 ss.; Rump Lit. Hdw. 1873, 257 ss.

[2]) Cf. Grube hist. pol. Bl. 110, 233—50; Studien und Mitt. (1906) p. 634 ss.; Lauchert Allg. d. Biogr. 49, 249—52, qui diligentissime ejus opera et diss. recenset.

des Papstes und die Stellung der in Deutschland verbreiteten theologischen Lehrbücher zu dieser Lehre, Monasterii 1870. Expendit 74 auctorum sententiam pro vel contra infallibilitatem [1]). Obiit 21. Aug. 1875. — Ejusdem Rohrb. historiae t. 20. germanice vertit Petrus Beckmann (n. 1827; † 13. Nov. 1884) vir in archaeologia patria bene versatus [2]), Monasterii 1877. — T. 24. vertit, sed plurimum retractavit (Monasterii 1873) Franc. Xav. Schulte, professor in lyceo paderbornensi, quod iterum restituit, vicarius generalis († 21. Jun. 1891). Tempore persecutionis strenue stetit et intrepide pugnavit pro Ecclesiae juribus, vir potens sermone et opere [3]). Descripsit persecutionem sui temporis in *Geschichte des Kulturkampfes* in Preussen in Aktenstücken dargestellt, Essen 1882; *biblische Geschichte des A. u. N. T.,* Paderbornae 1885 ed. 5. — Henricus Jos. Berthes Moguntiae n. 1810 et ibidem parochus, dein praebendatus et consiliarius ecclesiasticus, vir in opera misericordiae effusus († 12. Jan. 1872), calamum strinxit [4]) pro re catholica in foliis periodicis et bene sed compendiose descripsit *Geschichte der christlichen Kirche,* Moguntiae 1841—43 t. 2, quam et in usum scholarum redegit, ib. 1844; *die Heiligen* in ihrem Wandel vor Gott mit besonderer Berücksichtigung der rheinischen Bisthümer, ib. 1852 t. 2; *das Konzil zu Trient* 1846.

729. Novam ed. annalium Baronii curavit Aug. Theiner [5]) Orat. (cf. III[3], 538), eique adjecit t. 3: *Annales ecclesiastici,* quos post Baronium, Raynaldum ac Laderchium ab a. 1572 ad nostra usque tempora continuat etc., Romae 1856, qui complectuntur tantum tempora Gregorii XIII. Lucem aspexit A. Theiner Wratislaviae 11. Apr. 1804 seque studio juris dedit invisitque bibliothecas Viennae, Parisiis, Londini etc., ut accuratius de specialibus argumentis juris canonici dissereret. Initio quidem a recto tramite aberravit, sed erroribus agnitis Romam se recepit atque ad meliorem rediit mentem 3. Apr. 1833. Ingressus est Oratorium s. Philippi factusque sacerdos. Studia historica interim magna sedulitate in illo ditissimo monumentorum antiquitatis emporio prosecutus est multaque monumenta in lucem eruit. Addictus fuit pluribus congregationibus doctisque academiis, imo praefectus a Pio IX. archivis vaticanis 1855, sed munere a. 1870 motus fuit († 8. Aug. 1874). Haec potiora ejusdem opera [1]): *Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia* maximam partem nondum edita, Romae 1859. 1860 t. 2 in f., qui complectuntur monumenta 1253, epistolas praesertim rom. pontificum ab Honorio III. usque ad Clementem VII. (1216—1570). Vetera monumenta *Poloniae et Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam* illustrantia etc., ib. 1860—63 t. 3, quibus continentur plurimae epistolae rom. pontificum ab

---

[1]) Cf. Hülskamp Lit. Hdw. 1870, 137; 1875, 297 ss.; Ant. Weiss allg. d. Biogr. 29, 661.

[2]) Cf. Rassmann II, 12.

[3]) Cf. Lit. Handw. 1891, 453.

[4]) Cf. Lit. Handw. 1872, 110; Katholik 1842 (83) 73 ss.; 1843 (87), 221 ss.; 1851, 525 ss.

[5]) Ejus frater Joan. Antonius Th. (n. 15. Dec. 1799; † 15. Maj. 1860), quondam in academia wratislaviensi exegesis et juris canonici professor (1824) ad rongeanos defecit: mox tamen Ronge acerrime impugnavit. Decessit ecclesiae non reconciliatus secretarius bibliothecae wratislaviensis. Cf. Pfülf KL. XI, 1488. Quondam ediderat: Variae doctorum cath. opiniones *de jure statuendi impedimenta* matrimonii dirimentia, Wratislaviae 1825 (cf. Tüb. Qtlschr. 1825 p. 462—486); *de pseudo-isidoriana collectione* ib. 1827 in 8. (cf. ib. 1827 p. 534—47).

[1]) Cf. Literarischer Hdw. 1864, 148 ss.; 1874, 303.

Honorio III. usque Innocentium XII. (1217-1696); vetera monumenta *Slavorum meridionalium historiam* illustrantia [1]), ib. 1863 t. 2; *Monuments historiques relatifs aux règnes d' Alexis Michaélowitch,* Féodor I. et Pierre le Grand, Czars de Russie, extraits des archives du Vatican et de Naples, ib. 1859; Vetera monumenta *historiam Hibernorum et Scotorum* illustrantia, ib. 1864 in f.; Monumenta spectantia *ad unionem ecclesiae graecae et romanae* (cum Miklosich), Viennae 1872; *Codex dominii temporalis s. Sedis,* Romae 1861 s. t. 3; *Geschichte der geistlichen Bildungsanstalten,* Moguntiae [2]) 1835; *Geschichte des Card. von Frankenberg,* Friburgi 1850; *Zustände der kathol. Kirche in Schlesien* von 1740—1758, Ratisbonae 1852 t. 2; *Geschichte des Pontificats Clemens XIV.,* Parisiis 1853, partium spiritu conscripta: hinc plures nactus est adversarios [3]), ut Fr. H. Reinerding, Ravignan (p. 1162), Boero etc. et versio itala prohibita fuit in ditione pontificia. *Histoire des deux concordats* de la République française et de la République cisalpine conclus en 1801 et 1803 entre Napoléon Bonaparte et le S. Siége . . . d'après des documents inédits, Bar-le-Duc 1869. 1870 pp. 3 in t. 2 in 8.; quae displicuit et graviter impugnata fuit a Crétineau Joly, Paris 1869; *Disquisitiones* in praecipuas canonum et decretalium collectiones, Romae 1836 in 4; *die russischen Zustände der katholischen Kirche* beider Ritus in Polen u. Russland seit Katharina II. bis auf unsere Tage, Augustae 1840; *Geschichte der Rückkehr* der regierenden Häuser Braunschweig und Sachsen in den Schoss der katholischen Kirche, Einsiedeln 1844; *Herzog Albrechts von Preussen* gewesenen Hochmeisters des deutschen Ordens erfolgte und Friedrichs I. Königs von Preussen versuchte Rückkehr zur kath. Kirche, Augustae 1845. *Acta genuina s. oec. concilii tridentini* . . . ab Angelo Massarello ep. thelesino ejusdem conc. secretario conscripta nunc primum integra edita (contra voluntatem Pii IX.) . . . accedunt acta ejusdem conc. sub Pio IV. a card. Gabr. Paleotto archiep. bononiensi digesta, Zagabriae (Lipsiae 1874) t. 2, opus indiligens et infidum, malo spiritu infectum et plenum mendis: neque ea ed. est integra et fidelis. Reliquis quoque documentorum editionibus, quos Theiner curavit, deest accuratio et diligentia critica.

730. In *Gallia* breviorem historiae ecclesiae cursum confecerunt Claud. Jos. Drioux (p. 1563), Victor Postel (p. 1540), Lud. Eug. Regnauld n. 21. Febr. 1800, episcopus carnotensis (1853; † 3. Aug. 1889), qui saepius limina apostolorum invisit, liturgiam romanam induxit. Reliquit *Histoire des premiers siècles* de l'Eglise 1881 t. 3. — Jouy († 14. Dec. 1891, secundum Polybiblion 1892, I, 77) — Jo. Jos. Rivière n. 1812, professor historiae ecclesiasticae in seminario nemausiensi, cujus exstat *Cours d' histoire ecclésiastique,* Nemausii 1868—71 t. 4; 1885 ed. retractata et continuata — Jos. Carolus Felix Chantrel foliorum pu-

[1]) Sybel in Allg. Ztg. Nr. 181 Beil.: Durch diese Documente wird die Geschichte der bischöflichen Sitze, Kirchen u. Klöster aller slavischen Länder entlang der adriatischen Küste seit Innocenz III. in ein ganz neues Licht gestellt, viel Dunkles aufgehellt, manches bisher ganz Unbekannte zur allgemeinen Kenntniss gebracht etc. Cf. Pfülf KL. XI, 1486.

[2]) Card. Steinhuber in Gesch des Koll. Germanikum 2^2, 428: Das Werk Th. ist von sehr geringem Wert. Es dürfte schwer sein, ein anderes historisches Buch namhaft zu machen, in welchem so viele falsche oder ungenaue Angaben und eine solche Menge von unbegründeten und schiefen Behauptuugen zu finden sind, wie in dem genannten Buch, nicht zu sprechen von dem gänzlichen Mangel an Ordnung und Sichtung des geschichtl. Materials und von der Formlosigkeit der Darstellung.

[3]) Cf. Roskovány Rom. Pontifex IV, 1300.

blicorum editor (n. 17. Febr. 1818; † 31. Maj. 1884), qui multa sat festinanter conscripsit [1]): *Histoire de l' Eglise,* Parisiis 1865 in 12; 1873 in 12 ed. 3; supplementi instar ad historiam auctore Rohrbacher adjecit *Annales ecclésiastiques* de 1846 à 1860 ou Histoire résumée de l' Eglise catholique pendant les dernières années, ib. 1861; *Annales* ... de 1860 à 1868 etc., ib. 1868; quos dein Chamard OSB. ab a. 1869—89 continuavit, Parisiis 1891. *Histoire populaire des papes,* 1860—62 t. 24 in 12. *La royauté pontificale* devant l' histoire et la bonne foi, 1860 in 12; *Le Pape Benoit XIII.* (1724—30) Tours 1873. Condidit *Annales catholiques,* quos annos 13 redegit. — Rivaux director seminarii et canonicus honorarius gratianopolitanus († 1886), cujus est *Cours d' histoire ecclésiastique* à l' usage des grands séminaires, Lugduni 1851—54; 1895 ed. 11. aucta et continuata t. 3 in 8. — Car. Chapiat Belmontanus n. 1807, parochus et decanus reliquit *Histoire de l' Eglise universelle* Parisiis 1877 in 8. — Leo Richou congr. s. Sulp. Andegavensis (n. 23. Mart. 1823; † 20. Nov. 1887) s. Scripturae et historiae ecclesiasticae professor in seminario ruthenensi concinnavit *Histoire de l' Eglise,* Parisiis 1877—78 t. 3 in 8. ed. aucta, 1887 ed. 3., cui introductionis instar praemisit *le Messie* dans les livres historiques de la Bible et J.-Christ dans les Evangiles, 1879 t. 2 in 12; *le Messie et J.-Christ dans les prophéties* de la Bible, ib. 1882, opus, in quod meliora ex aliis auctoribus derivat.

731. Ampliorem longe historiam universalem coepit Jos. Epiphanius Darras (n. 1825; † 8. Nov. 1878) trecensis, in seminario historiae ecclesiasticae professor, vicarius generalis nancaeus et canonicus honorarius corisopitensis: *Histoire de l' Eglise* depuis la création jusqu' au XII[e] siècle, quae tamen minoris est pretii. Eam ad Clementem VII. usque continuavit J. Bareille [1]), absolvit mira velocitate additis intra triennium 8 vol., Justinus Fèvre, Parisiis 1861—89 t. 44 (fr. 264). *S. Denis l' Aréopagite* premier évêque de Paris, ib. 1863; *Histoire de N. S. J.-Christ,* exposition des saints Evangiles, ib. 1864 t. 2 in 8. *Les chrétiens* à la Cour de Dioclétien, Paris 1867. — Jo. B. Honoratus Raymundus Capefigue massiliensis, vir literatus (1802—72) praeter plurima historiam profanam spectantia [2]) levi manu compilavit *Les quatre premiers siècles* de l' Eglise chrétienne, Parisiis 1850—51 t. 4 in 8; *l' Eglise au moyen âge* du XIII[e] au XIV[e] siècle, ib. 1852 t. 2 in 8; *l' Eglise pendant les quatre derniers siècles,* ib. 1853—54 t. 3 in 8; *les Fondateurs des grands ordres religieux,* ib. 1865 t. 4 in 12., scil. s. Ignatius, s. Theresia, s. Vincentius de Paulo, et s. Francisca de Chantal; Histoire *de Philippe Auguste,* 1831—33 t. 4, opus ab academia praemio donatum, quod tamen a nonnemine dicitur ‚insipida farrago rerum'; *la Réforme et la Ligue,* 1843 in 12. ed. 3. — Lud. Franc. Guérin n. 1814 vir literatus, membrum academiae romanae pro tuenda religione catholica, qui redegit *Mémorial catholique* [3]), concinna-

[1]) Cf. Lorenz 1, 486; 5, 269; Polybibl. 1884, II, 176.

[1]) Scripsit et *Histoire de s. Thomas,* Obiit 1895. Alius est Jos. Fr. Barrelle, SJ. (n. 26. Aug. 1794; † 17. Oct. 1863), cujus est Avis *sur l' éducation de la jeunesse,* Leodii 1863.

[2]) Cf. Lorenz 1, 427; 5, 239.

[3]) Cf. Lorenz 2, 522; 5, 611. Alius ab eo est Victor Honoratus Guérin n. 15. Sept. 1821, membrum scholae gallicae Athenis, societatis geographicae et antiquariae gallicae, qui plura instituit itinera literaria in Orientem, saepe scrutatus est accuratissime et diligentissime universam Palaestinam. Non fuit locus, quem non inviserit, qua in diligentia non habet parem. Hinc prodierunt opera admodum

vit *Dictionnaire de l' histoire universelle de l' Eglise* embrassant de la manière la plus complète et dans tous ses détails par ordre alphabétique l'histoire des idées, des faits, des actes, des personnages etc., Parisiis 1854—1873 t. 6 (in encycl. ser. III. t. 50 ss. ed. Migne); *Manuel d' histoire des conciles* ou tr. théologique, critique, historique, analytique et chronologique des conciles et des synodes depuis le concile de Jérusalem par les apôtres jusqu'aux derniers synodes tenus de nos jours, ib. 1846—56 t. 2 in 8. — Aug. Pellissier Parisiensis a municipio patrio ob intrepidam confessionem necessitatis religionis pro bono communi cathedra motus († 2. Jul. 1894), exposuit [1]) praeclare *les grandes leçons de l' antiquité chrétienne:* l'ancien T., l'Evangile, l'Eglise, Histoire des origines de la civilisation moderne par ses monuments littéraires depuis Moïse jusqu'à s. Augustin, Parisiis 1885 ed. 2. opus ab Academia coronatum, in quo Christum sistit centrum antiqui novique mundi. *Les Gloires de la France chrétienne* au XIX^e^ siècle, essais anecdotiques sur le temps présent, ib. 1887. — Benjamin Aubé Parisiensis (n. 1826; † 1887) professor philosophiae reliquit *Mémoire* sur la légalité du Christianisme dans l'Empire romain au premier siècle, ib. 1866; et descripsit *Histoire des persécutions de l' Eglise* jusqu'à la fin des Antonins, Parisiis 1875 in 8; Histoire ... *la Polémique païenne* à la fin du II^e^ siècle: Fronton, Lucien, Celse, Philostrate, ib. 1878; *les Chrétiens dans l' empire romain* de la fin des Antonins au milieu du III^e^ siècle, ib. 1881 in 8., quae tria opera [1]) prohibita fuere a. 1883, nam inter alia martyrii primorum seculorum gloriam imminuere nititur. *L' Eglise et l' État* dans la seconde moitié du III^e^ siècle, 1885 in 8; *S. Justin philosophe et martyr,* étude critique sur l'apologétique chrétienne au II^e^ siècle, 1861; 1874 ed. 2; Etude sur un nouveau texte *des Actes des martyrs scillitains,* 1881 in 8; *Polyeucte dans l' histoire,* étude sur le martyre de Polyeucte d'après des documents inédits, ib. 1882. — Historiam medii aevi illustravit Kenelm Digby e familia K. Digby († 11. Jun. 1665) viri suo tempore admodum celebrati, qui dictus est ob eruditionem ‚sui aevi miraculum' et Pico Mirandolano fuit comparatus. Natus est 1800 et studio medii aevi totum se dedit, quo illustratus attractus est ad Ecclesiam catholicam eamque ingressus est 1823. Immensum collegit eruditionis suppellectilem, e quo plura eaque insignia prodierunt opera, inter quae eminet *Mores catholici* or Ages

---

pretiosa: *Description géographique,* historique et archéologique de la Palestine accompagnée de cartes détaillées, Parisiis 1869—80 pp. 3 in t. 7; *Terre sainte,* son histoire, ses souvenirs, ses sites, ses monuments, ib. 1881—83 t. 2 in f. (fr. 100), opus ab Academia coronatum, prioris epitome; *Jérusalem,* son histoire, sa description, ses établissements religieux, ib. 1889 in 8. Obiit hic archaeologus, laicus quidem, sed piissimus 21. Sept. 1890. Cf. insigne elogium auctore Vigouroux in Dictionnaire III, 358 s. Alius quoque est Paulus Guérin, de quo mox p. 1636 a.

[1]) Alia opera cf. Lorenz 6, 373; 10, 383; 12, 800.

[1]) Contra hujus auctoris opiniones malesanas plus minus scripsit Paulus Allard rotomagensis (n. 1841) opera sua egregia, erudita et accurata: *Histoire des persécutions* pendant les deux premiers siècles d'après les documents archéologiques, Parisiis 1884; Histoire des persécutions *pendant la première moitié du III^e^ siècle* (Septime Sévère, Maximin, Déce) ib. 1885 in 8; *les dernières persécutions du III^e^ siècle* (Gallus, Valérien, Aurélien), ib. 1887, opus ab academia coronatum; *la persécution de Dioclétien* et le Triomphe de l'Eglise, ib. 1890 t. 2 in 8; *les Esclaves chrétiens* depuis les premiers temps de l'Eglise jusqu'à la fin de la domination romaine en Occident, ib. 1876; 1900 ed. 3. etc., opus eruditum et doctum, quo bene ostendit, quantum praestiterit religio christiana pro servitute abroganda. *L' art païen* sous les empereurs chrétiens, ib. 1879 in 12.

of Faith, Londini 1831—40 t. 11, 1845—47 t. 3, dispositum secundum octo beatitudines, quas quadamtenus eo aevo in actum reductas cernit. Quaedam ex eo germanice dedit Kobler 1867. Aliud opus egregium et utile est *Compitum* or the Meeting of Ways at the Catholic Church, Londini 1848-54 t. 7 in 8; 1851—56 t. 6 in 8; et plura alia[1]). Obiit 22. Mart. 1880 a. aetatis 81.

732. In *Italia* praeter Vinc. Tizzani professorem historiae ecclesiasticae et archiepiscopum nisibenum (de quo cf. p. 967), qui scripsit quoque *La celebre contesa fra S. Stefano e S. Cipriano,* Romae 1862 (cujus exsistentiam negat); *concilii lateranesi,* ib. 1878 — Aloysium Anelli, cujus brevis *Storia della chiesa,* Mediolani 1873—76 t. 2 prodiit — Alex. Cinti composuit *Historiam criticam* Ecclesiae cath. 1890 t. 2 — Ant. Coppi (n. 22. Apr. 1783; † 26. Febr., secundum alios 12. Mart. 1870) continuavit *Annali d' Italia* celeberrimi Muratori (cf. IV[3], 1483), pluribus adjectis t., quorum 4 priores prodierunt Romae 1824 (ab a. 1750—1819); t. 5. Lucae; t. 6. Romae, ultimi Florentiae 1867; ii pertingunt ad 17. Mart. 1861, quo proclamatum fuit novum regnum Italiae[2]). — Pecorini collegit *I fasti cattolici* ossia storia della religione di Cristo, Savonae 1859—64 t. 15. — Jos. Cerutti canonicus poenitentiarius cathedralis novariensis edidit *La chiesa cattolica e l' Italia:* storia ecclesiastica e civile dalla venuta di san Pietro a Roma sino all'a. 30 del fortunoso pontificato di Pio IX., Taurini 1878 t. 2, opus prohibitum ob liberalismi spiritum quo inficitur, auctor tamen se laudabiliter subjecit[1]). — Thomas Mich. Salzano OP. Neapolitanus n. 1807, muneribus magistri novitiorum, professoris, prioris et praepositi provincialis functus est, dein episcopus titularis tanensis 1854, et 1873 archiepiscopus edessenus factus († 12. Sept. 1890), scripsit *corso di Storia ecclesiastica,* sino a' giorni nostri comparata colla storia politica de' tempi, Napoli 1855; 1898 ed. 6. compendium accuratum et nitidum; *Elementi di Storia antica,* Napoli 1850; Genova 1863; *Lezioni di diritto canonico pubblico e privato* considerato in sè stesso e secondo l' attual polizia del regno delle due Sicilie, Neapoli 1845 t. 4, saepius (13) editum, etiam bis latine: *Institutiones juris canonici,* ib. 1834; 1842, opus eruditum, utrumque in pluribus seminariis adhibitum. *Saggio sul pauperismo* nel sec. XIX. considerato sotto il rapporto sociale, politico ed economico; *Definizione della dottrina di s. Tommasc* e la sentenza dell' Ordine dei Predicatori a favore dell' Immacolata Concezione di Maria; *Il progresso* ossia disquisizione storico-morale sul vero e falso progresso[2]) etc. — Petrus Balan n. 1840 strenuus erat jurium Ecclesiae apologeta, in quorum defensionem plura folia publica vel condidit vel dissertationibus insertis juvit († 17. Febr. 1893). Archivo vaticano erat aliquamdiu addictus. Scripsit praeter alia *I precursori del Liberalismo* fino a Lutero 1867; *Il papato e l' Italia,* 1879. Historiae ecclesiasticae auctore Rohrbacher adjecit tria volumina. *Storia della chiesa cattolica* dall'a. 1846 sino ai giorni nostri, Torino 1886, atque scripsit *Storia di Gregorio IX.* e dei suoi tempi, Mutinae 1872—73 t. 3; historiam quoque Joannis VIII; *Storia di s. Tommaso*

[1]) Cf. Gillow 2, 81—83.

[2]) Reumont KL[2] 3, 1088: Coppi ist weit entfernt, Muratori's historische Kunst zu besitzen, aber sein Buch ist namentlich von 1789 an in seiner ungeschminkten pragmatischen Darstellung sowie durch Mittheilung der wichtigsten Actenstücke höchst brauchbar, ja unentbehrlich.

[1]) Cf. Reusch II, 1170.

[2]) Cf. Lit. Hdw. 1891, 426.

di Canterbury e dei suoi tempi, Modena 1867 t. 2; insignem *Storia d' Italia*, ib. 1875—82 t. 7; *Le tombe dei papi* profanate da F. Gregorovius (die Grabdenkmäler der Päpste, Marksteine der Geschichte der Päpste, Lipsiae 1881 ed. 2.) vendicate coila storia [1]), Mutinae 1879; *Monumenta reformationis lutheranae* (627) ex tabulariis secretioribus s. Sedis 1521—25, Ratisbonae 1884, opus historicis utile [2]) et praestans, sed quoad formam minus diligens; *monumenta* saec. XVI. historiam illustrantia t. 1.: Clementis VII. epistolae per Sadoletum scriptae, quibus accedunt variorum ad papam et alios epistolae, Oeniponte 1885 in 8. — Huc referri potest amplissimum *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica* da s. Pietro sino ai nostri giorni, quod ingenti sedulitate compilavit Cajetanus Moroni [3]) fidelis Gregorii XVI. cubicularius (n. 17. Oct. 1802; † 3. Mart. 1883 a. aetatis 81), Venetiis 1840—79 t. 109, quorum sex complectuntur indicem, opus sane utile ad cognoscendas res romanas, sed nimis prolixum multis superfluis onustum et minori judicio critico concinnatum.

733. Guilelmus Karup natione Danus, qui fidem catholicam est amplexus († 1870), scripsit historiam ecclesiasticam Daniae, quae germanice inscripta *Geschichte der katholischen Kirche in Dänemark* prodiit Monasterii 1863. — G. Henr. Wouters historiae ecclesiasticae a restituta universitate catholica lovaniensi (1834) professor et canonicus honorarius leodiensis (n. 3. Maj. 1802; † 5. Jan. 1872) edidit *historiae eccles. compendium* publicis lectionibus accommodatum et in 3 t. distributum, Lovanii 1842—43 in 8; 1867 ed. 5; Neapoli 1889; *diss.* in selecta historiae ecclesiasticae capita, ib. 1868—72 t. 4 in 8. — Franc. Rivaz y Madrazo OP. n. 1816 Hispanus († 14. Jan. 1884) scripsit *Curso de Historia Ecclesiastica* t. 3, aliquoties editum, aliaque opera. — Jo. Gilmory Shea reliquit *History of the Catholic Church* in the U. S., New-York 1886—88; *Legendary History of Ireland; Hierarchy* of the Catholic Church in the U. S.; *Life and Times* of the most Rev. J. Caroll etc. Magnum est ejus nomen inter historicos. Ipse primus fuit praeses societatis romano-catholicae historiae ediditque *Historical Magazine* 1859—65. Natus erat 1824; decessit 1892. — Addis et Arnold collegerunt *A Catholic Dictionary* containing some account of the Doctrine, Discipline, Rites, Councils of the Church, 1884.

734. *Romanorum pontificum* historiam narrarunt praeter Jos. Chantrel p. 1634; Balan p. 1641, Bourgeois de quo infra: Valentinus Groene parochus et decanus († 18. Mart. 1882), cujus sunt *die Papstgeschichte*, Ratisbonae 1875 t. 2 e 2; *Compendium der Kirchengeschichte*, ib. 1870; *Sacramentum* oder Begriff und Bedeutung von Sacrament, Soest 1835; *Tetzel u. Luther* oder Lebensgeschichte u. Rechtfertigung des Ablasspredigers und Inquisitors Dr. Joh. Tetzel, Soest 1860 ed. 2. opus bonum et utile; *Glaube und Wissenschaft*, Schaffhausen 1860. — Jo. Bapt. Christophe canonicus lugdunensis, vicarius generalis et cancellarius (n. 1809; † 11. Sept. 1882) fusius prosequitur *Histoire de la Papauté* dans le XIV^e^ siècle; ... pendant le XV^e^ siècle 1853—62 t. 5. — Car.

---

[1]) Cf. Bellesheim Lit. Hdw. 1881, 304, quem cf. de sequentibus ib. 1884, 182; 1885, 39.

[2]) Cf. Grisar Ztschr. für kath. Theol. VIII (1884), 229 s.; Dittrich hist. Jahrb. XI (1885), 289—300.

[3]) Autobiographiam ipsius reperies in Indice 4, 446—78. — Jam antea Jo. Fontana canonicus concinnavit *Dizionario enciclopedico* delle scienze sacre e profane, Pavia 1831 t. 6 in 8.

Schroedl[1]) studiis in collegio germanico operam dedit (1825—32). Post reditum factus est professor, canonicus et praepositus capituli et vicarius generalis (n. 30. Oct. 1807; † 20. Febr. 1892). Ex antiquitatis fontibus, consultis praesertim monumentis archaeologicis recenter repertis, descripsit *Geschichte der Päpste* und der römischen Kirche in der Urzeit des Christenthums, Moguntiae 1873, inclusive scil. usque ad Silvestrum I; 1888 ed. 2. Jam diu antea ediderat *Geschichte des ersten Jahrhunderts der englischen Kirche,* oder Einführung und Befestigung des Christenthums bei den Angelsachsen in Britannien, Passaviae 1840; *Passavia sacra,* Geschichte des Bisthums Passau bis zur Säcularisation des Fürstenthums Passau[2]), ib. 1879; *Nachträge* 1888. Inseruit etiam plurimos articulos lexico eccles. — Haud pauca praeclara reperiuntur pro historia papatus in opere vere egregio *Geschichte der Stadt Rom,* Berlin 1867—70, viri cultissimi ingenii et nobilissimi animi Alfredi de Reumont, a consiliis secretis regi Borussiae, in legationibus apud aulas italas diu adhibiti, qui speciatim apud Fridericum Guilelmum IV. gratia plurimum valebat. Natus est Aquisgrani 1808 magnamque vitae partem in Italia transegerat, ut literaturam italam penitus imbiberit atque nitide elaborata opera de rebus italis edere potuerit, ut *Beiträge zur italienischen Geschichte,* 1853—57 t. 6; *pro romano pontifice,* Romae, Bonn 1871, in quo strenue impugnat invasionem Victoris Em. in ditionem pontificiam; *Ganganelli,* seine Briefe und seine Zeit, ib. 1847; et praetermissis aliis, quae ad nos minus spectant, *Briefe heiliger und gottesfürchtiger Italiener,* 1877, liber pulcher et utilis. Decessit vir optimus[1]) 27. Apr. 1887.

735. Josephus Brunengo SJ. n. 12. Jan. 1821 Piverone prope Taurinum a. 14 ingressus est societatem Jesu. Theologica studia absolvit solemni de universa dogmatica disputatione. Temporibus turbulentis a. 1848 in Americam secessit: inde revocatus annos 36 calamum consecravit folio periodico *Civiltà Cattolica:* erat enim tenacis memoriae, ingenii sagacis, plurium linguarum peritus († 11. Maj. 1891). Strenuum apologetam egit s. Scripturae, jurium primatus et veritatis historicae[2]). Praecipua ejusdem opera, quae fere prodierunt ex articulis folio periodico supra laudato insertis, sunt: *Le Origini della sovranità temporale dei Papi*[3]), Romae 1861; Prati 1889 ed. 3; *i primi Papi re* e l'ultimo dei Re Longobardi, 1862—63; 1885 ed. 3; *i destini di Roma,* 1871—72; Taurini 1874—77 t. 4 in 8., in quo opere vicissitudines sedis

---

[1]) Mentionem in priori ed. fecimus Car. Haas, qui ad Ecclesiam quondam redierat (1844) multaque scripserat pro Ecclesia catholica, quae recenset passim Gla, sed iterum defecit ad protestantes (1881; † 1884), quare eum omittendum in nova ed. censuimus.

[2]) Cf. Lit. Hdw. 1879, 454.

[1]) Cf. Höfler hist. Jahrb. 1888, 49—76; Hüfer in Münchener allg. Zeitung 1887; et A. v. R. Coeln 1904; Tabarrini Alfr. di Reumont, Firenze 1883; Zeck KL. 10, 1118; allg. d. Biogr. 28, 284—94.

[2]) Cf. Civiltà Catt. 1891, II, 619—24; Sommervogel II, App. III.

[3]) Mali spiritus sunt duo opera Rocchi Bombelli (1837—81): *Storia critica* dell' origine e svolgimento del dominio temporale dei Papi scritta su documenti originali et autentici, Romae 1877; *l' infallibilità del rom. Pontefice* ed il Conc. Vaticano, dialogo fra un teologo ed un razionalista, Mediolani 1872; decreto 12. Jul. 1877 utrumque prohibitum, sed legimus de eodem »Auctor ante mortem laudabiliter se subjecit et opera reprobavit«. Cf. Reusch Index II, 1177, apud quem p. 1158—79 plures alios auctores reprobandos reperies, qui contra primatum, concilium vaticanum, dominium temporale rom. pontificis scripserunt, quos praetermittimus, quod fere obscuri sunt nominis et oblivione jam dati eorumque libelli parvae molis nulliusve pretii.

apostolicae et beneficia ex ea in Romam universamque Italiam recenset. Operam quoque suam contulit cum P. Picirillo ad opus P. Oreglia *Il Papato, l'Impero e il Regno d'Italia,* Romae 1881 in 8. adversus Franc. Liverani; *L'impero di Babilonia* e di Ninive dalle origini fino alla conquista di Ciro descritto secondo i monumenti cuneiformi comparata colla Bibbia, Prati 1885 t. 2 in 8; *la cronologia Biblico-Assira,* ib. 1886, praecedentis operis appendix; *Il Nabucodonosor di Giuditta,* disquisizione biblica assira, Romae 1888 in 8; *La necromanzia moderna* esaminata nei portenti delle tavole giranti e parlanti, Taurini 1857 in 16. In Civiltà cattolica aliis omissis ipsius sunt: *L'autorità spiegata dagli scolastici, il patriziato romano di Carlo M.; Clemente V.* e i Templari; *La notte di s. Bartolomeo* [1]*; sul nepotismo di Sisto IV; l'assemblea del Clero Gallicano* nel 1682; *la stela di Mesa* re di Moab; *Osservazioni* (accuratae et doctae) sopra la storia universale di Cesare Cantù, quibus etiam immortuus est. Novam curavit ed. Jac. Tirini (III[3], 785) *commentarii in s. Scripturam,* cui accedunt prolegomena uberiora et selecta, Lev. Lemni ll. 2, alter de similitudinibus ac parabolis, quae in bibliis ex herbis atque arboribus desumuntur, alter de astrologia; Fr. Ruaei D. M. insulani l. de gemmis aliquot, iis praesertim, quarum s. Joannes ap. in Apocalypsi meminit; notationes praeterea quamplurimae, tum Fr. A. Zaccariae SJ., qui praestantissimum opus Tirini auxit et correxit, tum ipsius J. Brunengo, qui ex recentioribus monumentis illud illustravit, Taurini 1882-84 t. 5 in 8.

[1]) Hoc argumentum tractavit et Lefortier in op. *La Saint-Barthélemy* et les premières guerres de Religion en France, leur caractère, leurs causes, leurs auteurs Paris 1879 in 12. ed. 2.

736. Eduardus Dumont[1]) Parisiensis, professor literarum humaniorum Gratianopoli, Parisiis dein historiae (n. 9. Mart. 1791; † 7. Apr. 1875) opus eruditum posthumum reliquit: *La Papauté,* les premiers empereurs chrétiens et les premiers conciles généraux, Parisiis 1876, in quo tuetur primatum romani pontificis, necnon et utilitatem, imo et necessitatem (relativam) dominii temporalis ipsius pro bono Ecclesiae. In appendice adjecta probare nititur Cepham a Paulo reprehensum non fuisse Petrum [2]). Caret tamen opus judicio critico; tuetur donationem constantinianam, corrupta esse acta conc. VI., aliaque quae nunc non amplius defenduntur. — Henricus (Car. Ernestus de Buchère comes) de l'Épinois vir probe catholicus operibusque misericordiae addictus (n. 11. Dec. 1831; † 15. Jul. 1890) palaeographus et sollers in scrutandis archivis, vaticano praesertim, e quibus plura in lucem protulit. Ita ex archivis vaticanis: *Le gouvernement des papes* et les révolutions dans les états de l'église, Parisiis 1865; *Note* sur le codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis, ibid. 1862 in 8; *Galilée,* son procès, sa condamnation, ib. 1867; Encore un mot *sur Galilée* in Revue des q. hist. V, 550 (1868); *La Question de Galilée,* 1878 in 12; *La Ligue et les Papes,* ib. 1868; *le Pélérinage de pénitence* in 8 à Jérusalem, ib. 1882. Inseruit [3]) quoque doctas diss. foliis periodicis literariis, ut in Revue des questions historiques: *les catacombes de Rome* notes pour servir de complément aux cours

[1]) Alius a D. Dumont, cujus exstat *Manuale sacri concionatoris* seu sylloge methodica (alphabetice disposita) sententiarum plurimarum e s. Scriptura, ss. conciliis, praestantissimis operibus patrum necnon philosophorum exquisitius excerptarum, Bar-le-Duc 1882—83 t. 2.

[2]) Cf. Polybiblion 1877 I, 245.

[3]) Cf. prolixum catalogum in Polybiblion 1890 II, 175.

d'archéologie chrétienne avec dessins [1]), Parisiis 1879 ed. 2; 1896 ed. aucta a Paulo Allard, Bruxelles 1896; liber commendatione dignus; *les fausses décrétales, le Pape Alexandre VI.* ib. XXX, 460 (1881); prolixum examen criticum historiae Galliae auctore Martin, quod seorsim prodiit Parisiis 1872 in 12. etc. — Aemilius Castan canonicus mulinensis n. 1824 conscripsit forma neglecta *Histoire de la papauté,* Parisiis 1873—76 t. 4 in 8; *de l' Idée* de Dieu d'après la tradition chrétienne et les diverses autres théodicées rationalistes ou sacerdotales soit avant soit après J.-C., ib. 1871 t. 2 in 8; *les Origines du christianisme* d'après la critique rationaliste contemporaine, Moulins 1858 in 8; . . . d'après la tradition catholique, ib. 1868 in 8; *du Progrès* dans ses rapports avec l'Eglise, ib. 1868 in 8; *de l' Union de la religion et de la morale* [2]), ib. 1871. — Justinus Fèvre n. 1829 protonotarius apostolicus, de quo cf. supra p. 1636, scripsit etiam *Histoire apologétique* de la papauté depuis s. Pierre jusqu'à Pie IX., Parisiis 1878—82 t. 7 in 8, opus bono quidem spiritu conceptum, sed minus accuratum et solidum; *Vie de s. Camille de Lellis* fondateur des Clercs réguliers ministres des infirmes, Parisiis 1885 in 8. — Urbanus Ferreiroa coepit prolixam *Historia apologetica* de los Papas, Valladolid 1886. T. 1. pertingit usque ad Telesphorum. — Claudius Maria Magnin Sabaudus n. 14. Nov. 1802, juris utriusque doctor, juris canonici professor in seminario anneciensi, hujus rector, demum 11. Jun. 1861 episcopus († 14. Jan. 1879), quo in primis agente s. Franciscus Salesius a Pio IX. Ecclesiae doctor declaratus est, scripsit [3]) *la Papauté* considerée dans son origine, dans son développement au moyen âge et dans son état actuel avec le protestantisme adversus Merle d'Aubigné et Bost, Paris 1841; *Histoire* de l'établissement de la réforme à Genève, 1844; *juris canonici institutiones,* Annecy 1850. — Henricus Jos. Floss n. 29. Jul. 1819 vicarius quondam cl. Binterim, professor bonnensis historiae ecclesiasticae, et ab a. 1858 theologiae etiam moralis, studiosae juventutis amicus paternus, praeter alia scripsit *die Papstwahlen unter den Ottonen,* Friburgi 1858. Cum a. 1870 aliquot collegae ob definitionem conc. vaticani ab Ecclesia defecissent, ipse et horum praelectiones supplevit, ne theologi catholici sana carerent institutione: hinc praepeditus fuit, ne opera quae mente conceperat elaborare posset laboribusque attritus decessit 4. Maj. 1881. Disseruit etiam *de animorum immortalitate,* Coloniae 1842; edidit *opera Jo. Scoti* Eriugenae in P. L. Migne t. 122; Macarii Aegyptii epistolas cum qq. de Macariorum vitis, Coloniae 1850 et in Migne P. G. t. 34. Plurimas quoque diss. historicas inseruit foliis liberariis [1]).

737. De *singularibus* pontificibus disputarunt praeter eos, quos alibi commemoravimus: Clausier, seminarii s. Sulpicii alumnus, qui diss. *de s. Gregorio M.* inseruit fasciculis literariis parisiensibus, quae plurimis arriserunt: quare spe fretus Romam profectus est ad perficienda sua studia de tanto pontifice, sed redux morte abreptus est a. 1877. Ejus amicus H. Odelin ex schedis eruit typisque dedit [2]) *S. Gré-*

[1]) Cf. Schneider lit. Hdw. 1875, 493.
[2]) Cf. alia ejusdem opera in Revue des qq. hist. 16, 292.
[3]) Cf. L'Episcopat p. 64.

[1]) Cf. Lauchert Allg. deutsche Biogr. 48, 609 ss.
[2]) Cf. Baeumer Lit. Handw. 1887, 741, qui ultimam limam et perfectionem desiderat: dennoch, inquit, ist die ganze Auffassung eine so geistvolle und sie zeugt von so ernster Vertiefung in den Gegenstand, dass wir nicht anstehen, die Arbeit als einen guten Leitfaden zum Studium des grossen Papstes von Herzen zu begrüssen.

goire le Grand Pape et Docteur de l'Eglise, sa vie, son pontificat, ses oeuvres, son temps (590—604), Parisiis 1886 in 8. — Dominicus Bartolini Romanus n. 16. Maj. 1813, canonicus ad s. Marcum, socius academiae archaeologicae pontificiae, percursis in congregationibus romanis muneribus variis in meritorum praemium 15. Mart. 1875 cardinalis († 2. Oct. 1887), disseruit *di s. Zaccaria Papa* e degli anni del suo pontificato: commentarii storico-critici raccolti ed esposti etc., Ratisbonae 1879 in 8., fructus studiorum diuturnorum et solidorum, sed opus est mendose impressum[1]). *Cenni biografici di s. Giacomo Ap.* il Maggiore ed esposizione storico-critica e giuridica sull'apostolato, sul trasferimento del medesimo nella Spagna e sull'odierno ritrovamento, Romae 1879; *Sull'antico tempio di Salomone* in Gerusalemme e sull'antica grotta del presepio del nostro S. G. Cristo in Betlemme, soprastante Basilica Constantiniana ed altri luoghi storici annessi, ib. 1869, diss. erudita; Memorie storico-critiche archeologiche *dei ss. Cirillo e Metodio* e del loro apostolato fra le genti slave [2]), ib. 1881, quibus accurate complectitur praecipua controversiarum capita de hoc argumento. Disseruit quoque docte *de phialis cruentis* cryptarum christianarum; *de anno mortis s. Petri; Le nuove catacombe* di Chiusi recentemente scoperte ... illustrate, Romae 1853, de quo argumento cf. infra Liverani, etc. — Abel Fr. Villemain Parisiensis, vir eruditus, socius et secretarius perpetuus academiae, membrum academiae inscriptionum et quondam instructionis publicae minister (n. 1790; † 1870) praeter plurima huc non spectantia [3]) scripsit stilo pro more ele ganti, sed non satis feliciter, defuit enim spiritus probe catholicus, *Histoire de Grégoire VII,* précédée d'un discours sur l'histoire de la papauté jusqu'au IX^e^ siècle, Parisiis t. 2 in 8. — *Histoire du Pape Urbain IV.* et son temps reliquit Steph. Georges, Trecensis n. 1820, cujus etiam est *Les premiers apôtres des Gaules* ou Histoire de l'introduction du christianisme dans notre pays, Turonis 1874 in 8. — Coelestini V. vitam narrat Aurélien O. Cael. († 1891), cujus etiam est *La Gaule catacombaire,* L'Apôtre s. Martial et les Fondateurs apostoliques des églises des Gaules, Tolosae 1880. — Mart. Bertrandy-Lacabane (n. 27. Sept. 1827; † 1888) archivarius instituit *Recherches historiques* sur l'origine, l'élection et le couronnement du Pape Jean XXII., 1854 in 8. — *Histoire de s. Pie V. pape* de l'ordre des frères prêcheurs, Parisiis 1844 t. 2 in 8; 1858 ed. 3. (germanice, Ratisbonae 1873) scripsit Alfredus Frid. Petrus comes de Falloux Andegavensis, academiae gallicae membrum, tempore reipublicae sub praeside Napoleone minister instructionis publicae, vir de bono religionis catholicae sollicitus (n. 7. Maj. 1811; † 6. Jan. 1886), et praeter alia *Mad. Swetchine,* sa vie et ses oeuvres, ib. 1860 t. 2 in 8., ter eodem anno editum, quindecies usque ad a. 1885; hujus illustris feminae *Lettres* 1863 t. 3 in 8., quinquies mox editae; et commercium epistolare inter Lacordaire et ipsam novies editum[1]). — Vitam Sixti V. narrant Jo. Alex. comes de Hübner sagax et catholicus diplomata austriacus (n. 26. Nov. 1811; † 30. Jul. 1892) in *Sixte-Quint* d'après des correspondances diplomatiques inédites [2]), Parisiis 1870 t. 3 in 8; 1882 t. 2 in

[1]) Cf. Kellner Lit. Handweiser 1879, 295; cf. 1888. 188; Scienza e fede 148, 292—301.

[2]) Cf. Martinov Polyb. 1881 II, 347.

[3]) Lorenz 6, 910; Polybiblion 1870 mense Junio; 1898 I, 139; Revue des qq. hist. 9, 303; 13, 724.

[1]) Polyb. 1886 I, 170. De ipso Falloux cf. Veuillot Le Comte de F. et ses Mémoires, Paris 1888.

[2]) Etiam germanice, Lipsiae 1871 t. 2 in 8. Ejus epitomen accuratam et utilem

12; 1883, etiam germanice, Leipzig 1871, opus accuratum — et Ant. J. Dumesnil advocatus quondam et membrum societatis archaelogicae aurelianensis, demum senator (n. 25. Nov. 1805; † 1891) in *Histoire de Sixte-Quint,* sa vie et son pontificat, 1868 in 8., in qua multum utitur opere Tempesti (cf. IV³, 1514). Hic scripsit etiam *Histoire de Jules II.,* sa vie et son pontificat[1]), 1873 in 8. Alia ejusdem scripta spectant jus civile vel historiam profanam.

738. Plures occasione accepta a l. A. Theiner (p. 1632) *de Clemente XIV.* scripserunt. Praeter Reinerding, Ravignan etc., etiam Jos. Boero SJ. n. 15. Aug. 1814 Insulae Bonae. Vir erat sagacis ingenii, qui de societate Jesu optime meruit sollerter agens postulatoris munere causas beatificationis et canonizationis tot sodalium virtute et gestis illustrium († 8. Febr. 1884). Libros et libellos quam plurimos edidit[2]), inter quos multas vitas et acta beatorum, praesertim eorum, quorum causas egerat, ex. gr. *Vita del b. Pietro Canisio* d. C. d. G. . . . ll. 6, Romae 1864 in 8; vitas primorum sodalium s. Ignatii etc. Etiam aliorum opuscula typis dedit ut *Lettere inedite* del P. Paolo Segneri d. C. d. G., Neapoli 1849 t. 2 in 12; *Lettere spirituali* inedite del ven. P. Bernardino Realino d. C. d. G., ib. 1854; Julii Cordarae e SJ. *de profectione Pii VI.* ad aulam viennensem ejusque causis atque exitu commentarios, Romae 1855; *Menologium* Patrignani (cf. IV³, 1239); *gli scritti editi ed inediti* dell' ang. giov. S. Luigi Gonzaga etc., ib. 1862 in 8; *de origine et progressu societatis Jesu* usque ad ejus confirmationem commentarium P. Sim. Rodriguez, qui fuit e novem sociis P. Ignatii, ib. 1869 in 8. Huc spectat: *Osservazioni* sopra l'Istoria del Pontificato di Clemente XIV. scritta dal P. A. Theiner, Mutinae 1853 in 8; Monza 1854 t. 2 in 12. ed. aucta. Mentione adhuc digna sunt: *L'Orbe cattolico a Pio IX.* P. M. esulante da Roma 1848—50, Neapoli 1850 t. 2 in 4., collectio omnium epistolarum et documentorum principum, episcoporum etc. ad pontificem missorum, quibus ei condolent atque tantum rebellium facinus detestantur. *La rivoluzione romana* al giudizio degli imparziali, Florentiae 1850 in 8; Neapoli 1852; germanice Augustae 1852; *Istoria della vita del ven. P. Giuseppe M. Pignatelli d. C. d. G.* . . . ll. 5, Romae 1856 in 8; *Conversioni alle fede cattolica* di Cristina regina di Suezia, di Carlo II di Inghilterra et di Federico Augusto duca ed elettore di Sassonia cavate da documenti autentici ed originali, Mutinae 1874 in 8. — Isidori Bertrandi canonici honorarii n. 1829 exstat *le Pontificat de Pie VI.* et l'athéisme révolutionnaire, Parisiis 1878 t. 1 in 8. — Accuratam et ex optimis fontibus haustam *Histoire du Pape Grégoire XVI.,* posthumam[1]) reliquit (Brugis 1888) Carolus Sylvain Helvetus, canonicus († 1885). Scripserat idem *Histoire de s. Charles Borromée* d' après sa correspondance et des documents inédits, Insulis 1884 t. 3 in 8. — Pii IX. gesta[2]) celebrat praeter Rütjes

exhibet S. Klein *Sixtus der Fünfte,* Friburgi 1873 in *Sammlungen historischer Bildnisse* t. 10.

[1]) Cf. Polybiblion 1891 II, 265.

[2]) Cf. Sommervogel 1, 1571—85, qui eos recenset sub. n. 79, et Casagrandi in l. de claris sod. prov. taurin. SJ., Taurini 1906 p. 123—35.

[1]) Baeumer Lit. Handw. 1889 pag. 24: Diese Biographie, nach den besten Quellen bearbeitet, . . . ist von hohem Interesse. Sie gibt manche neue Aufschlüsse über die Geschichte eines folgenreichen Pontificates, das bis jetzt zu wenig erforscht wurde. Sie wirft auch Licht in das Dunkel, welches über den Triebfedern der römischen Revolution unter Gregor XVI. und Pius IX. lagert, und trägt wesentlich zum Verständniss der Genesis unserer heutigen römischen Frage bei.

[2]) Plurimos qui haec enarrant cf. laudatos in Polybibl. 1878 I, 263; II, 497 ss.; 1879 I, 165.

(p. 1544) Alexander (Denis Huot de Longchamp) de Saint-Albin in *Histoire de Pie IX.* et de son pont., 1863; Parisiis 1878 t. 2 in 12. ed. 3; 1880 t. 3 in 8. ed. 4. Erat ipse bibliothecarum inspector, assiduus in scribendo pro foliis publicis. Multa opera bono spiritu conscripta reliquit [1]), hinc insignibus s. Gregorii M. et Pii IX. fuit honoratus († 31. Mart. 1879). — Jos. Eduardus Keller SJ. origine Bavarus n. 25. Jul. 1827, qui tamen vitam transegit in statibus foederatis Americae († 4. Febr. 1886), scripsit *Life and Acts of Leo XIII.* Preceded by a Sketch of the Last Days of Pius IX. and the Origin and History of the Conclave. — De Leone XIII. egit Joseph Galland Guestphalus parochus bremensis (n. 28. Febr. 1851; † 10. Nov. 1893) duplici op., quorum prius narrat ejus vitam, Paderbornae 1888; 1893 ed. 2; alterum exponit *Des Papstes Leo XIII. sociale Wirksamkeit,* 1893. Ipse praecipuus est auctor operis eruditi et utilis *Geschichtslügen,* eine Widerlegung landläufiger Entstellungen auf dem Gebiete der Geschichte mit specieller Berücksichtigung der Kirchengeschichte, ib. 1884; 1891 ed. jam 10. *Joseph v. Görres,* Friburgi 1876 t. 2 ed. 2; *Fürstin Gallitzin* und ihre Freunde, Cöln 1880.

739. *Conciliorum historiam* [2]) illustravit eruditissimo opere Car. Joseph de Hefele, n. in oppido Koenigsbronn regni würtembergici 15. Mart. 1809. Sacerdos ordinatus mox adhibitus est ad docendum et a. 1840 dictus professor historiae ecclesiasticae et archaeologiae atque utramque cathedram vere illustravit, donec in praemium insignis scientiae promotus est ad cathedram episcopalem rottenburgensem (1869), quam a. 24 prudenter rexit († 5. Jun. 1893 a. aetatis 85). Opus ejus praecipuum omni laude dignum est *Conciliengeschichte,* Friburgi 1855—74 t. 7 (ad a. 1449), quorum priorum 4 ipse novam editionem curavit; 5. et 6. Knöpfler (1886—90); opus condigne continuavit em. card. Hergenroether adjectis t. 8. et 9. (1887—90), quibus pertingit usque ad tempora concilium trid. praecedentia. Eo in opere Hefele historiam persequitur conciliorum omnium regionum, quotquot ex antiquitatis monumentis erui potuerant. Gallice versa fuit a Goschler et Delarc, Paris 1869-78.; nova versio prodiit aucta notitiis bibliographicis et criticis ib. 1907—9. *Einführung des Christenthums* im südwestlichen Deutschland, Tübingae 1837; *Patrum apostolicorum opera,* ib. 1839; 1855 ed. 4., cujus collectionis Funk novas easque doctissimas ed. curavit. *Sendschreiben des Apostels Barnabas* aufs Neue untersucht, übersetzt und erläutert, ib. 1840; *Card. Ximenes* und die kirchlichen Zustände Spaniens am Ende des 15. und Anfangs des 16. Jahrhunderts. Ein Beitrag zur Würdigung der Inquisition (adversus Llorente pag. 1052), ib. 1844; 1851 ed. 2; *s. Bonaventurae Breviloquium,* ib. 1845; 1861 ed. 3; *Chrysostomus-Postille,* conciones scil. (74) selectae et germanice redditae 1845; 1857 ed. 3. *Beiträge* (pretiosa) zur Kirchengeschichte, Archäologie und Liturgik [1]), 1864. Plurimas inseruit doctas diss. fasciculis literariis tübingensibus et lexico ecclesiastico ed 1. Ante conc. vaticani definitionem de pontificia infallibilitate ex illorum parte stetit, qui hanc inopportunam censuerint, imo et libellum in *causa de Honorio* (Neapoli 1870) edidit sua eruditione non dignum [2]): sed promul-

[1]) Cf. Polybiblion 1879 I, 455.

[2]) Huc spectant etiam opera L. Fr. Guérin (p. 1637).

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1864, 197; 388. Funk in Tüb. Qtlschr. 1874, 1—14 et A. d. Bi. 50, 109—15; KL. 10, 1322. Singillatim quasdam diss. recenset passim Gla I, p. 2.

[2]) Aemilius Ruckgaber theologiae doctor et parochus rotvillanus scripsit

gata definitione ei ex animo se subjecit non obstantibus dicteriis indignis adversariorum in ipsum conjectis. — Paulus Guérin Biturciensis, quondam philosophiae professor, edidit *Les conciles généraux et particuliers,* Bar-le-Duc 1868—69 t. 3 in 8., 1897 quod proprie est opus Richard 1772—77 t. 5 (cf. supra p. 504) emendatum et auctum [1]); in quo ordine chronologico recenset conc., acta describit, decreta gallice versa exhibet, libere quidem, sed accurate, conc. generalium textum latinum etiam praebet; La s. Bible, Paris 1899 t. 1; *les petits Bollandistes* Vies, des saints . . ., des auteurs sacrés et ecclésiastiques . . . . notices sur les congrégations et les ordres religieux etc., ib. 1860; 1873 t. 17 in 12. ed. 7 (fr. 120); Parisiis 1883—86 t. 2 in 4. quam plurimis illustrationibus ornata; 1890 ed. 10. Sub ejus directione prodiit: *Dictionnaire des dictionnaires,* encyclopédie universelle des lettres, des sciences et des arts, ib. 1885—95 t. 7 in 4. (fr. 160), cum Supplément 1895; *et Nouveau Dictionnaire* universel illustré, Turonibus 1892; 1905 in 12. — Generosus Calenzio Or. *collegit Documenti inediti* e nuovi lavori letterarii sul concilio di Trento, Romae 1874; *Esame critico-letterario* delle opere riguardanti la storia del conc. di Trento, ib. 1869; *Diss. intorno varie controversie* di Storia ed archeologia eccles., ib. 1868.

740. Gerardus Schneemann SJ. in oppido Wesel 12. Febr. 1829 n. juri aliquamdiu operam dederat, sed illud cum theologia commutavit. Societatem Jesu ingressus est 24. Nov. 1851, in qua primum philosophiam, dein historiam ecclesiasticam et jus canonicum sodales docuit. Consilium iniit cum aliquot sodalibus [1]) colligendi acta conciliorum recentiorum ab a. 1682; quem in finem bis in Italiam profectus est pro colligendis documentis. Prodiit opus accuratum, quo de re theologica optime meruit, inscriptum: *Acta et decreta conciliorum recentiorum,* Friburgi t. 6 in 4., *collectio lacensis* communiter dicta, cui Th. Granderath adjecit t. 7. complectentem *acta et decreta* [2]) *conc. vaticani,* ib. 1890. Ex ea seorsim prodiit diss. t. 4: *S. Irenaei de Ecclesiae romanae principatu testimonium,* ib. 1870. Aliae hujus viri laboriosissimi et solide docti diss. sunt insertae seriei primae fasciculorum literariorum, qui commentarii instar prodierunt in celebrem syllabum Pii IX. inscriptae *Die Encyclica Papst Pius' IX.* vom 8. Dec. 1864, Stimmen aus Maria-Laach, Friburgi 1865—67, cujusmodi sunt *Irrthümer über die Ehe; Freiheit und Unabhängigkeit der Kirche; die kirchliche Lehrgewalt* und ihre Träger; *der Papst* das Oberhaupt der Gesammtkirche; *die kirchliche Lehrgewalt.* Alteri seriei inscriptae *das oecumenische Concil,* ib. 1869, et fasc. periodicis Stimmen aus M.-Laach ab a. 1871 (et fasc. literariis Katholik) plurimos inseruit articulos, eosque in primis ab a. 1879 redigebat. Fasciculis supplementariis inseruit *Die Entstehung* und weitere Entwicklung der thomistisch-molinistinischen Controverse 1879. 1880; etiam latine versa a Gietmann prodiit: *Controversiarum* de divinae gratiae liberique arbitrii concordia *initia et progressus* [3]), 1881; quem l. impugnavit Dummermuth OP. in op. *S. Thomas* et doc-

Die Irrlehre des Honorius und das vatic. Dekret über die päpstliche Unfehlbarkeit. Ein Versuch zur Verständigung, Stuttgart 1871, proh. 26. Apr. 1871, sed auctor laudabiliter se subjecit.

[1]) Revue des qq. hist. 6, 291 ss. Alius ab eo est V. H. Guerin, de quo cf. p. 1636.

[1]) Inter hos fuit Josephus Esseiva friburgensis, Helvetus (n. 10. Nov. 1814; † 21. Apr. 1892). Cf. Rump Lit. Handw. 1870, 64.

[2]) Cf. Zeitschrift für kath. Theologie 1891, 301.

[3]) Cf. Scheeben lit. Handw. 1882, 197-201; 221—33.

trina praemotionis physicae sive responsio ad G. Schneemann aliosque doctrinae thomisticae impugnatores, Parisiis 1886; vindicavit vero Victor Frins: S. Thomae Aq. doctrina *de cooperatione Dei* cum omni natura creata, praesertim libera, seu s. Thomas praedestinationis physicae ad omnem actionem creatam adversarius, Parisiis 1893 in 8. *Studien über die Honoriusfrage,* Friburgi 1864 adversus Döllinger etc. Vir erat vere religiosus moribusque candidissimis[1]), quocum ab infantia sua crevit miseratio (Job. 31, 18). Obiit 20. Nov. 1885. — *La somme des conciles généraux et particuliers* exhibet Maria Theodorus Guyot canonicus honorarius cabillonensis et parochus n. 1812, Parisiis 1868 t. 2 in 12; *Dictionnaire universel* des hérésies, des erreurs et des schismes d'après Bergier, Pluquet, s. Alphonse de Liguori, Grégoire et les historiens de l'Eglise, continué jusqu'à nos jours, ib. 1847 in 8; 1855 ed. aucta et emendata. — *L'Histoire du Concile de Trente,* 1870, narrat Ferd. Baguenault de Puchesse Aurelianensis (n. 1814; † 24. Apr. 1889) vir operibus misericordiae admodum intentus, de condendis scholis catholicis sollicitus, primus praeses academiae s. Crucis, cujus praeterea sunt *Le Catholicisme présenté dans l'ensemble* de ses preuves, 1859 t. 2; *L'Immortalité,* la mort et la vie, 1868 in 8. ed. 3. — Fusius acta concilii tridentini prosequitur Jo. Maria de Prat SJ. in collegio lugdunensi bibliothecarius (n. 5. Maj. 1809; † 22. Nov. 1891) in *Histoire du Concile de Trente,* Lugduni 1851 t. 2; Bruxellis 1854 t. 3. *Histoire de l'Eglise gallicane* a Longueval (IV[3], 1212) coeptam continuavit adjecto t. 19. *Histoire de s. Irénée,* second évêque de Lyon, Lugduni 1843 in 8; germanice interprete Jo. N. Oischinger, Regensburg 1846; *Histoire de l'électicisme alexandrin* considéré dans sa lutte avec le christianisme, Lugduni 1843 t. 2 in 8; *Essai historique* sur la destruction des ordres religieux en France au XVIII[e] siècle, ib. 1845 in 8; *Recherches historiques et critiques* sur la Compagnie de Jésus en France du temps du P. Coton 156?—1626 (cum hujus vita), ib. 1876 t. 4 in 8., opus eruditum, accuratum et utile; *Histoire du P. Ribadeneyra* disciple de S. Ignace, Parisiis 1862; germanice interprete M. Gruber, Ratisbonae 1885; *Le B. Pierre Le Fèvre* premier compagnon de S. Ignace, précis historique, Lugduni 1873; *Histoire du B. Jean de Brito* de la C. d. J. missionnaire du Maduré et martyr de la foi, Parisiis 1853 in 8. cum *Abrégé,* ib. 1853; *Maldonat* et l'Université de Paris XVI[e] siècle[1]), ib. 1856; *Histoire de S. Jean de Matha* et de S. Félix de Valois fondateurs de l'Ordre de la très sainte Trinité pour la rédemption des captifs, Lugduni 1846; *le P. Claude Le Jay* un des premiers compagnons de S. Ignace de Loyola, ib. 1874; *Adèle de Murinais* fondatrice de la Congrégation des Soeurs de N.-D. de la Croix, sa vie et choix de ses lettres, suivie d'une notice sur M. Charles d'Auberjon, marquis de Murinais, ib. 1872 in 8 etc. — Eugenius Cecconi n. 4. Febr. Florentiae 1834 studuit in universitate pisana mathesi, in qua et lau-

[1]) Cf. Fäh Stimmen aus Maria Laach 1889, 167—189. Opera recenset Sommervogel VII, 824 ss.

[1]) *Histoire de l'Université de Paris* au XVII[e] et au XVIII[e] siècle scripsit (Paris 1862—64) Car. Maria Gabriel Bréchillet-Jourdain Parisiensis, qui in univ. aliam et aliam rexit cathedram, caput sectionis in ministerio pro instructione publica, demum inspector generalis instructionis publicae (n. 24. Aug. 1817; † 20. Jul. 1886). Illustravit quoque *L'Université de Toulouse* au XVII[e] siècle cum documentis ineditis, ib. 1862 in 8; *La Philosophie de S. Thomas d'A.,* ib. 1858 t. 2. *Doctrina Gersonii* de theologia, ib. 1838; *de l'influence d'Aristote* et de ses interprètes sur la découverte de Nouveau Monde, ib. 1861 in 8. etc. Cf. Polybiblion 1886 II, 172.

ream promeruit. Gratiae divinae obsequens statum amplexus est sacerdotalem, et ab archiepiscopo florentino, cui erat carissimus, constitutus vicerector seminarii, canonicus et provicarius generalis: quo defuncto dictus est a Pio IX. a. 1875 archiepiscopus († 16. Jun. 1888). Coeperat conscribere historiam conc. florentini quam tamen non continuavit [1]), in *Studî storici* sul conc. di Firenze (Antecedenti del conc.), Florentiae 1869: quo opere pontificis animum in se convertit, qui ei munus demandavit conscribendi *Storia del concilio ecum. vaticano* [2]), cujus t. 4 Romae 1872—79 prodierunt, quibus tantum praeambula ad concilium continentur. Desinit enim historia in ipso concilii initio. Prodiit operis versio germanica auctore Molitor 1873 t. 1; gallica interpretibus Julio Bonhomme et D. Duvillard, Parisiis 1887 t. 4; *Lettere pastorali,* Florentiae 1887. — Julius Sambin SJ. (n. 1. Dec. 1819; † 5. Febr. 1892) brevius de illo agit in *Histoire du concile . . . du Vatican,* Lugduni 1872.

741. Historiam ecclesiasticam variarum *nationum* plures illustrarunt. In *Germania* summam nominis celebritatem, et meritissime, adeptus est Joannes Janssen n. 12. Apr. 1829 in civitate Xanten Borussiae rhenanae. Pro obtinenda laurea philosophica disseruit de Wibaldo abbate, quae diss. aucta prodiit: *Wibald von Stablo und Corvey,* Abt, Staatsmann u. Gelehrter, Monasterii 1854, quae jam tunc praesagiebat magnum futurum historicum. Francofurtum vocatus ad docendam historiam pro discipulis catholicis in gymnasio intima familiaritate usus est celebris Boehmer, cujus ductu studiis historicis se totum impendebat, qui et ipsum, etsi protestans, tanti aestimabat et ex corde diligebat, ut eum relinqueret heredem thesauri sui literarii. Quare Janssen ei posuit dignissimum aereque perennius monumentum *Jo. Frid. Böhmer's Leben,* Briefe u. kleinere Schriften, Friburgi 1868 t. 3, in unum volumen redactum *J. Fr. Böhmer's Leben* und Anschauungen, opus utile, ib. 1870. Opus praecipuum, cui totam fere vitam consecravit, est: *Geschichte des deutschen Volkes* seit dem Ausgange des Mittelalters, Friburgi 1876—88 t. 6 (usque ad tempus praecedens bellum 30 annorum). Illud superavit omnium exspectationem et tanta aviditate fuit exceptum ut brevi pluribus editionibus successu vere inaudito fuerit recusum. Multis aperuit oculos, catholicos gaudio replevit. Monumentorum enim luce ad oculos ostendit quam illegitima fuerit protestantium ab Ecclesia defectio, quam iniquis consiliis effecta, quam falsae et fraudulentae calumniae in Ecclesiam conjectae [1]). Nil mirum si primipili protestantium illam nisi sunt impugnare, sed frustra: nam Janssen suaviter quidem in modo sed tam fortiter in re illis respondit duplici libro: *An meine Kritiker,* ib. 1882; *Ein zweites Wort* an meine Kri-

[1]) Civiltà Catt. 1888 III, 113.

[2]) Victor Frond quondam miles n. 1821 edidit *Actes et histoire* du concile oecuménique de Rome, premier du Vatican . . . illustrés en chromolithographie, nombreuses vignettes et tous les portraits, biographies et autographes des pères du concile, Parisiis 1870—73 t. 8 in f. opus splendidum (fr. 800). De Hon. Fisquet infra p. 1676 loquemur.

[1]) Cf. Hülskamp in egregio nostri auctoris elogio Lit. Hdw. 1891, 713—22, qui 719 censet: Dass die seither herrschende, fast nur durch Protestanten hervorgerufene und genährte Legende vom Ursprung und Verlauf der Reformation des 16. Jahrhunderts eben nur eine sehr unfromme und falsche Legende sei, während in Wirklichkeit die ganze unglückselige Glaubensspaltung keine in mehr oder minder hohem Grade berechtigte »Reformation«, sondern eine im Wesentlichen von nichts weniger als idealen Factoren getragene, durchaus unberechtigte politisch-kirchliche Revolution gewesen sei: dies dargethan zu haben, ist Janssen's unsterbliches Verdienst.

tiker, ib. 1883, 1895 ut ad silentium eos redegerit. In praemium tot meritorum de Ecclesia catholica Leo XIII. eum inter praelatos domesticos recepit et protonotarios apostolicos, imo eum defuncto card. Hergenroether sufficere in honoribus et muneribus cogitaverat, nisi obstitisset ejus modestia. Opus coeptum prosequitur dignissimus ipsius discipulus L. Pastor, qui ex ejus schedis t. 7. et 8. jam edidit, hujusque curis ed. 16. vel 18. prodiit et novis additionibus atque supplementis (1—5, 1898—1907) opus semper magis proficit et perficitur. Ex ejus operibus mentione hic digna praeterea sunt: *Zeit und Lebensbilder,* ib. 1875; 1889 t. 2 ed. 4. aucta, opus lectu dignum et utile, nitida forma et stilo classico conscriptum [1]); *Frid. Leopold Graf zu Stolberg* grösstentheils aus dem bisher noch ungedruckten Familiennachlass dargestellt, ib. 1876 t. 2, in epitomen contracta *Fr. L. Graf zu Stolberg,* sein Entwicklungsgang und sein Wirken im Geist der Kirche, ib. 1882 ed. 3; 1910 ed. 4. Reliquit alia opera historica, quae minus ad nos spectant. Decessit vir optimus et insignis historiographus 24. Dec. 1891.

742. Al. Huber theologiae doctor et parochus († 14. Febr. 1874) scripsit *Geschichte der Einführung und Verbreitung des Christenthums* in Südost-Deutschland [2]), Salzburg 1874 t. 4. — Georgius Pfahler (n. 1817; † 9. Mart. 1889) parochus Erolzheimii praeter alia descripsit stilo rhetorico *St. Bonifatius und seine Zeit* [1]), Ratisbonae 1880 in 8. — De eodem disseruit Franc. Jos. eques de Buss in opere posthumo *Winfrid-Bonifatius,* quod ex ejus schedis edidit [2]) Rud. eques de Scherer, Graecii 1880 in 8. Specialem laudem meret nobilis hic vir (n. 23. Mart. 1803) philosophiae, juris utriusque et medicinae doctor, qui dum jus doceret Friburgi, animos captabat auditorum singulari sua eloquentia et doctrinae soliditate. Praecipuas Europae linguas loquebatur omnes. Vir erat vere doctus, professor clarissimus, orator potens, qui verbo et opere stetit intrepidus pro recuperanda libertate Ecclesiae et scholae: hinc praefuit etiam coetui catholicorum piano 1848. Plurima edidit scripta ad excitandos catholicos, ad tuenda Ecclesiae jura, et in operibus misericordiae erat plane excellens. Nobilitate fuit donatus a Franc. Josepho Austriae imp. et a Pio IX. insignibus Gregorii M. († 31. Jan. 1878). Haec ejus opera: *Ueber den Einfluß* des Christenthums auf Recht und Staat, sed ex 3 ll. prodiit tantum p. 1., Freiburg 1841; *Die Methodologie* des Kirchenrechts, ib. 1842; *Capistran,* Zeitschrift für die Rechte und Interessen des kath. Deutschlands, Schaffhausen 1847—52 fasc. 9; *Urkundliche Geschichte* des National- und Territorial-Kirchenthums in der kathol. Kirche Deutschlands. Zugleich corpus jur. eccl. germ., ib. 1851; *Die kirchliche Immunität,* Freiburg 1853 suppresso nomine; *Der Unterschied* der kath. und protest. Universitäten Deutschlands, Schaffhausen 1852, opus ea aetate ponderosum; *System der gesammten Armenpflege,* Stuttgart 1843—46 t. 3 et alia plura ad jus civile spectantia. *Geschichte der Bedrückung der katholischen Kirche Englands* und die Wiederherstellung der bischöflichen Hierarchie,

[1]) Cf. Hülskamp Lit. Handw. 1875, 315, qui de eo dicit: unbestritten eins der interessantesten und zugleich werthvollsten Bücher welche seit Monaten die Presse verlassen haben. Cf. plura de Janssen in Pastor Jo. J. 1829—91. Ein Lebensbild vornehmlich nach den ungedruckten Briefen und Tagebüchern desselben entworfen, Friburgi 1892; Katholik 1892 I, 385—420.

[2]) Cf. Rump Lit. Handw. 1875, 233.

[1]) Cf. Kellner Lit. Hdw. 1881, 333.

[2]) Cf. Kellner Lit. Handw. 1881, 330; Hegele KL² 2, 1556.

Schafhusiae 1851; *der h. Thomas Erzbischof von Canterbury,* Moguntiae 1855; *die Gesellschaft Jesu,* ihr Zweck, ihre Satzungen, Geschichte etc., ib. 1853 t. 2; 1863 ed. 2. etc. — Huc quoque referri potest Stephani Braun quondam repetitoris in convictu theologico friburgensi[1]) diss. *Carolo M. regnante* quae inter Ecclesiam et imperium ratio intercesserit, Friburgi 1863, pro qua meruit ab universitate viennensi doctoris lauream honoris causa. Christianam *de ss. Trinitate* doctrinam ex ss. utriusque T. testimoniis demonstrare studuit, Friburgi 1863; *Jerusalem,* Bilder aus dem Orient und Erläuterungen der hl. Geschichte, ib. 1865. Triginta fere a. (1859—88) plurimum contulit ad editionem fasc. *Freiburger Kirchenblatt* († 25. Jul. 1889). — Jo. Mart. Düx n. 1. Febr. 1806 Simmringae in Franconia würtembergica, seminarii herbipolensis regens et 1856 canonicus († 4. Dec. 1875) socius erat sui quondam magistri et amici canonici Benkert in edendis foliis *Athanasia* et *Allgemeiner Religions- und Kirchenfreund* scripsitque *Der deutsche Card. Nikolaus von Cusa* und die Kirche seiner Zeit, opus diligens et accuratum, Ratisbonae 1847 t. 2. T. 1. adjecit tr. illius cardinalis *de auctoritate praesidendi* in concilio generali primum editum ex cod. mscr. wirceburgensi[2]); *Principia catholica* circa christianorum matrimonia, praeprimis ea, quae mixta vocantur, Wirceburgi 1839. Reliquit et conciones. — De eodem hoc celebri cardinali sed non eodem sensu disseruit Franc. Antonius Scharpff Ansbachii n. 20. Jun. 1809, professor historiae ecclesiasticae in facultate theologica giessena (1843), qua suppressa parochus, dein canonicus rottenburgensis (1862; † 5. Febr. 1879), primum in fasc. tübingensibus (1837), dein in op.: *Nicolaus von Cusa* ... 1. Th. das kirchliche Wirken des N. v. C., Moguntiae 1843; 2. Th. *des B. u. C. N. v. C. wichtigste Schriften* in deutscher Uebersetzung, Friburgi 1862; *N. v. C. als Reformator* in Kirche, Reich und Philosophie des 15. Jahrh., Tübingae 1871; neque tamen sua de eo studia absolvit ideoque neque adaequatam tanti viri imaginem proposuit. Alia ejusdem scripta minoris momenti praetermittimus[1]): quorum unum sub nomine Vinc. Sinceri *Ehrerbietige Vorstellung* an den preussischen Episkopat, 1874 proh. fuit 10. Jul. 1874. — Tertius qui de Nic. de Cusa egit fuit Albertus Jäger Schwatzii in Tiroli n. 8. Dec. 1801, OSB. mariomontanus. Oenipontem vocatus in universitate hujus urbis historiam universalem tradidit et adscriptus est academiae scientiarum Viennae socius (1847). A suo praelato Meranum vocatus gymnasii ibidem amplificationi omnem dedit operam eique praefuit de eodem meritissimus. A Leone Thun Viennam accitus est professor historiae, auctor fuit Instituti pro historia austriaca (1854), cui praefuit ad a. 1869. Missione obtenta Oeniponte vixit scribendis libris ad decrepitam usque aetatem intentus († 10. Dec. 1891 a. aetatis 91. Ejus scripta spectant historiam Austriae, in primis Tirolis. Ter egit de N. Cusano, sed magis respicit ejus historiam politicam[2]) et quidem in Tiroli; praesertim in opere prolixo *Der Streit des C. Nic. v. Cusa* mit dem Herzog Sigmund von Oesterreich als Grafen von Tirol, Innsbruck 1861 t. 2; 1866 ed. 2 in 1 t.

743. Gregorius (Thomas) Wolny OSB. Freibergae in Moravia n. 20. Dec. 1792 († 3. Maj. 1871), plurium academiarum eruditarum socius, philologiam et historiam docuit in gymna-

[1]) Cf. lit. Hdw. 1890, 314.
[2]) Cf. Hennes allg. d. Biogr. 5, 501.

[1]) Cf. Linsemann allg. deutsche Biogr. 30, 599.
[2]) Cf. supra II³, 896; Bretholz allg. d. Biogr. 50, 623 ss.

sio brunensi: post annos fere 20 muneri docendi valedixit seque in monasterium suum abdidit (Raigern) ut illustrandae historiae patriae totus incumbere posset: de qua plura reliquit opera, inter quae eminet: *Kirchliche Topographie von Mähren* meist nach Urkunden und Handschriften, Brunae 1855—66 t. 9, opus admodum diligens [1]). *Geschichte des Benediktiner-Stiftes Raigern,* Pragae 1829. Doctas quoque inseruit diss. fasciculis literariis, ut *Gelehrte Mitglieder* der Benedictinerabtei Raigern in *Archiv für Geschichte* ed. Hormayr 1822 etc. Reliquit plures documentorum collectiones ineditas, suosque discipulos studio historiae et topographiae patriae adeo accendit, ut eo ductore et rectore condiderint *Taschenbuch* für Geschichte Mährens und Schlesiens [2]). — Multa quoque ad historiam ecclesiasticam Moraviae spectantia habentur in scriptis innumeris discipuli, sodalis et in cathedra successoris Bedae Dudik Kojetinensis n. 29. Jan. 1815. Ingressus est B. Dudik monasterium raigradense 21. Aug. 1836. Post magisterium in gymnasio et lyceo brunensi, a. 1855 in universitate viennensi cathedram fontium historiae medii aevi elucubrandorum fundator ascendit, et exinde novas semper edidit lucubrationes ad res patrias illustrandas: quem in finem publicis sumptibus delecti ordines Moraviae eum Stockholmiam usque miserunt ad scrutanda monumenta a Suecis illuc transportata. In eundem finem Romam quoque profectus est magno lucro literario in rem suam reportato. Interim et a gubernio et a supremo magistro ordinis teutonici adhibitus est ad ejusmodi archivorum investigationes, ab ordinibus patriae historiographi titulo et munere insignitus et ad scribendam provinciae historiam e fontibus genuinis selectus, quae et prodiit inscripta *Mährens allgemeine Geschichte* (ad a. 1350), Brunae 1860 ss. t. 12 in 8. Praetermittimus alios labores et itinera literaria, quae quaquaversus instituit, excepta enim Hispania et Anglia vix regionem Europae invenies, quam vir ille sagacissimus ad eruenda documenta archivalia incredibili industria non perlustraverit, nam minus ad nos ea spectant. Hinc in praemium tantae eruditionis a summis principibus insignibus honorificis fuit decoratus et a quam plurimis academiis et societatibus literariis in socium receptus († 18. Jan. 1890). Ex ejusdem operibus [1]) mentione praeterea digna sunt: *Iter romanum* . . . a. 1852 et 1853 susceptum, Viennae 1855 t. 1: Studia historica; t. 2: Tabularium papale (das päpstliche Regestenwesen), opus summae utilitatis pro usu archivorum romanorum; *Geschichte des Benedictiner-Stiftes zu Raigern* im Markgrafthum Mähren, mit steter Rücksicht auf die Landesgeschichte nach Urkunden und Handschriften bearbeitet [2]), Brunae 1849 t. 1; Viennae 1864 t. 2. usque ad a. 1848. — Antonius Lud. Frind Hainspachii in Bohemia natus 9. Oct. 1823, professor, canonicus pragensis et demum episcopus litomericensis (1879; † 28. Oct. 1881) coepit *Kirchengeschichte Böhmens,* Pragae 1864 t. 4, in qua prae-

[1]) Multum in ea concinnanda usus est scriptis Alexii Habrich Moravi n. 26. Jul. 1736, qui in eodem monasterio functus est muneribus prioris et cancellariae et archivi praefecti. Diligens erat archivorum scrutator et quam plurima monumenta collegit ad illustrandam Moraviae historiam, praesertim quae spectant monasteria per Moraviam sita. Opera edita et inedita (55) diligenter recenset Kinter Vitae monachorum p. 55—59. Morte correptus est 27. Mart. 1794.

[2]) Cf. Kratochvil Allg. d. Biogr. 44, 161; Kinter Vitae monach . . . in mon. OSB. raihrad pag. 119—24; Scriptores pag. 518—23.

[1]) Cf. Scriptores OSB. p. 63—72; Kinter l. c. p. 136—44, qui diligentissime recenset ejus diss. de omnis generis argumentis Studien u. Mitth. XI (1860), 121 ss.; 325; Chilianeum III (1863), 207—18.

[2]) Cf. Rump Lit. Hdw. 658, 523.

primis suam respicit dioecesim et pertingit ad a. 1421; Kurze Geschichte *der Bischöfe von Leitmeritz,* 1867; *Gedenkbuch* des 900jährigen Jubiläums der Errichtung des Prager Bisthums gefeiert im J. 1873, ib. in 8; *Die Geschichte der Bischöfe und Erzbischöfe* von Prag zur 900jährigen Jubelfeier der Errichtung des Prager Bisthums verfasst, ib. 1873; *der geschichtliche hl. Johannes von Nepomuk,* ib. 1871 ed. 2; 1877; *Der hl. Johannes von Nep.* Denkschrift zur Feier des 350jährigen Jubiläums der Heiligsprechung, ib. 1879; *Die katholische Apologetik* für gebildete Christen, ib 1870 ed. 2; 1877 ed. 3. — De historia Stiriae etiam ecclesiastica multa sed sparsim reperiuntur in variis operibus et diss. Richardi Peinlich OSB. monasterii admontensis. Graecii 5. Maj. 1819 n. professorem egit in variis gymnasiis, directorem gymnasii graecensis, cujus historiam narrat in literis ejusdem annuis 1864. 1866. 1869—74. Diligentissimus erat monumentorum scrutator, scripta ejus produnt magnam eruditionem, sedulam accurationem, hinc plurium societatum doctarum erat membrum, ab eruditis magni est factus multisque honoribus auctus († 29. Jul. 1882). Reliquit plurima scripta ascetica, redegit enim ab a. 1854—62 folium hebdomadarium: *Der katholische Christ;* conciones, opera historica, recensiones et diss. historicas, carmina, in quorum ed. Graz 1883 habes ejus biographiam auctore Florianus C. Kinnast [1]).

744. Ad historiam ecclesiasticam Russiae plura referuntur ex iis, quae scripsit Jo. Xav. Gagarin SJ. ex nobilissima stirpe Moscoviae n. 1. Aug. 1814, qui dum Parisiis russicae legationi addictus esset, opera praesertim P. Ravignan ex schismate rediit ad unitatem catholicam 19. Apr. 1842. Totus exinde spirabat conversionem nationis suae scripsitque post Nicolai imp. mortem libellum *La Russie sera-t-elle Catholique,* Parisiis 1856; *de l'enseignement de la théologie* dans l'Eglise russe, ib. 1856; *Les Starovères,* l'Eglise russe et le pape, ib. 1857, germanice Russische Studien zur Theologie und Geschichte herausgegeben von J. A. Mor. Brühl, Monasterii 1857—58 pp. 3; Quatre Lettres à une Dame russe *sur le dogme de l'immaculée Conception,* ib. 1857; *La réforme du clergé russe,* ib. 1867; Bruxellis 1871; *Les Jésuites de Russie* 1772—85, Parisiis 1872; cujus p. 2. continentur Memorie inedite nuncii apostolici (Archetti) Pii VI.; *l'Eglise Russe* et l'Eglise catholique, Lettres du R. P. Rozaven (cf. p. 1165) ib. 1867, ed. illustrata annotationibus, aliosque plurimos libellos et diss. doctas et eruditas de rebus russiacis [1]), quas inseruit fasciculis literariis *Etudes,* ab ipso diu cum P. Daniel redactas. Profectus est postea in missionem syriacam investigavitque conditionem ecclesiae orientalis. Fructum suorum studiorum exhibet in op. *L'Eglise roumaine* 1865; *Constitution et situation présente* de toutes les églises de l'Orient, 1865 etc. († 19. Jul. 1882). — Ejus sodalis Carolus Verdière Parisiensis (n. 17. Apr. 1817; † 4. Jul. 1889) exhibuit *Origines catholiques de l'Eglise russe* jusqu'au douzième siècle, Parisiis 1857 in 8; plures quoque diss. inseruit *Etudes.* — Melchior Bulinski historiae ecclesiasticae in academia varsaviensi professor (n. 1810; † 22. Maj. 1877) immortuus est t. 4. suae historiae Ecclesiae in Polonia, et historiam Ecclesiae universalis t. 6 polonice reliquit [2]). Alphonsus Guépin OSB. edidit *S. Jo-*

[1]) Cf. Scriptores OSB. pag. 333—38; Schlosser allgemeine deutsche Biographie 25, 327.

[1]) Cf. Sommervogel 3, 1089—95; Rosenthal III, 2, 194—208; Polybiblion 1882 II, 166; KL. V, 9.

[2]) Cf. Polybiblion 1877 II, 87.

saphat archevêque de Polock martyr de l'unité catholique et l'Eglise grecque unie en Pologne [1]), Pictavii 1874 t. 2 in 8. — Eugenius Boré congr. Laz. Andegavensis (n. 15. Aug. 1809; †3. Maj. 1878) a. 30 in Oriente transegit studio linguarum praesertim et historiae intentus. Post brevem commorationem in patria, illuc rediit superior collegii Bebeckensis. Revocatus a congregationis praeside Parisios ipse in supremum praepositum electus est a. 1874. Reliquit plures libros [2]) et diss., quas inseruit fasc. literariis *Annales de philosophie chrétienne,* de rebus orientalibus, in primis de Armenis, inter quas *Croyances primitives des Arméniens* et histoire de leur Conversion au christianisme, 1836. — De hac eadem natione sicut et de aliis coetibus christianis Orientis studia sua eruditis communicavit Jo. Paulus Lud. Franc. Eduardus Dulaurier Tolosanus n. 29. Jan. 1807, Instituti membrum, et linguae armenae professor: callebat enim linguas Orientis et fere omnes Oceaniae; erat etiam vir egregie catholicus († 21. Dec. 1881). Ejus praeter alia [3]) sunt: *Histoire, dogmes, traditions et liturgie* de l'Eglise arménienne orientale; *Bibliothèque historique arménienne* t. 1. qui complectitur chronicon Matthaei Edesseni et continuationem Gregorii presbyteri, 1858; ex armeno vertit *Histoire universelle* (auctore Steph. Açogh'ig de Daron, qui floruit exeunte sec. X) pars 1. eamque annotationibus illustravit, Parisiis 1883 estque t. 18. op. *Publications de l' Ecole des langues orientales vivantes.* Ex ll. 3 vertit tantum duos morte interveniente; *Histoire des communautés religieuses* fondées par s. Pacôme, texte et traduction, 1837 etc.

[1]) Cf. Polyblion 1878 I, 544; Kathol. Miss. 1878, 197—99.

[2]) Cf. Martinov Revue des qq. hist. 17, 244—50.

[3]) Cf. Polybiblion 1882 I, 171.

745. Daniel Rock insignis archaeologus Liveropoli n. 31. Aug. 1799 aliquamdiu missionarium egit et restituta per Angliam hierarchia dictus est a. 1852 canonicus southwarcensis († 28. Nov. 1871). Magnum erat nomen ipsius inter eruditos catholicos suae patriae, imo eorum ‚primus' dicebatur. Scripsit celebre opus *The church of our Fathers,* 1849—53 t. 4; *Hierurgia* or the holy Sacrifice of the Mass, Londini 1833; 1851 t. 2 ed. 2; 1892—93 ed. 3. cura H. J. Weale, opus liturgicum, et plures diss. archaeologici in primis argumenti [1]). — Richard Simpson n. 1820 pastor anglicanus, ad fidem catholicam est conversus 1845. Laicus liberioris erat sentiendi rationis († 5. Apr. 1876). Scripsit *Edm. Campion. A Biography,* Londini 1867; 1896; utilis pro historia religiosa illius temporis. — Historiam ecclesiae catholicae in Anglia pluribus operibus illustravit Jo. Morris Ootakamundae in regionibus indicis parentibus anglicanis n. 4. Jul. 1826. Rediit ad Ecclesiam catholicam 20. Maj. 1846. Aliquamdiu fuit rector collegii Anglorum Romae, card. Wiseman a secretis et can. poenitentiarius westmonasteriensis, illiusque suprema fata descripsit in *The last Illness of His Em. Card. Wiseman,* Londini 1865. Ingressus est Soc. Jesu 28. Febr. 1867, atque in ea docuit historiam ecclesiasticam et jus canonicum: ditavit quoque fasciculos literarios († 22. Oct. 1893). Haec praecipua ejusdem opera: *The Life and Martyrdom of S. Thomas Becket* Archbishop of Canterbury, Londini 1859 in 8; 1886 t. 2 ed. aucta; *The condition of Catholics* under James I. F. Gerard's Narrative of the Gunpowder Plot (cum hujus vita), ib. 1872 ed. 2; *the troubles of our Catholic Forefathers,* related by themselves, ib. 1872—77 series 3, quarum prior pro-

[1]) Cf. lit. Handw. 1872, 79; Gillow V, 436.

diit germanice 1874; *Historical Papers,* ib. 1893, quibus continentur libelli 14 seorsim olim editi aliorum auctorum. Innumeras quoque diss. historicas inseruit fasciculis literariis[1]). — Guilelmus Waterworth SJ. (n. 1811; † 17. Mart. 1882) praeter alia edidit: *England and Rome* or the History of the Religious Connection between England and the Holy See from the year 179 to the commencement of the Anglican Reformation in 1534, with observations on the general question of the Supremacy of the R. Pontiffs, Londini 1854; *Origin and Development of Anglicanism* or a History of the liturgies, homilies, articles, Bibles, principles and governmental system of the Church of England, ib. 1854; *the Church of s. Patrick* or a History of the Origin, Doctrines, Liturgy and Governmental System of the Ancient Church of Ireland, ib. 1869. — Pro historia ecclesiastica confoederationis *Americae* septemtrionalis haud pauca reperiuntur in *Sketches of the life of the rev. Felix de Andreis* first superior of the congr. of the Mission in the United States and vicar general of the diocese of New Orleans († 15. Oct. 1820), Baltimore 1861, cura Franc. Burlandi congr. Laz. genuensis, qui potiorem vitae partem transegit in statibus confoederatis († 18. Febr. 1873). Ea primum composita sunt a Rosati episcopo s. Ludovici, completa a Semeria, anglice versa et edita a Burlando. Hic concinnavit etiam *Ceremonial for the use* of the catholic churches in the United States, publicatum jussu conc. 1. baltimorensis et approbatum a sede apostolica, ib. 1865 ed. 3. multum aucta et illustrata. — Jacobus Roosevelt Bayley praeco anglicanus conversus est ad fidem catholicam 26. Apr. 1842. Hughes episcopo neoeboracensi erat a secretis et a. 1853 episcopus newarcensis (Newark), quam dioecesim ad magnum provexit florem conditis multis ecclesiis, monasteriis, scholis, seminariis etc. Inde translatus est ad sedem archiepiscopalem baltimorensem convocavitque synodum provincialem octavam 27. Nov. 1875 († 3. Oct. 1877). Scripsit praeter alia *History of the Cath. Church* on the Island of New York, New-York 1853.

746. Pro historia ecclesiastica Hiberniae multa reperiuntur in *the pastoral Letters and other Writings* of Card. Cullen[1]) edited by P. F. Moran Bishop of Ossory, Dublinii 1882 t. 3 in 8. Natus est Paulus Cullen in parochia Nanaghmore in Hibernia 27. Apr. 1803. In romano Hibernorum collegio optime institutus praesente Leone XII. de 200 thesibus egregie disputavit 11. Sept. 1828 atque lauream doctoralem promeruit. Annos 20 rectorem illius collegii magna prudentia egit: inde translatus ad regendum collegium de propaganda fide illud incolume servavit temporibus turbulentissimis a. 1848 invocata tutela statuum foederatorum Americae. A Pio IX. dictus est 1849 archiepiscopus armacanus et constitutus delegatus apostolicus pro Hibernia. Mox celebravit concilium nationale. Dublinum translatus 1852 magna praestitit pro bono Ecclesiae catholicae celebratis conciliis, institutis monasteriis et scholis, aedificatis ecclesiis, defensis juribus Ecclesiae (praesertim in scholas) et patriae, editis

[1]) Pollen The Life and Lettres of J. M. Morris, London 1896, cujus epitomen exhibet Bellesheim Katholik 1897 I, 440—68; Sommervogel V. App. V; IX, 692, qui ejus scripta recenset sub n. 54. — Alius ab eo est Jo. Brande Morris, n. 4. Sept. 1812, qui eodem a. 1846 amplexus est fidem catholicam sacrosque suscepit ordines. Versatus erat in linguis orientalibus et in primis in operibus ss. patrum. Scripsit sed stilo minus nitido *Jesus the Son of Mary,* opus admodum eruditum, Londini 1851 t. 2. Plures viros illustres in Ecclesiae sinum recepit († 9. Apr. 1880). Cf. Rosenthal II, 395; et Gillow V, 122—32.

[1]) Cf. Kirchl. Hdl. II, 1818.

praestantissimis literis pastoralibus aliisque scriptis, in quibus omnes controversias illius temporis insigni claritate et methodo ad populi captum accommodata tractat. Primus Hibernorum est qui purpuram gestarit, quam meritis suis consecutus est a Pio IX. a. 1866. In concilio vaticano strenue stetit pro infallibilitate pontificia, imo ipsi debemus, ut referunt, ultimam decreti formam, qua illa definita fuit. Obiit praesul vere magnus et de ecclesia hiberna optime meritus[1]) 24. Oct. 1878. — Silvestri Malone *Church History* of Ireland (usque ad reformationem) prodiit Dublini 1867, 1880. — Pariter plura ad historiam ecclesiasticam Hiberniae spectantia reperiuntur in epistolis et sermonibus Joannis Mac Hale archiepiscopi tuamensis († 7. Nov. 1881), qui n. est 6. Mart. 1789 in Connaught, institutus in collegio Maynooth, ibidem theologiae dogmaticae prof., et primum factus coadjutor episcopi killalensis 1825, dein et successor, demum translatus est a Gregorio XVI. motu proprio et invito gubernio tuamensem ad sedem archiepiscopalem 1846. Episcopus erat a. 56 sane magni zeli, fervoris, meriti: orator potens et fervidus patriota, sollicitissimus de bono sociali populi sui adeo oppressi: sed dolendum, quod acrius se opponeret card. Cullen non sine detrimento rei catholicae. Prodierunt *The Letters* ... under their respective Signatures of Hierophilos, John B. of Moronia, B. of Killala and Archbishop of Tuam, Dublini 1888; *Sermons and Discourses*, ib. 1883. Ediderat jam ante *Evidences and Doctrine* of the Catholic Church, Dublini 1828; 1885[3]; l. germanice versus a Brühl[2]), Ratisbonae 1845.

747. Lud. Franc. Jéhan membrum societatis geologicae Galliae, bibliothecarius societatis archaeologicae turonensis n. 1803 scripsit *le Christianisme dans les Gaules* [1]), examen critique des

[1]) Cf. Bellesheim KL² 3, 1217; et passim Geschichte der Kirche in Irl. III; in primis Katholik 1878 II, 603—27.

[2]) Cf. U. J. Canon Bourke The Life and Times of .. J. Mac Hale, Dublini 1882; B. O'Reilly John Mac Hale etc., Neoeboraci 1890 t. 2, de quibus refert Bellesheim Lit. Rdsch. 1889, 266; Lit. Handw. 1890, 767; Stimmen aus Maria Laach 40 (1891), 384 ff., 569 ff. et Bellesheim passim in Geschichte der kath. Kirche in Irland t. III qui meritorum ejus meminit de vetere Hiberniae lingua et literatura.

[1]) Eugenii Franc. Jos. Taillard duaceni (n. 7. Apr. 1803; † 6. Jul. 1878), praesidis tribunalis duaceni, sunt op. *Apostolat de s. Denys* dans les Gaules en. 250, 1869; *Essais sur les origines* et le développement du christianisme dans les Gaules, 1868 in 8. Cf. Polybiblion 1878 II, 167. — Hadrianus Chrys. Hénault bibliothecae carnotensis conservator n. 1828 reliquit *Origines chrétiennes de la Gaule celtique;* recherches historiques sur la fondation de l'église de Chartres et des églises de Sens, de Troyes et d'Orléans suivies d'un appendice sur la vierge druidique, Carnoti 1884. Nititur illis respondere, qui recentiorem originem tuentur. — Etiam Car. Salmon Ambianensis tractaverat hanc in 9. op. *Recherche* sur l'époque de la prédication de l'Evangile dans les Gaules et en Picardie Ambiani 1865, in quo cum aliis tuetur opinionem traditionalem de apostolica origine ecclesiarum Galliae adversus Lanojum et scholam quam dicunt historicam, quae nostro praesertim aevo illam negat. Die Gelehrsamkeit des Verfassers ist staunenswerth: er hat geradezu Alles was über die betreffenden Fragen für und wider geschrieben ist, sorgsam gelesen und geprüft. Auf welche Seite man auch sich stellen mag: die vorliegende umfangreiche Arbeit, eine Frucht 10jähriger Forschungen, muss von Jedem, der sich für den Gegenstand interessirt, ernstlich in Betracht gezogen werden. Sie bietet mit einem Worte das beste Résumé über die grosse Frage von dem apostolischen Ursprung der gallischen Kirchen. Ita Lit. Handw. 1866, 452. Ejus quoque sunt *S. Firmin* premier évêque d'Amiens, 1865, *vita* Lud. Fr. Gabr. necnon d'Orleans de la Motte ep. aurelianensis († 1714), Paris 1874; 1884 et ep. Daveluy, qui obiit martyr in Corea 30. Mart. 1866, 1884 t. 2 in 12. — Jo. Haymo Alphonsus marchio de Virieu (n. 7. Jun. 1826; † 26. Dec. 1882) in legationibus quidem adhibitus, studiis tamen in bonum religionis et patriae deditus, indagavit *les Origines chrétiennes de la Gaule méridionale*, 1882 in 8.

nouvelles publications contre l'apostolicité des Eglises de France, Turonis 1869; *Saint Gratien* ou les origines de l'église de Tours, ib. 1869. De hoc disseruit et Rolland *sur l'époque de l'Apostolat de s. Gratian* premier évêque de Tours et sur les origines des églises de France [1]), Tours 1869. Jéhan compilavit praeterea *Dictionnaire des controverses historiques* ou Réhabilitation en général des institutions, des personnages et des faits compromis ou dénaturés soit par les erreurs, soit par les calomnies de l'histoire, Parisiis 1866, in tertia serie encyclopaediae ed. Migne t. 66, compilatio carens pretio critico. Plura alia ejusmodi lexica concinnavit pro illa encyclopaedia ut *Dictionaire d'anthropologie* ou Histoire naturelle de l'homme et des races humaines: Anatomie, physiologie, psychologie, éthnologie, ib. 1853 t. 42 novae encycl.; *dictionnaire d'apologétique catholique* ou les Sciences et la philosophie au XIX^e^ siècle dans leurs rapports avec la révélation chrétienne, ib. 1855 t. 2, ib. t. 51. 52; *Dictionnaire d'astronomie,* de physique et de météorologie, ib. 1850, ser. 1. t. 42; *Dictionnaire de botanique,* organographie, anatomie, physiologie végétale, ib. 1851, t. 46; *de cosmogonie* et de paléontologie, ib. 1854, t. 48; *Dictionnaire historique* des sciences physiques et naturelles depuis l'antiquité la plus reculée jusqu'à nos jours, ib. 1857, ser. 3. t. 30; *de linguistique et de philologie comparée:* Histoire de toutes les langues mortes et vivantes ou Traité complet d'idiomographie embrassant l'examen critique des systèmes et de toutes les questions qui se rattachent à l'origine et à la filiation des langues, ib. 1858, t. 34; *Dictionnaire des origines du christianisme,* ib. 1856, t. 15; *de philosophie catholique,* ib. 1860—64 t. 3 in 8. t. 48—50; *de Zoologie* ou Histoire naturelle des quatre grands embranchements du règne animal, zoophytes, mollusques, articulés et vertébrés, ib. 1854 t. 3, t. 14—16. novae encycl.; Tableau *de la création* ou Dieu manifesté par ses oeuvres, Turonis 1846; 1865 t. 2 ed. aucta et retractata [1]) etc.

748. Grande opus coepit Honoratus Fisquet Montepessulanus (n. 1818; † 1883) *La France pontificale* (Gallia christiana): Histoire chronologique et biographique des archevêques et évêques de tous les diocèses de France depuis l'établissement du christianisme jusqu'à nos jours divisée en 18 provinces ecclésiastiques, Parisiis 1864. 1869 t. 17 ex circa 50, quos auctor mente conceperat. In his agit de dioecesibus parisiensi, rotomagensi, ebroicensi, bajocensi, lexoviensi, sagiensi (Séez), rhemensi, laudunensi, suessionensi, senonensi, antisiodorensi, nivernensi, trecensi, ephratensi (Bethlehem), molinensi, lugdunensi, aquensi, arelatensi, embrodunensi, diniensi (Digne), gapensi, rejensi (Riez), montepessulana, bitterrensi (Béziers), lodevensi, agdensi, s. Pontii Tomeriarum et cameracensi [2]). Cum ad hoc opus grande plures conferrent suam operam, non est satis homogeneum, accuratum tamen et utile. Ejusdem est etiam *Rome et l'épiscopat catholique* et Histoire du concile oecuménique du Vatican, comprenant les actes et les constitutions dogmatiques . . . suivis d'un grand nombre de documents inédits et peu connus sur l'histoire de l'Eglise; des concordats de 1516, 1801 et 1817; d'une notice

[1]) Scripsit et *Histoire de S. François de Paul* fondateur de l'ordre des Minimes et de son couvent du Plessis de Tours, 1874.

[1]) Cf. Lorenz 3, 29.

[2]) Cf. de hoc opere deque aliis, quae hoc n. recensemus, A. Jean SJ. *Les Evêques et Archevêques de France* depuis 1682 jusqu'à 1801, Parisiis 1891, quo opere accurato multae illorum lacunae et defectus supplentur et sanantur.

de tous les cardinaux français depuis le XI[e] siècle jusqu'à nos jours, de la série de tous les auditeurs de rote pour la France etc. 1874 in 4. — Opus simile ac Fisquet coepit Clavel de Saint-Geniez medicinae doctor [1]) ac canonicus honorarius senonensis edita *Histoire chrétienne* des diocèses de France, de Belgique, de Savoie et des bords du Rhin. Gallia christiana en français; annales de la monarchie, du clergé, de la noblesse etc., sed ultra tomum 1. Parisiis 1855 in 8. non est progressus. Agit in eo tantum de archiepiscopatibus senonensi et parisiensi et de dioecesibus antisiodorensi et bethlehemensi. — Ludovicus Sciout narrat *Histoire de la constitution civile du clergé:* l'Eglise et l'Assemblée constituante, Parisiis 1863 t. 2 in 8; *l'Eglise sous la Terreur et le Directoire,* ib. 1880—81 t. 3. et 4; opus accuratum et diligens [2]) ab academia gallica magno praemio (secundo) honoratum, cujus postea confecit epitomen, ib. 1887 in 12. — Dignissimus abbatis Guéranger discipulus et card. Pitrae sodalis fuit Paulus Piolin OSB. congr. solesmensis prior (n. 21. Febr. 1817; † 6. Nov. 1892) qui alteram curavit *Galliae christianae* (cf. IV[3], 1210) editionem auctam, cujus prodierunt t. 1—5; 11. et 13. Parisiis 1870—74. *Supplément aux vies des Saints* et spécialement aux petits Bollandistes d'après les documents hagiographiques les plus authentiques et les plus récents, ib. 1885—86 t. 3 in 8; *Histoire de l'Eglise du Mans,* ib. 1861-63 t. 6; *l'Eglise du Mans* durant la Révolution, Mémoires sur la persécution religieuse à la fin du XVIII[e] siècle, Cenomanis 1868—71 t. 4 praecedentis op. continuatio; Histoire populaire *de s. Julien* premier évêque du Mans, Parisiis 1888 in 16. Innumeros inseruit articulos et diss. archaeologicas, historicos, bibliographicos etc. fasciculis literariis [1]). — Elias Meric quondam Gratry a secretis, in Sorbona theologiae moralis professor descripsit *Histoire ... de l'Eglise de France* pendant la Révolution (1789—1802) ab academia praemio coronatam († 1905). Hujus auctoris plura praeterea sunt opera [2]). *Les erreurs sociales* du temps présent, Paris 1884 in 12; *Le Merveilleux et la science.* Etude sur l'hypnotisme, ib. 1888; *L'imagination et les prodiges,* ib. 1905 t. 2 in 12; *L'autre vie* 1880; 1881—82 ed. 2 t. 2 in 12; 1900 ed. 12; *Le Clergé sous l'ancien régime,* Paris 1890; *Le Clergé* et les Temps nouveaux, 1892 etc. — Franciscus Xav. Plasse canonicus claromontanus describit *Le Clergé français* réfugié en Angleterre, Paris 1886 t. 2. — Victor Pierre *La Terreur* sous le Directoire, Histoire de la persécution politique et religieuse après le coup d'état du 18 fructidor (4. Sept. 1797) d'après des documents inédits, Paris 1887 in 8., opus accuratum et lectu dignum. — Manseau parochus et decanus *Les Prêtres et Religieux* déportés sur les côtes et dans les îles de la Charente-Inférieure, Bruges et Lille, 1886 t. 2 in 8. — Lud. M. Bauzon n. 29. Dez. 1819 lector quondam philosophiae, dein theologiae dogmaticae in congregatione s. Sulpicii, postea parochus († 3. Mart. 1893), novam curavit [3]) ed. *Historiae* lit. R. Ceillier (cf.

[1]) Usus est sua peritia medica in populi et parochorum utilitatem editis plurimis libris pro tuenda sanitate, ut *Le Médecin du corps et de l'âme,* Parisiis 1844; 1855 t. 2 in 12. ed. aucta et emendata, Cf. Lorenz 1, 544; 5, 300.

[2]) Cf. Revue des qq. hist. 14, 122—40; cui adde *Une nouvelle page* au Martyrologe de 1793, quod ex msc. inedito archivi archiepiscopatus burdigalensis eruit H. Lelievre sacerdos annotationibusque illustravit, Bordeaux 1886.

[1]) Cf. prolixum elenchum in Bibliogr. des Bénéd.[2] p. 4; Polybiblion 1892 II, 543; Studien und Mittheil. XIII (1892), 620—22.

[2]) Cf. Lorenz VI, 260; X, 260; XII, 714; XV, 363.

[3]) Cf. Bertrand II, 496; III, 365.

IV³, 1443) Paris 1858—69 t. 15, et dedit *Recherches historiques* sur la persécution religieuse dans le département de Saone et Loire pendant la Révolution (1789—1803), Châlons 1889 in 8. — Huc spectat etiam opus Alfredi Lallié laici et parlamenti membri n. 1832. *Le Diocèse de Nantes* pendant la Révolution, Nantes 1893 t. 2, quod laudatur a sinceritate et accuratione. — Julius Petrus Franc. Stan. Desnoyers academiae et instituti membrum, societatis tam disciplinarum naturalium quam historiae gallicae secretarius, in utrisque enim erat egregie excultus (n. 8. Oct. 1800; † 1. Sept. 1887), omissis praeter plurima alia descripsit *Topographie ecclésiastique de la France* pendant le moyen âge et dans les temps modernes jusqu'en 1790 IV, 1853. 1854; *Histoire du décroissement* et de la destruction totale du paganisme dans les provinces de l'Empire d'Occident, 1832. — P. Claessens Antwerpiensis n. 17. Febr. 1817, scholarum inferiorum inspector, quas plurimum promovit, hinc Leoni XIII. a secretis cubiculis, et eques ordinis s. Leopoldi factus [1]), canonicus mechliniensis († 22. Jun. 1886), edidit *la Belgique chrétienne* depuis la conquête française jusqu'à nos jours (1794—1880), Etudes historiques, Antwerpiae 1883, cui praecessit *Les civilisateurs chrétiens de la Belgique,* Leodii 1873 in 8; *Histoire des Archevêques de Malines* (1560—1801). — Felix Jo. B. Nève professor emeritus in facultate philosophica lovaniensi, multarum academiarum membrum et socius, vir doctus et laboriosissimus († 23. Maj. 1893) quamplurima opera, libellos, diss. in fasciculis literariis edidit im primis de literatura orientali, nominatim indica [2]). Inter alia edidit opus perdoctum *L'Arménie chrétienne* et sa littérature, Lovanii 1886 in 8; *de l'Invocation du S. Esprit* dans la liturgie arménienne, 1862 in 8; *de l'Origine de la Tradition indienne* du déluge, 1851; *la Tradition indienne* du déluge, 1851; *Coup d'oeil* sur les monuments du christianisme primitif publiés récemment en syriaque, 1856; *le Bouddhisme,* son fondateur et ses écritures, 1853 in 8; *Notices* pour servir à l'histoire littéraire de l'Université de Louvain, 1850 in 12; *l'Eglise d'Orient* et son histoire, 1860 in 8; *S. Jean de Damas* et son influence en Orient sous les premiers khalifes, 1861; *Quelques épisodes* de la persécution du christianisme en Arménie au XV^e siècle, 1861 etc.

749. Ex iis, qui *de singularibus dioecesibus* scripserunt, saltem aliquos nominabimus [1]). E *gallis* [2]) speciminis gratia mentione digni sunt: Alexis Billiet n. 28. Febr. 1783, qui ex animalium pastore industria, scientia et virtute promeruit fieri pastor ovium sanguine Christi redemptarum, episcopus primum (1825) morianus (Maurienne in Sabaudia), dein 1840 archiepiscopus camberiensis et 1861 cardi-

---

[1]) Cf. Précis historiques 1886 p. 362.

[2]) Ea sub. n. 120 recensita reperies in Université cath. de Louvain 1900, 214-220. Cf. Lamy un Orientaliste belge, ib. 1893; Polybiblion 1893 II, 80. — Alius ab eo est Aemilius G. B. Nève insulensis, professor lov. honorarius in facultate philosophica et bibliothecarius (n. 12. Apr. 1819; † 9. Febr. 1889), cujus plures exstant diss. in foliis literariis. Cf. Université p. 221-23.

[1]) In Hispania reperimus Jo. Ant. Carramolimo, cujus exstat *Historia d'Avila,* Madrid 1873 t. 3. — *Anales ecclesiasticos y seculares de Sevilla,* quorum bis jam meminimus (IV³, 204 et supra p. 433) iterum edidit et continuavit ab a. 1760—1800 Justinus Matuté y Gaviria, Madrid 1888 t. 3.

[2]) Hac demum aetate prodiit Renati Toustain de Billy, Normanni (n. 1642 vel 1643; † 1709) parochi *Histoire ecclésiastique du diocèse de Coutances,* quam edidit Franc. Dolbet, Rotomagi 1875 t. 1; 1881 t. 2. — De Ambrosio Challe antisiodorensi (n. 4. Mart. 1799; † 4. Mart. 1883) advocato et patriae civitatis consule, plurium societatum literariarum membro cf. IV³, 1536; Polybiblion 1883 I, 362.

nalis [1]). Plurimas induxit in suam dioecesim congregationes et instituta pia. Singulis bienniis habuit synodum provincialem. Fortiter stetit in senatu contra leges irreligiosas. Praesul erat operosissimus et simul studiis deditus, hinc socius erat ultra 20 academiarum doctarum, auctus magnis honoribus a rege Sabaudiae et Napoleone. Decessit episcoporum Galliae senior 30. Apr. 1873. Reliquit *Mémoires pour servir à l'histoire du diocèse de Chambéry,* 1865. — Albert Du Boys (n. 12. Apr. 1804; † 26. Sept. 1889), vir laicus [1]) praeter alia, quae ad theologiam non spectant, reliquit *Vie de s. Hugues* évêque de Grenoble suivie de la vie d'Hugues II., son successeur, d'un extrait d'une biographie de la vie de s. Hugues abbé de Léonal et d'une notice chronologique sur les évêques de Grenoble, Gratianopoli 1837 in 8; *la grande Chartreuse* ou Tableau historique et descriptif de ce monastère, précédé d'une vie abrégée de s. Brunon, ib. 1845 in 8; *De l'influence sociale* des conciles, Paris 1869, opus sagax et eruditum; *Lanfranc et Guillaume* le Conquérant. L'Eglise et l'état dans la Grande Bretagne au X^{e} siècle in Revue des qq. hist. 1881 II, 329—82. — Cayre canonici honorarii tolosani est *Histoire des évêques et archevêques de Toulouse* depuis la fondation du siège jusqu'à nos jours, Tolosae 1875 in 8. — Cirot de la Ville canonicus honorarius, prof. et decanus facultatis theologicae burd. (n. 1811; † 3. Dec. 1891) narrat *Origines chrétiennes de Bordeaux* 1864—67 fasc. 23; 1869; *Histoire de l'abbaye et congrégation de Notre-Dame* de la Grande Sauve ordre de s. Bénoît en Guyenne, Burdigalae 1844—45 t. 2 in 8; *Msg. C. A. Le Quien de la Neufville* ... dernier évêque d'Acqs, Burdigalae 1891, opus lectione dignum; *Essai de philosophie sacrée* ou de l'Ecriture s. d'après les ss. Pères et la tradition catholique, 1874—83 t. 3 in 12., in quibus agit de Deo, homine, societate. — Hierosme Lopès canonicus theologus burdigalensis coepit *L'Eglise métropolitaine et primatiale S. André de Bordeaux,* où il est traité de la noblesse, droits, honneurs et prééminences de cette église avec l'histoire de ses archevêques et le pouillé des bénéfices du diocèse, in qua pertingit ad a. 1680, quae prodiit 1868, eamque annotationibus doctis illustravit, perfecit et prosecutus est Callen, Burdigalae 1882—84. Hujus Julii Callen n. 1835 canonici honorarii et professoris eloquentiae sacrae in facultate theologica est etiam: *S. Damase* et les trois prérogatives de la papauté p. 1: la Primauté, Parisiis 1872. — Gaston de Laborie canonicus († 1886) scripsit *Biographie de Pierre III.* ou Pey Berland (qui fuit 52. archiepisc. burdigalensis 1430—56), Burdigalae 1886. — Augustinus Joseph Crosnier n. 19. Jul. 1804 parochus, vicarius generalis et protonotarius apostolicus († 2. Sept. 1880) reliquit *Monographie de la cathédrale de Nevers* suivie de l'histoire des évêques de Nevers [1]), ib. 1854 in 8; Etudes *sur la Liturgie Nivernaise,* ib. 1868; *Hagiologie nivernaise,* ib. 1858-59 fasc. 2; *Iconographie chrétienne* ou Etude des sculptures, peintures etc., qu'on rencontre sur les monuments religieux du moyen âge, Cadomi 1848; 1876; *Manuel d'Archéologie,* 1844; *Monographie de la Croix,* 1863; *Monastère de St. Etienne de Nevers* [2]), 1875 etc. — Car. Lalore theologiae

[1]) Cf. Lit. Handw. 1873, 271; L'Episcopat franç. p. 186; Descostes Mém. Académie de Savoie 3. ser. t. IV^{3} p. 1—67. Ejus op. accuratissime recensent Barbier et Perrin in Bibliogr. Savois. et quidem scientifica n. 708—37; pastoralia 737—931, liturgica n. 931—945.

[2]) Cf. Polybiblion 1889 II, 540.

[1]) Hanc reperies etiam in Louis Rapine *Recherches sur Nevers,* Nevers 1811.

[2]) Cf. Polybiblion 1880 II, 438.

professor in seminario trecensi (n. 12. Jan. 1829; † 1890) diligens archivorum scrutator, in quibus reperit documenta pretiosa, typis dedit *Collection des principaux cartulaires* du diocèse de Troyes [1]), Parisiis 1875—90 t. 7 in 8; *Ancienne et nouvelle discipline* du diocèse de Troyes (usque ad a. 1843) Trecis 1882-83 t. 4, in quo op. exhibet statuta synodalia, ordinationes episcopales, libros liturgicos, catechismos etc.; plures quoque diss. fasciculis literariis inseruit. — Car. Aug. Auber Burdigalae n. 1804 († 10. Nov. 1892 a. aetatis 89) canonicus et historiographus dioecesis pictaviensis, aliquot academiarum socius, pluribus libris [2]) de illa meruit; in primis op. *Histoire générale civile, religieuse et littéraire du Poitou,* Pictavii 1886—93 t. 9 in 8; *Étude sur les historiens du Poitou* (usque ad medium sec. XIX.) 1871; *Histoire de S. Martin* abbé de Vertou et de ses fondations en Bretagne, en Vendée et dans les pays adjacents, Paris 1869; *Histoire et théorie* du symbolisme religieux avant et depuis le christianisme, Pictavii 1870—72 t. 4. *Histoire de la Cathédrale de Poitiers,* 1849 t. 2. — Lud. Pierugnes describit *Vie de S. Honorat* fondateur de Lérins et évêque d'Arles. Origines chrétiennes de Provence, 1875; *La fin de Lérins* ou le Martyre de cinq cents moines et de leur abbé, Paris 1883. — Jacobus Trichaud Arelatensis n. 1824, missionarius apostolicus reliquit *Histoire de la s. église d' Arles* 1858; 1865 t. 4 in 8; *les Saints et Bienheureux de l' ordre de s. Dominique* pour chaque jour de l'année, Tolosae 1864 in 12. — Eugenius D'Auriac Tulonensis n. 17. Oct. 1815, academiae patriae membrum et bibliothecae imperialis praefectus († 1891) praeter alia scripsit *Histoire de l' ancienne cathédrale et des évêques d' Alby* depuis les premiers temps connus jusqu'à la fondation de la nouvelle église s. Cécile (c. a. 1298), 1858 in 8. Hujus veluti complementum est *Le diocèse d' Alby,* ses évêques et archevêques auctore Hyppolite Croces, Toulouse 1878. Fuit hic laicus, bis consul albensis et praeses tribunalis (n. 1. Mart. 1804; † 14. Maj. 1880). Scripsit de variis ecclesiis urbis patriae Albi et jam antea *Biographie* des évêques et archevêques d'Albi 1850—61. Ceterum scribitur et Croses [1]).

750. Eugenius Bernard [2]) supplens cathedram eloquentiae sacrae in Sorbona, descripsit *les Origines de l' Eglise de Paris* [3]): établissement du christianisme dans les Gaules, s. Denys de Paris, ib. 1870; *les voyages de s. Jérôme,* ib. 1864; *de s. Ambrosii med. ep. vita publica* theses, ib. 1864. — Henr. Leon. Bordier Parisiensis n.

[1]) Henr. d'Arbois de Jouanville (n. 1827; † 1910) edidit *Pouillé du diocèse de Troyes* redigé en 1407, Troyes 1853. Cf. de Labore Polyb. 1890 I, 465.

[2]) Cf. Lorenz I, 85; 5, 49; 9, 54; 12, 38.

[1]) Cf. Polyb. 1880 II, 78.

[2]) Alius ab eo est Victor Bernard Alsata n. 12. Maj. 1826, tristi casu in montibus Pyrenaeis 1879 exstinctus, quem Polybiblion 1879 II, 272 multum laudat tamquam polemicum catholicum propter duo opera erudita: *Guerre de la Prusse* contre l' Eglise 1874 sub nomine Timothée François; *Frédéric II. et Voltaire,* Paris 1878, quae multum luminis effundunt historiae impugnationis Ecclesiae catholicae. De quatuor aliis, qui nomen Bernard gerunt cf. infra p. 1709 a.

[3]) Hippolytus Franc. Julius Cocheris Parisiensis (n. 1. Dec. 1829; † 1882) plurium societatum literariarum membrum, inspector generalis instructionis primariae et conservator bibliothecae mazarinae, opus Leboeuf *Histoire de la ville et de tout le diocèse de Paris* (IV^3, 1535) iterum edidit, annotationibus illustravit et continuavit, Parisiis 1863 t. 7. Cf. Polybiblion 1882 I, 543. — *Histoire des évêques et archevêques de Paris* Ludovici Jaunay laici, equitis s. Gregorii M., bona quidem intentione conscripta (Parisiis 1884) pretio et accuratione historica caret (cf. Polybiblion 1885 I, 256), neque eruditis sed laicis est destinata.

1817, advocatus, palaeographus et archivarius edidit secundum manuscripta *Les églises et monastères* de Paris de X^e—XIV^e siècles cum notis et praefatione, Paris 1857; *Histoire de France,* ib. 1859—60 et multa alia ex archiviis eruit. *La Saint-Barthélemy* et la critique moderne, 1879 in 4. — Alph. Ant. Ludovicus Chassant Parisiensis n. 1808 palaeographus et bibliothecae ebroicensis praefectus scripsit cum M. G. L. Sauvage: *Histoire des évêques d'Evreux*[1]) avec des notes et des armoiries, Ebroicae 1846; *Paléographie des chartes et des manuscrits* des XI^e—XVII^e siècles augmentée d'une instruction sur les sceaux et leurs légendes et de règles de critique propres à déterminer l'âge des chartes et des manuscrits non datés, 1862 ed. 5; (1. prodiit 1835); 1867 ed. 6; *Dictionnaire des abréviations* latines et françaises usitées dans les inscriptions lapidaires et métalliques, les manuscrits et les chartes, 1846; 1877 in 12. ed. 4. — Jacobus Phil. Morin n. 1814 *L'Auvergne chrétienne* du 1^er siècle à 1880, contenant: Etat primitif de cette province: preuves diverses de son évangelisation au 1^er siècle; Biographie de 95 évêques de Clermont etc., Artonne 1881 in 18. ed. 2. — Lud. Victor Pécheur n. 1814 parochus collegit *Annales du diocèse de Soissons,* Suessione 1863—91 t. 8 in 8. — Du Tressay n. 1815 canonicus honorarius luconensis edidit *Histoire des moines et des évêques de Luçon* t. 3, 1869; hujus veluti continuatio est: *Vie de Mgr. Soyer* évêque de Luçon, 1872 in 8. — Alphonsus[2]) Bourgeois († 1880) *Histoire des évêques et archevêques de Cambrai,* Tornaci 1876; *Histoire des souverains pontifes,* ib. 1876. — Petrus Steph. Guillaume Tulensis n. 1803, in seminario virodunensi professor et canonicus nancaeus *Histoire du diocèse de Toul* et de celui de Nancy depuis l'établissement du christianisme chez les Leuci jusqu'à nos jours précédée d'une diss. historique sur l'antiquité de l'église de Toul, Nancaei 1866—67 t. 5 in 8. Historiam ecclesiasticam auctore Rohrbacher adjectis annotionibus emendavit atque continuavit; edidit Bossueti quoque opera[1]). — Augustus Allou prius advocatus et judex militiam clericalem mox secutus est. Dictus est episcopus meldensis fuitque praesul industrius (n. 21. Jan. 1797; † 30. Aug. 1884). Edidit *Chronique des évêques de Meaux* suivie d'un état de l'ancien diocèse et du diocèse actuel, Meaux 1876 in 8. *Instruction* sur l'administration temporelle des paroisses, ib. 1876 in 12. ed. 2. — Julius Henr. Geslin de Bourgogne Briocensis n. 3. Sept. 1818 quondam miles, de urbis patriae bono communi literario et religioso maxime sollicitus, hinc et publicis muneribus honoratus, in historia et archaeologia optime versatus († 12. Oct. 1877) studiorum 30 a. fructum insignem protulit: *Anciens évêchés de Bretagne*: Histoire et monuments: Diocèse de s. Brieuc, Parisiis 1855—79 t. 6 in 8., opus accuratum. — Car. Franciscus Roussel[2]) n. 1813 parochus edidit

[1]) Petrus Franc. Lebeurier archivarius († 1886) praeter alia edidit *le Mémorial historique* des évêques, ville et comté d'Evreux du Batelier d'Aviron, Rotomagi 1865 in 8; *Notice* sur l'abbaye de la Croix Saint-Leufroy, Evreux 1866. Cf. Polybiblion 1886 I, 539.

[2]) Alius a Ludovico Bourgeois (n. 1819; † 20. Jun. 1878) sacerdote et diu philosophiae magistro, qui admodum versatus erat in disciplinis naturalibus praesertim geologicis, de quibus plura edidit opera. Cf. Polybiblion 1878 II, 165.

[1]) Ex ejus schedis ed. Mathieu parochus *Leçons d'hist. de l'Eglise,* Paris 1901—5 t. 4.

[2]) Alius a N. Roussel virodunensi canonico, cujus prodiit *Histoire ecclesiastique et civile de Verdun* avec le pouillé, la carte du diocèse et le plan de la ville en 1745, ed. retractata et illustrata a societate virorum eruditorum, Bar le Duc 1864 t. 2 in 8. — Ceterum 1889 prodiit auctore canonico Robinet Pouillé du diocèse Verdun, Verdun t. 1.

Le diocèse de Langres [1]), histoire et statistique, opus diligens et eruditum, Langres 1873—79 t. 4, quibus adjecit: *Etude historique* sur les premiers évêques de Langres, ib. 1886; *nouvelle étude* sur le diocèse de Langres, ib. 1889 in 8. — J. B. Souchet prodiit *Histoire du diocèse et de la ville de Chartres,* publiée d'après le manuscrit original de la Bibliothèque communale de Chartres 1867—76 t. 4. — Beauchaire dedit *Chronologie des évêques,* curés, vicaires etc. du diocèse de Chartres, Châteaudun 1892. — E. van Drival canonicus atrebatensis, seminarii director et academiae atrebatensis secretarius († 21. Jun. 1887) praeter multa alia reliquit *Histoire des évêques de Boulogne* [2]), ib. 1852; *Hagiologie diocésaine,* Atrebati 1852; *Etude sur les fonts baptismaux,* 1858 in 8; *Iconographie des anges* 1867; *Cartulaire* de l'abbaye de St. Vaast de Arras [3]), Arras 1875; *Nécrologe* de l'abbaye de St. Vaast, ib. 1878. — Ludovicus Clouet professor et bibliothecarius virodunensis (n. 1807; † 1871) scripsit *Histoire ecclés.* de la province de Trèves et des pays limitrophes comprenant les évêchés de Trèves, Metz, Toul, Verdun, Reims et Châlons, Verdun 1851 t. 3; *Histoire de Verdun* et du pays verdunois, ib. 1867—70 t. 3 usque ad medium sec. 15., opus ob auctoris mortem incompletum. — A. M. Filhol *Histoire religieuse et civile d'Annonay et du Haut-Vivarais* depuis l'origine de cette ville jusqu'à nous jours, Annonay 1880—82 t. 4 in 8. — Lecanu Brevillanus (1803—84) parochus beslonensis, canonicus constantiensis (Coutances), societatis antiquariae Normandiae membrum: *Histoire du diocèse de Coutances et Avranches* [1]) depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours suivie des actes des saints et d'un tableau historique des paroisses, Coutances 1877—78 t. 2 in 4. Ejus praeterea sunt *Dictionnaire des prophéties et des miracles,* Parisiis 1855 t. 2 in 8., encycl. theol. novae ed. Migne t. 24 et 25; *Histoire de N. S. J.-Christ* d'après la concordance des Evangiles complétée par l'exposé des traditions messianiques des peuples anciens, les détails de l'histoire contemporaine, la topographie des lieux et les indications talmudiques des Juifs, avec la restauration de la chronologie évangélique et des notes explicatives, ib. 1862 in 8; *Histoire de la s. Vierge* d'après l'Evangile etc., ib. 1860; *Histoire de Satan,* sa chute, son culte, ses manifestations, ses oeuvres, la guerre qu'il a faite à Dieu et aux hommes: Magie, possessions, illuminisme, magnétisme, esprits frappeurs etc.; Démonologie artistique et littéraire, association démoniaque, imprégnation satanique ou le sacrement du diable, ib. 1861 in 8. — Luco quondam prof. juris canonici et aliquot academiarum socius collegit *Pouillé historique* de l'ancien diocèse de Vannes, Vannes 1884 in 4., opus diligens, accuratum, rarum. — Eduardus Maria de Barthélémy d'Hastel Andegavensis (n. 21. Nov. 1830; † 30. Maj. 1888) auctor ferax, archaeologus eruditus [2]) plura reliquit, quae dioecesim catalaunensem spectant ut *Diocèse ancien* de Châlons

[1]) De hac dioecesi prodiit eodem fere tempore: *Etablissement du christianisme dans les Gaules.* Origines du diocèse de Langres et de Dijon, ainsi que de celui d'Autun; S. Hyrène ou Hyro, s. Bénigne et leurs successeurs immédiats sur le siège épiscopal de Dijon et de Langres, Divione 1889 auctore J. B. Lucotte parocho, qui stilo acri sed nimis levi manu apostolicitatem harum, imo fere omnium Galliae ecclesiarum tuetur.

[2]) *Le diocèse de Boulogne* descripsit fere eodem tempore Jul. Léon, St. Omer 1858.

[3]) Cf. Revue des qq. hist. XXI, 351.

[1]) E. A. Pigeon canonicus titularis constantiensis nobis dedit *Le diocèse d'Avranches:* sa topographie, ses origines, ses évêques et ses châteaux avec cartes et plans, Coutances 1888 t. 2.

[2]) Cf. Polybiblion 1888 II, 545.

sur Marne, histoire et monuments, Chaumont 1861; *Cartulaire* de l'évêché et du chapitre S. Etienne, 1852.

751. Thomas Casimirus Franc. de Ladoue n. 23. Jul. 1817, philosophiae et theologiae in seminario dacensi (Aquae Augustae, nunc dioecesis aturensis, Aire) professor, amicus familiaris et vicarius generalis episcopi de Salinis, electus est episcopus nivernensis (1873). Clero erat vere pater sed non diu rexit suam ecclesiam. Apoplexi correptus decessit 23. Jul. 1877. Scripsit duorum illustrium praesulum (de Salinis et Gerberti) vitas ut pag. 1168. 1180 diximus [1]). — Jo. Seb. Ad. de Devoucoux Lugdunensis n. 18. Mart. 1804, canonicus augustodunensis, protonotarius et episcopus ebroicensis (1858; † 2. Maj. 1870) scripsit *Histoire de l'antique cité d'Autun,* Paris 1846 in 8. — Jo. Paulus Fr. M. Felix Lyonnet n. S. Stephani (Saint-Etienne) 13. Jun. 1801 absolutis splendido successu studiis mox factus est theologiae professor in seminario blesensi et dein canonicus. Feliciter compositis negotiis cum gubernio dictus est episcopus S. Flori (1852); inde translatus (1857) Valentiam et demum (1865) ad archiepiscopalem sedem albensem. Magna solicitudine rexit suas dioeceses ordinesque religiosos fovit († 21. Dec. 1875). A Napoleone dictus fuerat eques legionis honoris [2]). En aliqua ejusdem opera: *Le card. Fesch,* Paris 1841 t. 2 in 8; *Histoire de Mgr. d'Avian* archiep. burdigalensis († 1828), ib. 1847; vitae aliquot sacerdotum illustrium; *Traités de la justice* et des contrats, Lyon 1843 t. 2 in 12; Tr. *de contractibus* hodiernis Galliarum legibus accomodatus, Lyon 1837; 1865; *de justitia et jure,* ib. 1837; 1858; *de matrimonio,* ib. 1837; 1860. Monographie *de s. Patien* ou l'Eglise de Lyon au V^e^ siècle (1844) etc. Opera pastoralia prodierunt collecta in Migne coll. d'orateurs sacrés ser. II. t. 17. — Dion. Car. marchio Godefroy-Menilglaise ex familia per tria secula viris eruditis illustri n. 1795 publicis muneribus prius addictus, operibus bonis postea et studiis intentus († 20. Jul. 1877) edidit notisque illustravit *Chronique* de Guines et d'Ardre auctore Lamberto parocho ardiensi (918—1203), Paris 1835; Chronique *du Haynaut* (1040—1195) auctore Gilberto cancellario hujus ditionis, Tournai 1874 t. 2 in 8. — Sigismundus Ropartz illustris alioquin advocatus († 18. Apr. 1878), praeter alia [1]) scripsit et edidit, quae historiam ecclesiasticam Galliae illustrant, ut *Annales briochines* auctore Ruffelet (Cf. supra 750) S. Brieuc 1851 in 8; *Histoire de s. Yves,* ib. 1855, pro qua meruit a Pio IX. collaudari, vitam Petri Morel ep. trecorensis († 1401); vitam J. M. de Lamennais (cf. supra 1183); vitam S. Brieuc et s. Guilelmi episcoporum briocensium, auctore de la Devison, ib. 1875 t. 2 in 8. etc. — Car. Lalore ed. *Collection* des principaux cartulaires du diocèse de Troyes, Paris 1875 ss. t. 9. — Jac. Laffetay Cadomi (Caen) n. 1810, canonicus bajocensis (1848; † 13. Febr. 1882) narrat *Histoire du diocèse de Bayeux* XVII^e^ et XVIII^e^ siècle, 1855; *Essai historique* sur l'antiquité de la foi dans le diocèse de Bayeux, 1862. — Plura reperiuntur ad rem in *Histoire de la Vendée* d'après les documents nouveaux et inédits auctore Denian parocho, Angers 1878—79 t. 6 in 8. — Sauterau sacerdos describit *L'Evêché de Dijon* et

[1]) Hujus ep. Esquisse biographique descripsit J. Tolra de Bordas praelatus domesticus Leonis XIII, doctor theologiae et juris utriusque (n. 1832), Paris 1878. Ejus praeterea sunt *Histoire des SS. Abdon et Sennen MM.* 1880 ed. 2: *L'Ordre de S. François d'Assise* en Roussillon, fragments et récits sur l'histoire ecclésiastique du diocèse d'Elve, Paris 1884. Cf. Polybibl. 1877 II, 168.

[2]) Cf. L'Episcopat p. 661; 572; 27 s.

[1]) Cf. Polybiblion 1878 I, 547 s.

ses évêques, Citeaux 1885 in 8. — Duchateau sacerdos *Histoire du diocèse d'Orleans,* 1888. — J. Perrier narrat *Histoire des évêques et archevêques* de Lyon, ib. 1887; *Histoire* des évêques de Valence, Monaco 1887. — Ad hanc ecclesiam refer etiam J. M. Chausse *Vie de M. l'abbé Jean Louis Duplay* prêtre de S. Sulp. ancien supérieur du grand séminaire de Lyon. Notes, souvenirs et monographie sur la diocèse de Lyon 1788—1877, Paris 1887 t. 2 in 12. — Amadeus Desgeorge missionariorum Carnoti superior praelatus domesticus suae Sanctitatis, Lugdunensis (n. 1804; † 17. Dec. 1887) praeter ascetica scripsit[1]) *Msgr. Flaget* (cf. 1493) Sa vie, son esprit, ses vertus etc., 1851; 1855; *Vie de Msgr. Mioland* archevêque de Toulouse († 1859), 1873 ed. 2. etc. — Camillus Daux missionarius dioecesanus, Montalbanus n. 1845 scripsit praeter plura alia *Histoire de l'église de Montauban* 1877—82 t. 2; *L'ordre franciscain* (de fratribus O. Min., Cappucinis, Clarissis etc.), ib. 1905; *Tropaire-Prosier* de l'abbaye S. Martin de Montauriol secundum exemplar originale editum, Parisiis 1901. — Theodorus Aug. Forcade versaliensis n. 2. Mart. 1816 aliquamdiu egit missionarium inter multa pericula in Japonia. Dictus est episcopus samosenus in p. i. et vicarius apostolicus Japoniae (1846). Negotii causa in Galliam rediens factus est episc. guadalupensis (1853), suamque dioecesim in ordinem redegit tenuitque primum synodum (1859). Dum in Europam rediret ut assisteret synodo provinciali agenensi promotus est ad sedem nivernensem (1861), inde translatus est ad sedem archiepiscopalem aquensem (Aix 1873). Praesul erat fortis: singulis annis synodum dioecesanam habuit, episcopus suffraganeos quotannis ad tractanda communia negotia congregavit, seminarium frequenter invisit, dioecesim diligenter lustravit etc. († 12. Sept. 1885). Synodos nivernenses fasc. 10 typis dedit Nevers 1863—72; dioecesis aquensis fasc. 11, Aix 1874—84; Acta et decreta synodi guadalupensis I, 1859; *Notice* sur Sr. Marie Bernard (Bernadette de Lourdes), Aix 1879; *Le premier missionaire* du Japon au XIX^e^ siècle, Lyon 1885.

752. Josephus Daris n. 1821 canonicus leodiensis, professor in seminario juris canonici et ecclesiasticae historiae, scripsit *Histoire du diocèse et de la principauté de Liége* depuis leur origine jusqu'au XIII^e^ siècle, Leodii 1890 in 8; pendant le XV^e^ siècle, ib. 1884; 1887; pendant le XVI^e^ siècle [1]), ib. 1878 t. 2 in 8; pendant le XVII^e^ siècle, ib. 1877 t. 2; *Histoire* ... 1724—1852, 1868 t. 4 in 8. *Notices historiques* sur les églises du diocèse de Liége, ib. 1876-85 t. 6 in 8. Hisce operibus diligenter elaboratis optime meruit de sua dioecesi. — *Histoire* eccl. de l'ancien diocèse de Liége elaboravit Car. Ant. Petr. Pollet (usque ad a. 1794) Leodii 1860 t. 2; continuata ad a. 1830, ib. 1881 t. 2 in 12. Obiit Pollet morte subita 23. Febr. 1887; n. erat 29. Jun. 1815. — Ferdinandus Vande Putte n. 18. Mart. 1807 in Rumbeke, parochus, ob suam eruditionem multarum societatum literariarum erat membrum, etiam societatis aperiendis fontibus rerum germanicarum medii aevi († 8. Febr. 1882). Edidit quam plurima chronica vel annales monasteriorum, inseruitque diss. et notitias de variis abbatiis fasciculis literariis [2]): sed prae

[1]) Cf. Polybiblion 1888 I, 274.

[2]) Cf. L'Episcopat pag. 273; 408; 17; Marbot Vie, Aix 1886.

[1]) Car. Rahlenbeck describit *L'Eglise de Liége* et la révolution, Bruxellis 1862.

[2]) Cf. Polybiblion 1882 I, 465; Biogr. nat. XVIII, 347—52 et Bibliogr. nat. IV, 75, ubi diligenter ejus labores literarii recensentur.

ardore monumenta hactenus in archivis latentia in publicam lucem proferendi nimis festinanter laboravit. — Jo. Engling philosophiae professor et canonicus luxemburgensis (1801-88), praeses societatis archaeologicae: *Apostolat des h. Willibrord,* Luxemburgi 1863; *Die Luxemburger Glaubensbekenner* unter der französischen Republik, ib. 1860.

753. In *Germania* mentione digni sunt: Jos. Lipf n. Massingae in Bavaria 17. Nov. 1805, Diepenbrock episcopo wratislaviensi aliquamdiu (1845-48) a secretis, canonicus ratisbonensis (1855; † 21. Jul. 1876), qui collegit magna sedulitate matriculam episcopatus ratisbonensis (1838), necnon et ordinationes episcopales ab a. 1250—1852; coeperat quoque historiam episcoporum ratisbonensium, quae tamen non prodiit [1]); edidit praeterea Longini Długosz canonici cracoviensis *chronicon episcoporum wratislaviensium* continuatione variorum auctum, Wratislaviae 1847. — De ecclesia spirensi bene meruit Franc. Xav. Remling n. in palatinatu 10. Jul. 1803, qui Moguntiae studiis operam dedit sub optimis magistris Liebermann, Raess, Weis et Klee (1819—24). Archivo episcopali addictus illi scrutando se impendit et ut se in ejusmodi investigatione excoleret, Monachium profectus est. Postmodum factus est parochus, canonicus spirensis 1852, historiographus dioecesis, membrum academiae monacensis et doctor philosophiae honoris causa († 28. Jun. 1873). Omnia ejus scripta magna cura elaborata referuntur ad illustrandam dioecesim spirensem: inter ea potiora sunt [2]): *die Geschichte der Bischöfe zu Speyer,* Moguntiae 1852—1854 t. 2; et supplementi instar *Urkundenbuch* zur Geschichte (usque ad a. 1803) etc., ib. 1852. 1853 t. 2; *Neuere Geschichte der Bischöfe zu Speier* sammt Urkundenbuch, Spirae 1867 t. 2; *Nicolaus von Weis,* Bischof zu Speyer im Leben und Wirken, ib. 1871 t. 2; *Kard. v. Geissel* Bischof von Speyer und Erzbischof zu Köln ... sammt Urkundenbuch, 1873; *urkundliche Geschichte* der ehemaligen Klöster und Abteien (69) in Rheinbaiern, Neostadii 1836 t. 2; *Denkschrift über das Reformationswerk* in der Pfalz, Mannheim 1846 etc., usque ad a. 1592; *Die Rheinpfalz* in der Revoluzionszeit von 1792—98, 1865 t. 2; 1867 ed. 2; *Urkundenbuch* des Klosters Otterberg in der Rheinpfalz 1845 cum Jo. Mich. Frey, qui cum Remling et Georgio Lehmann tertius est illustris scriptor de palatinatu optime meritus. Natus est Frey 21. Sept. 1788. Sacerdos ordinatus mox factus est ob sacerdotum raritatem parochus (1814), dein scholarum inspector; obiit electus decanatus sui senior (8. Jan. 1854). Historiae palatinatus impense erat deditus fructumque suorum studiorum exhibuit in op. *Versuch einer geographisch-historisch-statistischen Beschreibung,* opus diligens, accuratum, modo adhuc pretiosum, etsi proficiente inquisitione historica aliqua forte melius nunc innotescant [1]). — Antonius Mayer beneficiatus cathedralis monacensis dedit *Statistische Beschreibung des Erzbisthums München - Freysing,* quae fasciculis prodire coepit Moguntiae 1871. Operi immortuus est auctor [2]): illud continuavit G. Westermayer († 1893), qui t. 2. absolvit, Ratisbonae 1880, et 1884 t. 3. adjecit, opus accuratum. — Ecclesiam

[1]) Cf. hist. pol. Bl. 93, 67.

[2]) Cf. Lit. Hdw. 1865, 443; 1866, 298; 1867, 480; 1873, 430; in primis Baumann: Dr. Franc. Xav. Remling Eine Denkschrift zum 100. Geburtstag, Speier 1903; Schmid allg. d. Biogr. 28, 200.

[1]) Cf. Schmitt Allg. d. Biogr. 48, 743 s.

[2]) Cf. Lit. Hdw. 1871, 159; 1873, 330; 1880, 663; 1886, 167. — Alius ab eo est Fr. Ant. Mayer, aliquamdiu professor theologiae eistettensis et parochus († 1854), qui de archaeologia scripsit.

augustanam illustrandam sibi selegit Ant. Steichele. Natus is est 22. Jan. 1816 Martingae prope Donauwörth. Sacerdotio initiatus ut se magis excoleret universitatem monacensem iterum frequentavit. Episcopus augustanus Richarz, qui ejus dotes et studendi alacritatem agnovit, archivio dioecesano eum addixit, a secretis habere voluit atque consiliarium in curia episcopali; a canonicis 30. Dec. 1847 in capitulum fuit receptus, cujus factus est 1873 praepositus. Studiorum fructus gradatim prodiere: *Beiträge* zur Geschichte des Bisthums Augsburg 1849—51 t. 2. horum velut continuatio: *Archiv* für die Geschichte des Bisthums Augsburg, ib. 1854—61 t. 3; demum *das Bisthum Augsburg* historisch und statistisch beschrieben, Augustae 1861—87 t. 5; 1896—1909 t. 7., opus diligens et accuratum, pro quo componendo nulli pepercit labori, itineri, investigationi; sed illud absolvere non potuit interim factus archiepiscopus monacensis a. 1878: vix enim tertiam dioecesis partem i. e. 12 decanatus ex 38 describit [1]). Illud prosequi coepit Alfred Schroeder, qui t. 5. 6. et 7. typis dedit 1893—5. Nisus est reconciliare Doellinger cum Ecclesia catholica, sed conatibus optima intentione factis non respondit effectus († 9. Oct. 1889). — Franc. X. Himmelstein praepositus capituli wirceburgensis († 1889) dedit *Reihenfolge der Bischöfe von Würzburg* [2]), ib. 1843 in 8; *das wahre Leben Jesu* nach den Berichten und den eigenen Worten der vier hl. Evangelisten dargestellt, ib. 1866; *Konvertitenbilder* aus unserem Jahrhundert der reiferen Jugend vorgeführt, ib. 1885 in 12., epitome ex Rosenthal; redegit aliquamdiu (1841-43 cum G. J. Saffenreuter) *Allgemeiner Religions- und Kirchenfreund,* ib. — Jos. Georgius Suttner Landaviae n. 25. Mart. 1827, in lyceo eichst. hist. ecclesiasticae professor, totum se dicavit studio historiae dioecesanae. Archivia et bibliothecas sedulo lustravit. Etsi canonicus 1867, vicarius generalis 1871 et capituli praepositus 1885, sibi et discipulis caram non dimisit cathedram. Fracta demum valetudine coactus est ea se abdicare († 16. Sept. 1888). Studiorum fructus folio pastorali eichstettensi inseruit atque in libros derivavit: *Tabula Leonrodiana eystettensis* explicata et illustrata: accedunt vitae pontificum eystettensium ad sec. usque XVI. ex pontificali Gundecariano descriptae, Eystadii 1867; *Bibliotheca eystettensis dioecesana,* ein Beitrag zur Herstellung von Annalen der Literatur des Bisth. Eichstätt, ib. 1866. 1867 pp. 2 etc.

754. J. H. Hennes († 31. Dec. 1879) edidit *die Erzbischöfe von Mainz* nebst der politischen und militärischen Geschichte der Stadt, Moguntiae 1879 ed. 3. — De dioecesi hildesheimensi meruit Jo. Mich. Kratz bibliothecae hildesheimensis praefectus († 24. Jul. 1885). — Joannes Heyne elaboravit magna diligentia *Dokumentierte Geschichte des Bisthums und Hochstiftes Breslau,* aus Urkunden, Actenstücken, älteren Chroniken u. neuern Geschichtschreibern [1]), Wratislaviae 1860—68 t. 3 in 8. — El. Machatschek parochus edidit *die Geschichte der Bischöfe des Hochstiftes Meissen* in chronologischer Reihenfolge: zugleich ein Beitrag zur Culturgeschichte der Mark Meissen und des Herzog- und Kurfürstenthums Sachsen, nach dem Codex

[1]) Cf. Schroeder in praef. t. V. Bisth. Augsburg; Knöpfler allg. d. Biogr. 35, 572—76; hist. Jahrbuch 1890, 419; Lit. Hdw. 1866, 65; 1893, 356.

[2]) Nic. Reininger recenset in unterfränkischen Archiv XVIII (1865) *Die Weihbischöfe von Würzburg.* — J. N. Buchinger professor monacensis scripsit *Julius Echter v. Mespelbrunn* Bischof von Würzburg. ib. 1843 stilo panegyrico.

[1]) Cf. Literar. Handweiser 1865, 392; 1869, 558.

diplomaticus Saxoniae regiae, andern glaubwürdigen Quellen u. bewährten Geschichtswerken [1]), Dresden 1884 in 8. — Jacobus Marx [2]) n. Landscheidae 8. Sept. 1803, juris canonici et historiae ecclesiasticae in seminario trevirensi professor (1836—69) canonicus et officialis (1869; † 15. Febr. 1876) vir strenuus, doctus, de promovendo spiritu et vita probe catholica admodum sollicitus, plura reliquit scripta canonica, polemica, historica, archaeologica, cujusmodi sunt [3]): *Die Ursachen* der schnellen Verbreitung der Reformation 1834 (ejusdem primitiae); *Bilderstreit der byzantinischen Kaiser,* Treviris 1840; *das Wallfahrten* in der kath. Kirche, ib. 1842; *Geschichte des hl. Rockes* in der Domkirche zu Trier, ib. 1844, quo provocavit acrem contradictionem plurium ut Sybel, Gildemeister etc. *Caspar Olevian* oder der Calvinismus in Trier, Moguntiae 1846 etc., sed eminet: *Geschichte des Erzstiftes Trier* d. i. der Stadt Trier und Trierischen Landes als Churfürstenthum und als Erzdiöcese von den ältesten Zeiten bis zum Jahre 1816, Treveris 1858—64 t. 5, opus solidum quod nititur diligenti fontium studio et sana critica, alienum est a studio partium, quod modo adhuc est pretiosum, etsi forma et stilus minus sit gratus. — E. Podlech parochus descripsit *Geschichte der Erzdiöcese Cöln,* Moguntiae 1879 in 8. — G. Drouven († 11. Jun. 1879) parochus ratheimensis narrat *Die Reformation in der Cölnischen Kirchenprovinz* zur Zeit des Erzb. und Kurfürsten Hermann V. Graf zu Wied, nach neuen bis jetzt theils unbenutzten, theils unbekannten Quellen bearbeitet, Neuss 1876 in 8. — Jul. Evelt (n. 25. Jul. 1823) Dorstensis, historiae ecclesiasticae et apologeticae Paderbornae prof. († 1. Apr. 1879) collegit *Die Weihbischöfe von Paderborn,* ib. 1869. Plures inseruit diss. ad historiam Westphaliae spectantes foliis literariis.

755. Andreas de Meiller archivarius caesareus (n. 22. Nov. 1812; († 30. Jun. 1871) collegit magna diligentia et accuratione *regesta* (1550) *archiepiscoporum salisburgensium* ab a. 1106—1246, Regesten zur Geschichte der Salzburger Erzbischöfe Conrad I., Eberhard I., Conrad II., Adalbert, Conrad III. u. Eberhard II., Viennae 1866, cum utilibus annotationibus criticis [1]). — Georgius Tinkhauser († 6. Mart. 1873) coepit illustrare dioecesim brixinensem in op. *Topographisch-historisch-statistische Beschreibung der Diöcese Brixen* mit besonderer Berücksichtigung der Kulturgeschichte und der noch vorhandenen Kunst- und Baudenkmale aus der Vorzeit, Brixinae 1854—91, quod opus ab ipso coeptum continuavit Lud. Rapp († 1910), cujus jam prodierunt t. 5. — Frid. Scheibelberger Bavarus n. 1838 sacerdos strenuus in dioecesi linciensi, cubicularius pontificius (1879), insignibus coronae ferreae honoratus († 21. Jun. 1891), qui redegit 1876—80 Linzer Volksblatt, praeter plurima alia [2]) quae inseruit fasc. linciensibus, dedit *Mittheilungen zur Geschichte der Diöcese Linz* (acta et documenta), Lincii 1874-77 t. 2; *zwei bisher ungedruckte Schriften des Gerhoch von Reichersberg,* Viennae 1871; *Gerhohi Reich. praepositi opera* hactenus inedita t. 1. libri 3 de investigatione antichristi unacum tr. adversus graecos p. 1. et 2., Lincii 1875. — Franc. Pawlowski exstat *Premislia sacra* sive series et gesta

[1]) Cf. Diekamp Lit. Hdw. 1884, 740.

[2]) Alius est a Phil. Marx, de quo supra egimus p. 886.

[3]) Cf. Lit. Handw. 1865, 341; Kraus allg. d. Biogr. 20, 239; Kentenich ib. 52, 223; thes. p. 519.

[1]) Cf. Zeissberg allg. d. Biogr. 21, 218: Rump lit. Hdw. 1868, 387.

[2]) Cf. Guppenberger, qui ejus scripta sub. n. 89 recenset.

episcoporum przemisliensium, Cracoviae 1870. — Jos. Thaler OSB. Ultenae in Tiroli 15. Oct. 1798 natus, parochus ultra 40 annos († 21-28. Dec. 1876) praeter *Geschichte Tirols* von der Urzeit bis auf unsere Tage, Oeniponte 1854—1855 coepit *Der deutsche Antheil des Bisthums Trient,* topographisch-historisch-statistisch u. archäologisch-beschrieben von Mehreren, Brixinae 1866, quod opus non fuit absolutum. Reliquit et plura poëmata [1]).

756. Lud. Vautrey (cf. p. 1315) Helvetus, parochus et praelatus domesticus summi pontificis (n. 1829; † 5. Maj. 1886) scripsit *Histoire des évêques de Bâle,* Einsiedlae 1884—87 fasc. 4 in 2 t. cum plurimis illustrationibus 1886 in 8; *Monuments de l' Evêché de Bâle* (opus a Trouillat coeptum), 1870; *Histoire de la persécution dans le Jura Bernois* t. 2 etc. — Fridericus Fiala Nidaviae in pago bernensi 21. Jul. 1817 n., studiis operam dedit Friburgi in Br. et Tubingae. Jam tunc studio historiae flagrabat hujusque fructus in foliis literariis publicae luci dabat. Post animarum curam factus est historiae ecclesiasticae et juris canonici in seminario solodurensi professor, capituli praepositus et demum a. 1885 episcopus († 24. Maj. 1888). Plura edidit ad historiam ecclesiasticam Helvetiae spectantia [2]). Vir erat vere doctus et pacificus de historia patria bene meritus. — Franc. Lagnet-Fleury Helvetus (n. 1812; † 1. Nov. 1885), parochus Genevae et canonicus, n. 1812 scripsit *Histoire de l' Eglise de Genève* [2]) depuis les temps les plus anciens jusqu'en 1802 avec pièces justificatives, Genevae 1879—81 t. 3 in 8. *Histoire de M. Vuarin* et du rétablissement du Catholicisme à Genève, 1862 t. 2 in 8. — Quibus adde Theodorum comitem de Scherer-Boccard n. 12. Maj. 1816 nobili et antiqua prosapia, qui tota vita verbis, scriptis et opere stetit pro causa catholica. Hinc passus est persecutiones, imo et carcerem, exsilium, poenas pecuniarias et alia. Quapropter Pius IX. eum comitem dixit. Literarum culturae impense erat deditus, edidit folia publica, atque alia necnon et fasciculos literarios articulis ditavit, et opera vel opuscula ultra 35 edidit, inter quae: *Die 15jährige Fehde* der Revolution gegen die kath. Schweiz (1830-45), Luzern 1846; *Das Verhältniss* zwischen Kirche und Staat, Regensburg 1846. 1854 ed. 2; *Die Reformbewegung unserer Zeit* u. das Christenthum, Augsburg 1848; *Betrachtungen über die Mission* und die Verdienste des Papstthums, München 1850; *Helden u. Heldinnen* des christl. Glaubens u. der christl. Liebe aus dem Schweizerlande, Schaffhausen 1857; *Handbuch* zur Beurtheilung der Vorurtheile und Irrthümer unserer Zeit, Solothurn 1870; *Der christliche Staatsmann,* ib. 1875; Wiedereinführung des kath. Cultus in der prot. Schweiz im 19. Jahrhundert, Ingenbohl 1881; *Heidenthum u. Christenthum* betrachtet in den Monumenten des alten und neuen Rom, Regensburg 1880 ed. 2 etc. In *Archiv für die schweizerische Reformationsgeschichte* t. 2. a. 1873 ex archivo lucernensi protulit rescripta pontificia ex sec. 16. et 17., quibus historia ecclesiastica hel-

[1]) Cf. Lier allg. d. Biogr. 37, 645.

[2]) Cf. Gisi allg. d. Biogr. 48, 534—39; hist. Jahrb. 1888 p. 606; Lit. Hdw. 1869, 101; Schmidlin Fr. Fiala ein Lebensbild, Solodori 1890.

[3]) Franciscus Mugnier tribunali appellationis camberiensi a consiliis, Sabaudus (n. 1831) aliquot annis postea edidit: *Les Evêques de Genève-Annecy* depuis la Réforme (1535—1879), 1888 ed. 2 retractata et aucta. Edidit etiam *Histoire documentaire* de l'abbaye de s. Cathérine (prope Annecy), cum appendice: l'abbaye de Bonlieu, Chambéry 1886. — Jos. M. Lavanchy Sabaudus n. 1844 archipresbyter describit *Le diocèse de Genève* (parti de Savoie) pendant la révolution, Annecy 1894 t. 2 in 8., opus accuratum et diligens.

vetica haud parum illustratur. In t. 1. cum Fiala edidit *Cronicka* und Beschrybung von anfang des nüwen ungloubens, auctore Jo. Salat scriba lucernensi. Dum primum institueretur associatio piana (Piusverein a. 1857), electus est in praesidem centralem, quo munere functus est ad mortem usque (6. Febr. 1885). Nunciorum apostolicorum Lucernae erat consiliarius et cum viris illustribus suae aetatis fovit commercium epistolare [1]). — Justus (Jo. Joseph) Landolt OSB. in monasterio einsiedlensi (n. 9. Apr. 1815; † 15. Nov. 1883) narrat Die *Christianisierung des Linth- und Limathgebietes,* Lucernae 1867, symbola ad historiam ecclesiasticam Helvetiae [2]). — Aloysius Lütolf Lucernensis (n. 23. Jul. 1824; † 8. Apr. 1879) exhibet *Die Glaubensboten der Schweiz* vor St. Gallus, Lucernae 1871, opus diligens et accuratum. Natus est A. Lütolf 23. Jul. 1824, et paterna cura Josephi Laur. Schiffmann parochi († 1856) optime institutus, cui propterea filiali pietate posuit monumentum: *Leben und Bekenntnisse des J. L. Schiffmann:* ein Beitrag zur Charakteristik J. M. Sailers und seiner Schule in der Schweiz, Lucernae 1860. Studiis operam dedit Friburgi sub Hirscher et Alban Stolz, Monachii sub Döllinger; in patria post varia fata factus est professor historiae ecclesiasticae et patrologiae (1868) et canonicus. Multa edidit, inter quae etiam *Forschungen und Quellen* zur Kirchengeschichte der Schweiz, ib. 1871. Continuavit 1882 Jos. E. Kopp *Geschichte der eidgenössischen Bünde,* t. V. p. 2. atque auctoris scripsit biographiam, Lucernae 1868. Edidit et alia ad historiam Helvetiae illustrandam: hinc amici merito ipsi defuncto (8. Apr. 1879) epitaphium posuerunt: „Rerum civilium et ecclesiasticarum investigator acutus, judex subtilis, scriptor certus, homo modestissimus [1])". — Denique in America Jac. Roosevelt Bayley episcopus primum nevarcensis (1853), dein (1872) archiepiscopus baltimorensis († 3. Oct. 1877), narrat A brief sketch of the early *History of the catholic Church* on the island of New-York, 1853; 2. ed. 1870; *Memoirs of Sim. Gabr. Bruté,* first Bishop of Vincennes, New-York 1855.

757. In *Italia* praeprimis laudandus Jos. Cappelletti sacerdos venetus, qui plurimis fasciculis (358) descripsit *Le Chiese d' Italia* dalla loro origine sino a' nostri giorni, Venetiis 1844 ss. t. 22; *Storia della Chiesa di Venezia,* ib. 1849—56 t. 13; *I Gesuiti* e la republica Venezia, ib. 1873. — B. Cecchetti archivi praefectus († 16. Mart. 1889) praeter alia edidit: *La republica di Venezia e la Corte di Roma* nei rapporti colla religione, Venetiis 1874 t. 2 proh. 1875; *Documenti* per la storia dell' augusta ducale basilica di s. Marco dal sec. IX. sino alle fine del XVIII., ib. 1886. — Jac. Ludovicus Grassi canonicus et quondam (1840—49) athenaei bibliothecarius († 25. Oct. 1893 a. aetatis 82) collegit *Serie dei vescovi ed arcivescovi di Genova,* 1872 in 4; *Catalogo di Liguri* che ebbero alte dignità ecclesiastiche, 1858 in 8. — Marcus Remondini congr. miss. Genuensis n. 16. Jan. 1821 insignis erat orator, historicus, archaeologus, imo et architectus († 1887) qui recenset *Le parrochie dell' Arcivescovado di Genova* [2]): Notizie storico-ecclesiastiche, con aggiunta di Arturo Ferretto, Genova 1887—97 t. 15 in 8; *Iscri-*

[1]) Cf. Mayer KL. X, 1786 ss.; praeprimis ejusdem l. Th. Scherer B., Einsiedeln 1900.

[2]) Cf. de his Rump Lit. Handw. 1869, 101; Studien und Mittheilungen V (1884) 1, 497.

[1]) Cf. Meyer allg. d. Biogr. 19, 700; Schmid Erinnerungen an Dr. A. Lütolf, Lucernae 1880; Barbetta Less. ecclesiastiche III, 239.

[2]) Hujus op. auctorem Pagliaini III, appellat Antonium R., quem distinguit a Marco R. Cf. Less. eccl. IV, 492.

zioni antiche liguri, ib. 1878 in 8; *medioevali* della Liguria, ib. 1880. — Caj. Tonini composuit *Storia del Card. Giac. Pecorario* vescovo di Preneste (1170—1245), qui magnas habuit partes in negotiis illius temporis praesertim sub Frederico II., Parmae 1871, multaque reliquit scripta ad res placentinas. — Jo. Spano Sardus, diligens archaeologus († c. 1877) describit *L' anticho episcopato di Sorres,* Cagliari 1858, et praeter quam plurima opuscula et dissertationes archaeologicas spectantes ad patriam suam collegit *Abecedario storico* degli uomini illustri sardi, Cagliari 1869. — Diligentissimus historiographus fuit Frid. Oderici Brixiae n. 27. Aug. 1807, praefectus bibliothecae nationalis parmensis (1862), inde translatus ad bibliothecam braidensem Mediolani 1875 († 12. Sept. 1884), eques coronae ferreae. Ad 132 opera et opuscula composuisse legitur [2]), inter quae et magna opera: *Antichità christiane* di Brescia, ib. t. 1; Mediolani 1852 t. 2. in f.; *Codice diplomatico bresciano,* ib. 1854 ss.; *Brescia romana* e sue memorie cristiane, ib. 1854 in 8., ed. rarissima, quia impressa fuere tantum exemplaria 25; *Storie bresciane* dai primi tempi fin all' età nostra 1853—65 t. 11; compendiate ib. 1882. — Laur. Leonis reliquit *Cronaca dei vescovi di Todi* (ad. a. 1000), ib. 1889 fasc. 16, opus posthumum. — Hier. Rossi descripsit *Storia della Città e Diocesi di Albenga,* Albengae 1870. — Bart. Capasso collegit *Memorie storiche della Chiesa Sorrentina,* Neapoli 1854. — Hier. Marzo-Ferri in *Stato presente della chiesa di Sicilia* ossia Continuazione alla Sicilia sacra di Rocco Pirri (III[3], 1114), Panormi 1860, quod promisit non praestitit, i. e. Siciliam sacram non continuavit. — Achilles Ferres dedit *Descrizione storica delle Chiese di Malta e Gozo,* Melitae 1866. — E. de Sainte Marie consul gallus Salonicae et membrum societatis geographicae et asiaticae n. 1843 praeter alia historica et archaeologica descripsit *La Tunisie chrétienne,* Lugduni 1878 in 4. *Mission à Carthage,* Paris 1884, quo in op. exhibet antiquitates et inscriptiones punicas repertas.

758. Quosdam jam nominemus qui *de religiosorum institutis* eorumque gestis scripserunt [1]), inter quos non infimum locum occupat Carolus René Forbes de Tryon comes de Montalembert. Natus est ipse Londini 15. Maj. 1810 ultimus nobilis familiae surculus. Juvenis erat egregie excultus, bonae intentionis, a morum corruptione purus, studiis deditus. Intrepide stetit praesertim in parlamento pro libertate tam ecclesiastica quam politica, in primis pro instructionis publicae libertate [2]), O' Connel gallicus propterea dictus, ejusque nomen celeberrimum factum est penes sinceros catholicos per orbem. Dolendum, quod amicitia nimis junctus cum Lamennais tardaverit se subjicere censurae romanae: opera tamen Lacordaire ab illo recessit atque judicio apostolico adhaesit. Nostrum non est ejus merita

[1]) Cf. Pagliaini Catal. gener. della Letteratura it. dall' a. 1874—99. Milano 1905 t. III p. 553 s.

[2]) Cf. P. da Ponte, Fr. Oderico, Brescia 1885; Pagliaini l. c. II, 855; Molteni Less. eccl. III, 854.

[1]) De Dominico Grammer O. Min. (n. 1820; † 3. Apr. 1882), qui plures articulos huc spectantes Lexico ecclesiastico friburgensi inseruit, cf. Lit. Handweiser 1882, 378.

[2]) Pro hac stetit fervidus et constans propugnator Jo. Phil. Augustus Lalanne Burdigalensis (n. 7. Dec. 1795; † 23. Maj. 1879) collegiorum insignis rector et inspector, eques legionis honoris (1860), cujus exstant plurima scripta: *De la liberté de l'enseignement* défendue contre la raison de l'Etat, quod in hoc argumento optimum censetur. *Morceaux choisis de Tertullien,* 1851, liber classicus; *De l'influence des Pères de l'Eglise* des quatre premiers siècles sur l'éducation publique, 1869 etc. Cf. Polybiblion 1879 II, 80.

fusius persequi[1]). Nimio libertatis minus bene in nonnullis intellectae zelo abreptus acrius se opposuit definitioni infallibilitatis pontificiae. Decessit ante illam diuturno acerboque morbo consumptus 13. Mart. 1870 signis veri catholici. Pius IX. voluit ut pro eo Romae sacrum solemne celebraretur, cui ipse interfuit. Praecipuum ejus opus est *Les Moines d' Occident* depuis s. Benoît jusqu'à s. Bernard, Parisiis 1860—67 t. 5 ed. 5., quibus adjecti sunt ex ejus schedis 1874 t. 6. et 1877 t. 7., germanice interprete Car. Brandes OSB. et J. Müller, Ratisbonae 1860-78 t. 7, insignis apologia vitae religiosae et historia ord. s. Benedicti nobili classicoque stilo conscripta[2]), quae tamen pertingit tantum usque ad Bedam ven. *Histoire de s. Elisabeth de Hongrie* duchesse de Thuringe[3]), cum bona et erudita introductione de spiritu et vita medii aevi, ib. 1836 saepius edita; 1890 ed. splendida; 1903 ed. 22., etiam germanice Lipsiae 1837; *du Devoir des Catholiques* dans la question de la liberté d'enseignement, Parisiis 1864; *s. Anselme* fragment de l'introduction à l'Histoire de s. Bernard, ib. 1844; *du Vandalisme et du Catholicisme* dans l'art, ib. 1839; 1856, excellens plane disputatio archaeologica; 1856 ed. retractata, recepta a Migne in Dictionnaire d'Esthétique chrétienne, ib. 1856, 1005—1226. Opera alia ejusdem collecta prodierunt ib. 1861—68 t. 9; orationes[1]) iterum ib. 1892 t. 3. Ejus scripta excellunt splendido et puro stilo, idearum dignitate, sentiendi nobilitate. — Petrus Ant. Justinus Paulinier (n. 29. Jan. 1815; † 12. Nov. 1881), seminarii director, parochus, dein episcopus gratianopolitanus (1870), demum 1875 archiepiscopus bisuntinus praeter insignes literas pastorales (84) scripsit etiam *Etude sur la réforme monastique* au IX^e^ siècle en Occident; et le *Concile oecuménique,* 1869 in 8. Erat academiae montispessulanae et bisuntinae socius[2]).

759. Carolus Jo. Greith Rappersvilanus in Helvetia n. 25. Maj. 1807, studiis vacavit Lucernae partim, partim Monachii, ubi familiaritatem iniit cum Goerres hujusque consortibus. Parisios profectus est ut se magis excoleret ibique sacros suscepit ordines. Redux in patriam fungitur munere subregentis in seminario et praefecti celeberrimae bibliothecae sangallensis, quo tamen privatus fuit, quia intrepida libertate stetit pro Ecclesiae juribus. Interim Romam invisit (1834—36) ejusque archiva, ex quibus copiosam retulit segetem, quae ob temporum iniquitatem inedita mansit: prodiit

---

[1]) Socium habuit certaminum Combalot (n. 1798; † 1873) et apud La Monnais condiscipulum. Is tamen mox agnovit hujus aberrationes et ab eo se separavit. Acriter stetit pro Ecclesiae juribus, pro libertate instructionis publicae, contra errores Jansenianorum et gallicanorum, pro declaratione infallibilitatis pontificiae. Concionator usque ad provectam aetatem apostolicus, qui cathedras praecipuas Galliae illustravit, et vel coram rege (Carolo X.) concionatus est. Ejus *sermones* prodierunt Parisiis 1839; *Le dogme* de l'incarnation envisagé comme la raison dernière et suprême de tout ce qui est, 1840. 1841. Ricard insigne ei posuit epitaphium L'abbé Combalot missionaire apostolique, Paris 1891. Cf. Etudes rel. 1891, III 420 ss.

[2]) Cf. hist. pol. Bl. 1861, 47, 509—29; Kessel Lit. Hdw. 1879, 87; Etudes LXXI (1879) 194 ss.

[3]) Baumgartner KL² 8, 1827: Keine blosse Erbauungsschrift, sondern eine auf ernsten, kritischen Studien beruhende, streng historische Biographie, die beste und gründlichste, welche über die liebenswürdige Heilige überhaupt vorliegt, wenn auch über Einzelheiten ihres Lebens seither noch eingehendere Forschungen angestellt worden sind. M. bewährt in diesem Buch eine allseitige Durchdringung des Mittelalters, seines Geistes und seiner Institutionen und hat gerade hiedurch bahnbrechend gewirkt. Cf. de auctore Lecanuet, Parisiis 1877—1902 t. 3; Hdl. II, 1019.

[1]) Cf. de his Weinand Lit. Hdw. 1903 pag. 416.

[2]) Cf. Besson Vie de Msgr. Paulinier, Paris 1885; Polybiblion 1881 II, 535.

tantum *spicilegium vaticanum*, Beiträge zur näheren Kenntniss der vaticanischen Bibliothek für deutsche Poesie des Mittelalters, Frauenfeldae 1838. Parochus factus sangallensis admodum sollicitus fuit de promovenda causa et libertate catholica in patria sua deque instituenda nova dioecesi, qua post ingentes difficultates demum erecta constitutus est capituli decanus, et exinde fidelis administer fuit episcopo Petro Mirer, quem constanter juvit verbo et calamo ad mortem usque in continuis vexationibus a liberalibus suscitatis. Non neglexit interim studia et commercium literarium cum quamplurimis viris eruditis. Defuncto episcopo electus est in successorem 11. Sept. 1872. Indefessa sollicitudine curavit bonum suae dioecesis iniquissimis temporibus: hinc ejus vita jugis fuit pugna: nec constantiae ejus defuit fructus. Tempore concilii vaticani se opposuit definitioni infallibilitatis pontificiae, qua tamen declarata, prompte se subjecit et pro illa stetit († 17. Maj. 1882). Ex ejus operibus potiora sunt[1]): *Die deutsche Mystik* im Predigerorden (1250—1350), 1861; *Der h. Gallus*, der Apostel Alemanniens, St. Galli 1864; *Die h. Glaubensboten Columban u. Gall*, ib. 1865; *Geschichte der altirischen Kirche*[2]) und ihrer Verbindung mit Rom, Gallien u. Alemannien (430—630), Friburgi 1867; *der Choral im Kloster St. Gallen* Einleitung zum Cantuarium S. Galli, St. Galli, 1845; *Handbuch der Philosophie* (cum Ulber), 1853—57 t. 3, etc. Laudem quoque merent ejus sermones (Schafusiae 1847—52 t. 3) et literae pastorales ob soliditatem et dictionis splendorem[1]), hinc ‚Bossuetus helvetus' dictus.

760. Melchior de Cerreto Min. († 1871) continuavit *annales Minorum* seu trium ord. a s. Francisco institutorum (cf. III, 963) Napoli, Anconae et ad Claras Aquas (Quaracchi) 1844-1886 t. 21—25, quibus pertingit ad a. 1622. Adjutorem habuit Eusebium Fermendsin, qui materiam ab illo praesertim ex archiviis romanis haustam pro ultimo tomo formavit perfecitque, atque biographiam auctoris praemisit. — Jos. Tolra de Bordas († 1890) juris utriusque et theologiae doctor, quondam rhetoricae professor, suae Sanctitatis praelatus domesticus describit *l' Ordre de s. François d'Assise* en Roussillon, fragments et récits sur l'histoire ecclésiastique du diocèse d'Elne, Perpiniani 1884 in 12; in quo historiam prosequitur ad 1879 usque. — Panf. da Magliano Min. Ref. scripsit *Storia compendiosa di S. Francesco* e dei Francescani, Romae 1874, opus bonum. — Peregrinus de Forli O. Cap. definitor generalis continuavit *Annales O. Cap.* ad a. 1719, Mediolani 1883 t. 4. — Elmus Moria Caro Pictaviensis (n. 4. Mart. 1826; † 13. Jul. 1887) philosophiae professor et academiae gallicae membrum scripsit *S. Dominique et les dominicains*, 1853 in 16; et plurima opera philosophica scil. de recentioribus philosophis Leopardi, Schopenhauer, Hartmann (1880 ed. 2.), Littré, Goethe, Martin etc.; *le*

[1]) Cf. ejus elogium in Erinnerungen an Dr. K. J. Greith, Friburgi 1884; et KL² 5, 1193 auctore Baumgartner SJ.; et jam prius Stimmen aus Maria Laach 24, 486—510; 26, 364—87 ss.; Lit. Rundsch. 1882 Sp. 385—92; Cesch can. sangall. Dr. K. Gr. Biograph.-hist. Studie, St. Gallen 1909. Rothenflue hist. pol. Bl. 90 (1882), 501—25 et jam antea Wirceburgi 1874; Lauchert Allg. d. Biogr. 49, 533—37. Ejus nepos pariter Carolus dictus (n. 21. Febr. 1828; † 17. Nov. 1887) insignis erat musicus ecclesiasticus.

[2]) Cf. Rump Lit. Hdw. 1867, 527.

[1]) Rothenflue l. c. pag. 524: Die herrlichen Fasten- u. Hirtenschreiben Greiths an Klerus und Volk bilden eine wahre Goldgrube christlicher Lehrweisheit, sehr häufig in der Sprache der Kirchenväter, die er mit Vorliebe citirt, in der schwunghaften, bilderreichen Redeweise, wie sie ihm als Schüler des grossen Görres besonders eigen war.

Matérialisme et la Science, 1868 ed. 2; *l'Idée de Dieu* dans la critique contemporaine, 1872 ed. 5. etc. — Antonius Danzas OP. († 1888) reliquit *Etudes sur les temps primitifs de l'ordre de s. Dominique:* le Bienheureux Jourdain de Saxe, Pictavii 1874—77 t. 4 in 8., opus eleganti conscriptum stilo, quo bene describit spiritum perfectionis, qui primis ordinis temporibus viguit. Coepit novam seriem: *S. Raymond de Pennafort* et son époque, ib. 1885 t. 1: num alii prodierint nos latet. — Em. Ceslaus Bayonne[1]) OP. Tolosanus philosophiae professor in universitate parisiensi catholica (n. 1832; † 1885), descripsit *le Monastère des dominicains de Langres* (1621—1880), Langres 1881 t. 2 in 8; *Etude sur Jérôme Savanarole*[2]) ... d'après de nouveaux documents, 1879 in 12. — F. A. Lefebure parochus in dioecesi atrebatensi, societatis archaeologicae atrebatensis membrum, scripsit *S. Bruno et l'Ordre des Chartreux,* Parisiis 1883 t. 2, cui operi nonnihil prolixo praemiserat: *la Chartreuse de Notre-Dame-des-Prés à Neuville-sous-Montreuil-sur-Mer,* ib. 1882; 1890 ed. 2. aucta; *la Chartreuse de S. Honoré* à Thuison près d'Abbeville, ib. 1885. — Henr. Pignot reliquit *Histoire de l'ordre de Cluny*[3]) depuis la fondation de l'abbaye jusqu'à la mort de Pierre le Vénérable (909—1157), Autun 1868 t. 3 in 8. — Franc. Cucherat (1812—87) inter alia describit *Cluny au XI^e siècle,* son influence religieuse, intellectuelle et politique, 1873 in 8; *la Prophétie de la succession des Papes* depuis le XII^e siècle jusqu'à la fin du monde. Son auteur, son authenticité et son explication, Paris 1873.

761. Jacobus Crétineau-Joly n. 23. Mart. 1803 in Vendea, jam a. 19. philosophiae professor, vitae politicae immersus plura redegit folia publica († 1. Jan. 1875) scripsitque stilo oratorio[1]) *Histoire religieuse, politique et littéraire de la Compagnie de Jésus* composée sur des documents inédits et authentiques, Parisiis 1844—46 t. 6; 1851 ed. 2; 1856 ed. 3., germanice Viennae 1845—48, cujus veluti supplementum est *Clément XIV. et les Jésuites,* Parisiis 1847 cum triplici alio libello de hoc argumento; *L'Eglise romaine* en face de la révolution, ouvrage composé sur des documents inédits, ib. 1859 t. 2 in 8; 1863 t. 2 in 12; *Mémoires* du Card. Consalvi, Paris 1864; 1866 ed. aucta introductione prolixa, collectio pretiosa; *Bonaparte,* le concordat de 1801, et le Card. Consalvi[2]),

---

[1]) Ejus frater Hyacinthe B. pariter OP. scripsit *Vie de s. Catherine de Ricci* de Florence, religieuse du tiers ordre régulier de s. Dominique (1522—90), 1873 t. 2 in 12;

[2]) Cf. etiam Al. Gherardi *Nuovi documenti* e studi intorno a G. Savanarola Florentiae 1876; 1887 ed. aucta novis documentis (269).

[3]) Cf. Revue des qq. hist. 6, 265—72. Augustus Bernard archaeologus et typographus (1811—1868) edidit *Recueil des chartes de l'abbaye de Cluny,* quam tamen collectionem complevit, recensuit, redegit Alex. Bruel, Parisiis 1876—89 t. 4 in 8. — Alius ab eo est Th. Bernard congr. s. Sulp., cujus exstat *Cours de liturgie romaine* ou Explication historique, littéraire et mystique des cérémonies de l'Eglise à l'usage des séminaires et du clergé, Parisiis 1884; 1895 in 12; 1908 ed. 4; Leçons élémentaires de Liturgie, ib. 1903; 1908, et Bernard OSB. qui edidit *le Bréviaire romain,* i. e. commentarium de eo, Citeaux 1888 in 12; et J. Bernard de Montmélian, poëta, cujus exstat *S. Maurice et la Légion thébéenne,* Parisiis 1888 t. 2 in 8., opus non admodum criticum. Cf. Polybiblion 1889 I, 250. Ceterum de hoc argumento scripsit etiam Ducis professor et canonicus, archivarius († 5. Jan. 1895 a. aetatis 83) *S. Maurice et la Legion thébéenne,* Annecii 1887 in 8., qui tamen nimis audacter quaedam asserit vel supponit minus probabilia. Cf. Kirschmann hist. Jahrb. 1892, 783; et de praecedenti ib. p. 785.

[1]) Cf. Maynard J. Cretineau-Joly, sa vie politique, religieuse et littéraire d'après ses mémoires, sa correspondence et d'autres documents inédits, 1875.

[2]) Cf. Revue des qq. hist. 7, 524—37.

ib. 1869. — Augustus Carayon SJ. Salmurensis (n. 31. Mart. 1813; † 15. Maj. 1874), bibliothecarius, publicavit *Documents inédits* concernant la Compagnie de Jésus, Parisiis 1863—70 et 1874—86 fasc. 23, documenta pretiosa pro historia Soc. Jesu in Gallia, Lusitania, Hispania, in missionibus canadensi, Americae meridionalis, Orientis, Russiae etc. Inter ea est etiam *L'Université de Pont-à-Mousson* histoire extraite des msc. du P. Nic. Abram III[3], 1051); *Histoire abrégée des Congrégations de la très Sainte Vierge,* ib. 1863; *Bibliographie historique* de la Comp. de Jésus ou Catalogue des ouvrages relatifs à l'histoire des jésuites, ib. 1864. — Henricus Foley SJ. Anglus (n. 9. Aug. 1841; † 19. Nov. 1891), qui, etsi frater laicus tantum, edidit *Jesuits in Conflict* or Historic Facts illustrative of the labours and sufferings of the English Mission and Province of the Society of Jesus, in the times of Queen Elizabeth and her successors, Londini 1873—83 t. 7 in 12. opus egregium et accuratum, cujus veluti epitome est l. *Die Märtyrer und Bekenner der Gesellschaft Jesu in England* von 1580-1681, Oeniponte 1886 in 8. auctore Andrea Kobler SJ. Mühldorfii in Bavaria 22. Jun. 1816 n., qui turbarum a. 1848 tempore secessit in Americam, ubi et mathesim docuit. Rexit in universitate oenipontana cathedram historiae ecclesiasticae electusque est rector magnificus. Praefuit seminario klagenfurtensi ibique decessit 17. Nov. 1892. Edidit praeterea *Katholisches Leben im Mittelalter:* ein Auszug aus K. Digby's *Mores catholici* or Ages of Faith, ib. 1887—89 t. 4 in 8; ex quo jam a. 1867 Ratisbonae derivavit *Studien über die Klöster des Mittelalters; P. Florian Bauke* ein Jesuit in Paraguay (1748-66), nach dessen eigenen Aufzeichnungen, ib. 1870 in 12., opus utile et lectu dignum; et plura alia scripsit, quae inseruit fasciculis literariis [1]). — Historiam societatis Jesu illustrarunt praeterea Buss (p. 1662), Gagarin (p. 1667) etc.

762. De singularibus monasteriis scripserunt [2]): Franciscus Xav. Pritz CSA. in canonia s. Floriani Styriae n. 4. Nov. 1791, in lyceo linciensi studii biblici et linguarum orientalium professor ab a. 1817—55, etiam hujus director et membrum academiae viennensis († 22. Mart. 1872), scil. in *Geschichte der ehemaligen Benediktinerklöster in Garsten und Gleink,* 1841; deque aliis [3]) in fasciculis literariis Musei francisco-carolini linciensis, academiae viennensis aliisque etc. *Ueber den Monotheismus* als Urreligion der Menschheit in Pletz theol. Ztschr. VI (1833) fasc. 2. 4; *über den höchsten Zweck der Menschheit* und ihrer Geschichte und die Vollführung desselben durch die Gottheit, in Theol. Qtlschr. Linz 1849—52 pluribus fasc. — Ejus sodalis Jodocus Stülz illius canoniae praepositus n. 23. Febr. 1799 Bezaviae prope lacum brigantinum, academiae monacensis et viennensis socius, historiographus caesareus, vir vere eruditus et candidis moribus († 28. Febr. 1872), plures diss. historicas actis academiae viennensis inseruit [4]), scripsitque *Geschichte des regulirten Chorherrenstifts St. Florian,* Lincii 1835; *des Klosters Wilhering,* ein Beitrag zur Landes- und Kirchengeschichte Oberösterreichs, mit einem Anhang: Geschichte des Cistercienserstiftes Engels-

[1]) Cf. Sommervogel III. App. IX; IV. Ap. XIII; Lauchert Allg. d. Biogr. 51, 292.

[2]) De comite Ludovico de la Boutetière († 26. Dec. 1881) antiquitatis studioso etsi militiae addicto, qui plurium monasteriorum Vendeae chartularia excussit et documenta edidit, cf. Polybiblion 1882 I, 357.

[3]) Cf. Krones allg. d. Biogr. 26, 611; Černík p. 62—67.

[4]) Cf. Krones ib. 36, 748; Guppenberger, qui pag. 221—25 ejus scripta sub num. 84 recenset; pariter et Černík 102—113.

zell, ib. 1840 etc. Archivum canoniae labore decenni in ordinem redegit ejusque registrum confecit. Multarum academiarum erat socius, titulis et muneribus honorificis fuit auctus. — Theodorich Hagn OSB. in monasterio cremofanensi, cujus erat archivarius, abbas lambacensis (n. 23. Mart. 1816; † 29. Aug. 1872), descripsit *das Wirken der Benediktiner-Abtei Kremsmünster* für Wissenschaft, Kunst und Jugendbildung, ein Beitrag zur Literatur- und Culturgeschichte Oesterreichs, Lincii 1848 in 8. — Honorius Burger OSB. Hornae in Austria inferiori 22. Nov. 1788 n., monasterium altenburgense ingressus 9. Oct. 1807, in eo munere camerarii et directoris cancellariae functus est. Anno 1842 d. 31. Aug. abbas est electus, eique praefuit a. fere 36, ab imperatore eques ordinis coronae ferreae nominatus et magno numismate aureo insignitus († 21. Jul. 1878 a. aetatis 90). Reliquit [1]) praeter alia *Geschichtliche Darstellung der Gründung und Schicksale des Benediktinerstiftes St. Lambert zu Altenburg* in Niederöstreich, dessen Pfarren u. Besitzungen und mehrerer die hiesige Gegend betreffender Ereignisse, Viennae 1862 cum appendice, quae complectitur emendationes, additamenta etc., Hornae 1869; *Urkunden* der Benediktiner-Abtei etc. vom J. 1144—1522, Viennae 1865. — P. Ropertz parochus collegit et edidit *Quellen und Beiträge* zur Geschichte der Benedictiner-Abtei St. Vitus in M.-Gladbach, ib. 1877. — Beda Schroll OSB. († 1892) collegit *Urkundenbuch* des Benedictinerstiftes St. Paul in Kärnten, Viennae 1876, et ejusdem monasterii necrologium. — Greg. Fuchs OSB. († 24. Febr. 1878) quatuor abbatum admontensium scripsit [2]) vitam (trium in *Mittheilungen* des historischen Vereines für Steiermark t. 9—11); *die Gründung der Benedictiner-Abtei Admont* vor 800 J., Graecii 1874; *Kurzgefasste Geschichte des Benedictinerstiftes Admont*, ib. 1858; 1859 ed. 2. — De Carolo Rossel († 30. Jul. 1872) jam egimus p. 744, qui operi ibidem laudato adjecit *Urkundenbuch der Abtei Eberbach*, Wiesbaden 1862—65 t. 2. Historiam ipsius monasterii continuavit ab a. 1331—1803 Leopold Stoff, cujus continuationis prodiit p. 1 (t. 3. operis), ib. 1886. — De Praemonstratensibus per Bohemiam et Moraviam (bohemice Pragae 1877) egit Dominicus Car. Čermák O. Praem. in canonia strahovensi Pragensis (n. 2. Febr. 1835; † 6. Dec. 1890), bibliothecarius, qui plura de sua canonia et patria edidit inseruitque fasciculis literariis [1]). — Ejusdem ord. erat alius diligens bibliothecarius Theodorus Ign. Welvaarts in canonia Postel, prior et professor s. Scripturae et philosophiae, n. in Schijndel Brabantiae septentrionalis oppido 20. Jun. 1840 († 13. Sept. 1892). Plurium monasteriorum ex archivis historiam vel sodalium narrat vitam [2]). — Ludovicus de Gonzaga, nomine familiae Daras, Suessionensis (n. 28. Dec. 1820; † 4. Nov. 1892), O. Praem. aliquot libellos reliquit ad propriam spectantes sodalitatem, inter quos: *Les Ecrivains de l'Ordre de Prémontré*, ab a. 1120—1884, Tolosae 1884, nimis festinanter, obiter, inexacte compositum [3]). — Rob. Köpl fuit sodalis in canonia teplensi (1796—1877). — Romualdus Ruhietl item ex eodem ord. Moravus (n. 1848; † 23. Nov. 1884) typis dedit *Geschichte des Prämonstratenserstiftes Geras* in Niederösterreich, Würzburg 1882. — Mich. Faigl CSA. in canonia ducumburgensi (Herzogenburg) n. 24. Febr. 1824 in Austria inferiori

[1]) Cf. Scriptores p. 33—35; Studien und Mittheilungen XX (1899), 461.

[2]) Cf. Wichner Geschichte des Benedictinerstiftes Admont 1880 t. 4 p. 453.

[1]) Cf. Goovaerts I, 113 ss.

[2]) Cf. copiosum elenchum apud Goovaerts II, 377—80.

[3]) Cf. Goovaerts I, 539—42.

aliquamdiu bibliothecarius et archivarius, dein et parochus († 22. Apr. 1893), collegit *die Urkunden* des reg. Chorherrenstiftes Herzogenburg vom J. seiner Uebertragung von St. Georgen 1244—1450, Wien 1886. — Georg. Link parochus edidit *Klosterbuch* der Diöcese Würzburg, Würzburg 1873 t. 2, opus minus accuratum [1]).

763. Bonam historiae Trappistarum apologiam in op. *Cîteaux, La Trappe et Bellefontaine* au diocèse d'Angers, Paris 1883 in 12., dat sub nomine Hippolyti Vérité Hipp. Ferry, in ordine, cujus erat sodalis, Maria Robertus dictus. — Casimirus Guillardin historiae professor (n. 7. Sept. 1810; † 29. Dec. 1880), de operariorum bono admodum sollicitus, scripsit *Les Trappistes* ou l'Ordre de Cîteaux au XIX^e^ siècle. Histoire de la Trappe (1140—1844), Paris 1844 t. 2 in 8; *Histoire du moyen âge,* ib. 1841—43 t. 3; *Histoire du règne de Louis XIV,* Paris 1871—75 t. 6. — Fidelis Jo. Evermodus Raymaekers O. Praem. in canonia parcensi (n. 11. Nov. 1817; † 11. Dec. 1871) Diestensis, Prior, quam plurimis libellis [2]) illustravit urbem patriam ediditque *Chronicon diestense* in t. II. n. 3 ser. 3 Bulletin de la Commission royale, Bruxellis 1860. — Alex. Pruvost SJ. Belga n. Tourcoingae 21. Jan. 1823, rhetoricae, historiae ecclesiasticae et s. Scripturae professor, plurium societatum doctarum membrum († 2. Apr. 1874) praeter biographias personarum illustrium [3]) edidit *Chronique et Cartulaire* de l'abbaye de Bergues Saint-Winoc OSB., Bruges 1875 t. 1. et ut videtur unicus. — Theodorus Mairhofer Can. reg. s. Aug. in canonia tirolensi Neocellae (Neustift) Tirolensis n. 7. Apr. 1814, ad mortem usque (1840—30. Maj. 1879) gymnasii brixinensis professor edidit *Urkundenbuch* des Augustiner-Chorherrenstiftes Neustift in Tirol, inter fontes rerum austriacarum sect. II t. 34, Wien 1873. — Multa literarum monumenta ex archivis praesertim monasteriorum Austriae in lucem protulit Matthias Pangerl Bohemus n. 10. Mart. 1834, tota fere vita archivis addictus, quorum haud pauca in ordinem redegit, professor disciplinarum auxiliarium pro historia in universitate pragensi (1875; † 14. Jan. 1879). Ita praeter alia typis dedit [1]) *Urkundenbuch* des Cistercienserstiftes b. M. V. zu Hohenfurt, inter fontes rer. austr. t. 23 Viennae 1865. *Studien zur Geschichte des Klosters St. Lambrecht* in Beitr. zur Kunde steiermärkischer Geschichtsforschung 1864 ss. t. 2. 3. 4; *über den Ursprung* des dem Stifte St. Lambrecht gehörigen Wallfahrtsortes Maria-Zell in Mittheilungen des hist. Vereins für Steiermark, XVIII (1870), 3—46; *die Handschriftensammlung* des Chorherrenstiftes Vorau, (in Beitr. supra cit. 1867 IV, 85—137); *Geschichte* des Chorherrenstiftes St. Nicolaus zu Rottenmann von seiner Gründung bis zu seiner Uebertragung in die Stadt in Mittheilungen (supra 1715 cit.) XVI (1868), 73—182.

764. Paulus Jansions OSB. congr. solesmensis Rhedonensis (n. 15. Nov. 1834; † 9. Sept. 1870) reliquit *Histoire abrégée de la ville et de l'abbaye de Redon,* 1864 in 12. — Guil. M. Friedericus Bouange n. est 12. Jan. 1814 in civitate Aurillac. Diu erat episcopo S. Flori di Marguerye a secretis et vicarius generalis dictusque est 21. Sept. 1877 episcopus lingoniensis [2]). Ter synodum dioecesanam habuit fortiterque stetit pro 40 parochis injuste ad tribunal civicum vocatis († 5. Maj. 1884). Scripsit *S. Géraud d'Aurillac*

[1]) Cf. Lit. Handw. 1874 c. 101.
[2]) Cf. Goovaerts II, 77 ss.
[3]) Cf. Sommervogel VI, 1254—1259.

[1]) Cf. Ilwof allg. d. Biogr. 52, 746—49.
[2]) Cf. G. Delmas Vie de G. M. Fr. Bouange, Auch 1885.

et son illustre Abbaye, Paris 1881 t. 2 in 8; 1885. — Nic. Franc. X. Ludovicus Besson[1]) episcopus nemausinus, multarum academiarum socius (n. 5. Oct. 1821; † 18. Nov. 1888), plurium burgundicarum abbatiarum et ecclesiarum fata descripsit necnon cum seminarii professoribus vitas SS. illius ditionis t. 4 in 4., plurimasque habuit conferentias seu sermones apologeticos, Parisiis et Besontione 1864—74 t. 13; *Oeuvres pastorales,* ib. 1879 t. 2 in 18., altera series, ib. 1883 t. 2 in 18. (ab a. 1878—82), scripsitque *Vie du Card. Mathieu,* Parisiis 1881 t. 2; *de Xavier de Mérode* 1866; *de Mgr. Caret* ep. nemausini († 1855), 1856; *de Mgr. Paulinier* év. de Grenoble, archev. de Besançon, Paris 1885; *du Card. de Bonnechose,* ib. 1889; *Notices biographiques,* Paris 1889 t. 2 ed. Suchet, qui praemisit notitiam de ejus vita et operibus. — Henocque n. 1812 capituli ambianensis decanus et membrum academiae archaeologicae Picardiae edidit *Histoire de l'abbaye et de la ville de Saint-Riquier,* les saints, les abbés, le monastère et l'église, la ville et la commune, Abbeville 1880—88 t. 3 seu t. 9—11 op. *Mémoires* de la société des antiquaires de Picardie. — Antonius Ludovicus Paris[2]) bibliothecarius et archivarius remensis, (n. 1802; † 1887), scripsit *Histoire de l'abbaye de Avenay,* Epernaci 1879—80 t. 2 in 8., et plura Remensia. — Renatus Franciscus Le Men n. 1824 in civitate Quimper († 1880) edidit *Histoire de l'abbaye de S.-Croix de Quimperlé,* ib. 1881 ex mscr. Placidi Le Duc OSB. illustrata documentis et annotationibus. — C. Torchet parochus et canonicus honorarius n. 1823 edidit *Histoire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Chelles,* Parisiis 1889 t. 2 in 8. — Berthault descripsit *l'Abbaye de Chelles* OSB. dioec. parisiensis 657—1734), Meaux 1890 t. 2 in 12; *l'Abbaye du Pont-aux-Dames* (O. Cist.), ib. 1878 in 8. — *Histoire de l'abbaye de N.-Dame d'Ourscamp,* de l'ordre de Cîteaux, Ambiani 1876 (fr. 40), est Achillis Peigné-Delacourt trecensis[1]), archaeologi (n. 1807; † 14. Jun. 1881), sicut et *Tableau des abbayes et des monastères d'hommes* en France à l'époque de l'édit de 1768 relatif à l'assemblée générale du clergé, Atrebati 1875; et innumera alia. — Hoc eodem tempore V. Bigot primum edidit *Histoire abrégée de l'abbaye de St. Florentin de Bonneval* depuis son origine jusqu'à la suppression des couvents par le R. P. Dom Jean Thiroux (IV[3], 1209 a.) continuée par le R. P. D. René Lambert et André Louis Beaurepère, terminée par Lejeune, publiée sous les auspices de la Société dunoise, Châteaudun 1876 in 8. — Sebille parochus, dein archipresbyter edidit *Saint Bernin du Bois* et son dernier prieur J. B. A. de Salignac-Fénélon, Paris 1882 ed. 2. — Paulus Guillaume historiae ecclesiasticae in abbatia Cavae professor dedit *Essai historique sur l'abbaye de Cava* d'après des documents inédits, 1877, opus accuratum et egregium; *Gli otto abbati beati di Cava* (1124—95), 1879 et quosdam alios libellos ad celebre hoc monasterium illustrandum. — Denique[2]) Clem. Melch. Justin. Max Four-

[1]) Cf. Bascoul Vie, Arras et Paris 1903 t. 2 in 8; L'Episcopat 419 s.; Polybiblion 1888 II, 546. Cum esset insignis orator edidit Suchet: Mgr. Besson orateur (1845-88), Besançon 1897. Alius ab eo est Lud. Besson († 1891), cujus est *Etudes sur les forces morales de la société contemporaine,* Parisiis 1883, in quo l. bene ostendit influxum beneficum Ecclesiae in societatem. — P. Besson disseruit bene *du droit de propriété collective* dans l'Etat et dans l'Eglise, Gratianopoli 1885, in quo l. jus originale vindicat Ecclesiae. — Maria Augustus B. theologiae doctor († 1870) scripsit quaedam de primatu pontificis.

[2]) Cf. Polybiblion 1887 II, 369.

[1]) Cf. Polybiblion 1881 II, 171.

[2]) Augustus Moutié eques legionis honoris, societatis archaeologicae praeses

cheuz de Montrond (cf. supr. p. 1021) archivista palaeographus, instituti historici membrum, associationum aliquot ad exercenda opera misericordiae sodalis, qui folia pia redegit, alia quam plurima articulis adjuvit (26. Jan. 1879), multorum auctor est librorum, quibus vel seriem exhibet virorum celebriorum omnis conditionis, vel describit sanctorum vitas, vel missionum fata, vel sanctuaria [1]); demum collegit *Dictionnaire des abbayes et monastères,* Parisiis 1856, quod est t. 16. seriei tertiae encyclop. ed. Migne. Edidit etiam *les Missions catholiques* dans toutes les parties du monde, Insulis 1876.

765. *Missionum* historiae [2]) praemittendum est opus lectu dignum *Christian Missions:* Their agents, their methods and their results, Londini 1862 t. 3; 1863 ed. aucta; 1865 auctore Thoma Guilelmo Marshall laico († 14. Dec. 1877), quod magnam excitavit admirationem, est enim splendida et ad omnium captum accommodata apologia Ecclesiae catholicae factis documentisque authenticis (ex operibus fere 5000 collectis) innixa, quae palam ostendit hujus perennem in maxima mediorum inopia fecunditatem sectarumque acatholicarum in mediorum copia sterilitatem. Hinc in alias linguas fuit translatum, etiam in germanicam [1]) Mainz 1863 et Regensburg 1863. Natus est 1818 parentibus anglicanis et anglicano rito ordinatus est pastor. Dum vero de hierarchia episcopatus catholici scriberet, illuxit ei fides catholica, quam relicta secta anglicana etiam est amplexus a. 1845 ediditque *Twenty-Two Reasons* for Entering the Catholic Church, Londini 1846; 1847. Habuit in America insignes lectiones inseruitque articulos foliis publicis, qui et seorsim prodierunt. Inter scriptores apologeticos emicuit stilo puro, forti et valida disserendi ratione [2]). — Patricius Wittmann Ellwangensis n. 4. Jan. 1818 laicus redegit cum Ferdinando Herbst folium periodi-

---

(† 14. Dec. 1886), indefessus in scrutandis archivis, donec oculorum lumina amisit, inter alia etiam ex illis eruit *Chartes* du prieuré des Mileneaux et Notice sur d'autres prieurés de l'Ordre de Grandmont, 1846 in 4. — Neque minus diligens in eruendis ejusmodi diplomatibus et monumentis erat Daniel Haignère canonicus (n. 18. Dec. 1824; † 13. Dez. 1893), cujus elogium et opera reperies in Polybiblion 1894 I, 174.

[1]) Cf. Polybiblion 1879 II, 78; Lorenz 3, 527; 6, 298; 10, 302.

[2]) Cf. etiam P. de Decker († 1891) membri academiae belgicae et quondam ministri *Introduction à l'histoire des missionnaires belges,* Bruxellis 1879; Parisiis 1880 in 12., in quo bene describit beneficia, quae ex missionariorum zelo redundarunt in gentium barbararum culturam. Praeclarum quoque est *l'Eglise et l'Ordre social chrétien,* ib. 1887 in 8. — Carolus a s. Aloysio Carm. concinnavit *Statistisches Jahrbuch der Kirche* oder gegenwärtiger Bestand des gesammten katholischen Erdkreises, nach den besten Quellen bearbeitet, Ratisbonae 1860. *Die Menschengeschichte* eine göttliche Schöpfungswoche auf dem Gebiete der moralischen Welt, Würzburg 1861. Jam diu antea descripserat *die katholische Kirche* in ihrer gegenwärtigen Ausbreitung auf der Erde, ib. 1847. — De Fourcheuz egimus mox; de Pachtler agemus infra; de Jos. Victore Holubowicz SJ. (n. 20. Febr. 1835; † 5. Mart. 1887) qui *annales missionum* polonice vertit, nonnullis adjectis, et plura alia de missionibus edidit, cf. Sommervogel 4, 442 et Polybiblion 1887 II, 83. — Utilis et aedificatione plenus est l. *Correspondance de Peiresc* avec plusieurs missionnaires et religieux de l'O. des Capucins (1631—37), quem edidit Apollinarius de Valence ejusdem O., Paris 1891.

[1]) Simile argumentum tract. Wiseman Ge. Malé (n. 8. Jun. 1827; † 1. Apr. 1892) in op. *Les Missionnaires catholiques* et les missionnaires protestants, Parisiis 1864 in 8; *Catholiques et protestants* dans les missions, 1876 in 8; et Gustavus de La Tour deputatus quondam et syndicus († 16. Oct. 1893) in op. *Stérilité des missions protestantes,* 1853 in 8.

[2]) Alius ab eo est Henry Johnson Marshall (n. 1818; † 28. Aug. 1875) concionator potens per universam Angliam notissimus, cujus laudes narrat Gil-

cum *Sion* [1]) et an. 20. *Sendboten für Piusvereine,* admodum operosus ad missionum beneficia, per Germaniae praesertim regiones sacerdotibus destitutas, promovenda († 3. Oct. 1883): hunc etiam in finem scripsit *Die Herrlichkeit der Kirche in ihren Missionen* seit der Glaubensspaltung, Augsburg 1841 t. 2; *allgemeine Geschichte* der katholischen Missionen vom 13. Jahrh., 1846—50 t. 2 in 8. *Die Christologie* oder die Wissenschaft von der Person des Gottmenschen, ib. 1842. Multos quoque articulos inseruit variis fasciculis literariis [2]). Hofele edidit ex ejus schedis *Augsburger Reformatoren,* in Beilage zum Diöcesanarchiv für Schwaben 1886. — Henricus Hahn, professione quidem medicus, et sane insignis, zelo, opera, solertia vere fuit missionarius [3]). Natus est hic vir egregie catholicus Aquisgrani 29. Aug. 1800 piis parentibus. Innocenter transacta juventute quam primum per aetatem licuit lauream doctoratus in medicina promeruit. Vix atque exsistentiam societatis s. Fr. Xaverii pro juvandis missionibus cognovit, totus incaluit, ut eam et in Germaniam induceret, quod tandem non sine difficultatibus effectum est, et exinde per 40 a. societatis illius secretarius fuit. Nulli pepercit labori, industriae, molestis itineribus, ut eam societatem per universam Germaniam et Austriam dilataret. Scripsit etiam *Geschichte der kath. Missionen* seit J. Christus bis auf die neueste Zeit, Co-

loniae 1857—65. Neque hoc egregio opere contentus quotannis cum rationem redderet de proventibus et expensis, notitiam dedit de missionum statu stilo caritatis et zeli erga praestantissimum hoc opus conscriptam. In urbe patria omne bonum promovebat opus pientissimus in pauperes et infirmos. Hisce operibus misericordiae intentus ad mortem usque sicut religiose vixit ita et pie obiit in Domino 11. Mart. 1882. — Léon Pagès legationi gallicae in imperio sinensi quondam addictus [1]) Parisiensis (1814—26. Nov. 1886), praeter alia ad illas regiones spectantia narrat *Histoire de la religion chrétienne au Japon* depuis 1590 jusqu'à 1651 comprenant les faits relatifs aux 205 martyrs béatifiés le 7. Juil. 1867, Parisiis 1869—70 t. 2 in 8; *la Persécution des chrétiens au Japon* et l'ambassade japonaise en Europe, 1873 in 8.

766. M. Dallet congr. miss. ext. Bangalorae instituit typographiam pro missionibus in illis regionibus (n. 1829; † 1878), scripsitque *Histoire de l'Eglise de Corée* précédée d'une introduction sur l'histoire, les institutions, la langue, les moeurs et coutumes coréennes [2]), Parisiis 1874 t. 2 in 2. — Gabriel Palatre SJ. Gallus (n. 1830; † 13. Aug. 1878) de missione sinensi quaedam refert in *Relation de la mission de Nankin,* Chang-Hay 1873—76 pp. 2. — Ita et Prouvèze in opere nonnihil prolixo et stilo minus nitido conscripto, sed utili: *Gabriel Durand missionnaire.* De France en Chine et au Thibet, Nemausii 1884 t. 2. — Léonidas Guiot descripsit *La Mission du Su-Tchuen* au XVIII[e] siècle. Vie et apostolat de Mgr. Pottier, son fondateur (1756—92), Parisiis 1892, et plurium sociorum ejus. — Albertus Guglielmotti OP. (n. 14. Febr. 1812;

low IV, 472. Ejus lectiones *Religion, Society and the Press* Londini prodierunt. Londini 1864. Cf. de nostro ib. p. 479—84.

[1]) Hoc folium periodicum conditum fuit 1832, atque successu temporis redactum fuit ab A. Lechner et A. Schmid, a Brugg et a F. Herbst, a Sausen, a P. Wittmann, Haas, Th. Wiser, Ginal, Zinsler, Lang, Boll et Dreer, demum a Fussenecker ab 1858—74, quo a. prodire cessavit.

[2]) Cf. hist. pol. Bl. 92 (1883), 937—44; Lauchert allg. d. Biogr. 43, 644.

[3]) Cf. ejus elogium in fasc. die katholischen Missionen 1882 p. 133 ss.

[1]) Cf. Polybiblion 1887 I, 173.

[2]) Cf. Polyb. 1878 II, 273.

† 31. Oct. 1893) Bibliothecae casanatensis praefectus vir admodum industrius, celeber ob opera praesertim de re nautica[1]), descripsit *Le Missioni cattoliche* nel regno del Tunchino, 1844 in 8. — Jos. Bertrand SJ. (n. 10. Nov. 1801; † 13. Jan. 1884) diu missionarius in ditione madurensi descripsit *la Mission du Maduré* d'après des documents inédits, Parisiis 1847—54 t. 4; *Apologie des Missionnaires réguliers* des derniers siècles, ib. 1848, quae est appendix ad t. 1. prioris operis: *Mémoires historiques* sur les missions des ordres religieux et spécialement sur les questions du clergé indigène et des rites malabares d'après des documents inédits, ib. 1862; *Lettres édifiantes et curieuses* de la nouvelle Mission du Maduré, ib. 1865 t. 2 in 8. — Plura ad historiam Ecclesiae partibus in orientalibus reperiuntur in *The Letters*[2]) of the late F. George Porter SJ. archiepiscopi bombayensis (n. 27. Aug. 1825; † 28. Sept. 1889), Londini 1891. — Laur. Puccinelli SJ. Lucensis (n. 20. Aug. 1812; † 12. Jul. 1872) diu in missione madurensi occupatus narrat *Lo Scismo Indo-Portogese,* Romae 1853. — Armandus Renatus Maupoint n. 6. Dec. 1810 vicarius generalis rhedonensis dictus est episcopus Reunionis seu s. Dionysii (1857). Delegatus fuit apostolicus pro variis missionibus africanis († 10. Jul. 1871). Haud pauca reliquit opera[4]) partim pastoralia, partim de controversiis, partim biographica, inter quae vitas aliquot episcoporum, et *Madagascar et ses deux premiers évêques* (Dalmon et Monnet) 1864 t. 2 in 12. ed. 3. — Camillus de la Vaissière SJ. n. 18. Nov. 1836, missionum in Bourbon et Madagascar superior, dein et aliarum († 15. Nov. 1887), narrat *Histoire de Madagascar,* ses habitants et ses missionnaires, Paris 1884 t. 2 in 8; *Vingt ans à Madagascar,* Colonisation, traditions historiques, moeurs et croyances, ib. 1885 t. 3, cujus t. 3. magnam partem elaboravit, Ant. Arbanel sodalis (n. 10. Jan. 1810), qui paucis diebus ante Camillum est mortuus, scil. 11. Nov. 1887. Vertit Arbanel plures libros praesertim s. Scripturae in linguam madagassam. — Lud. Saint-Cyr SJ. Gallus n. 23. Dec. 1813, ab a. 1841 missionarius madurensis[1]), hujus missionis provicarius et superior († 11. Jan. 1887) praeter libellos asceticos lingua tamulensi scripta et multas literas foliis sacris insertas narrat gesta sodalium missionariorum in op. *Les Nouveaux Jésuites français* dans l'Inde, Paris 1865—86 t. 2 in 12.

767. M. Faillon congr. s. Sulp. tarasconensis n. 3. Jan. 1800, theologiae lector apud sodales. Missus est a. 1848 visitator in Americam, quam ter invisit. Romae degit procurator generalis congregationis[2]). Decessit Parisiis, cum urbs a Germanis obsideretur († 25. Oct. 1870). Multa reliquit opera edita et inedita, biographias personarum illustrium (M. Demia, Lugduni 1829; M. de Lantages sodalis, Paris 1830; Lad. Grandremy, ib. 1832 etc.), inter quas eminet *Vie de M. Olier* fundatoris congr., ib. 1841 t. 2; 1843; 1853 ed. 4; 1873 t. 3., anglice (London 1861) et italice (Torino 1858) versa, catechetica, ascetica, historica ut Monuments inédits *sur l'Apostolat de S. Marie Madeleine*[3]) en Provence et sur les autres Apôtres de cette contrée, Paris 1848 t. 2, contra quam opinionem in eo op. defen-

[1]) Cf. Polybiblion 1893 II, 548.
[2]) Cf. Gillow V, 344 ss.
[4]) Cf. L'Episcopat p. 519—21.

[1]) Cf. Vie du R. P. L. Saint-Cyr. etc., Parisiis 1889.
[2]) Cf. Bertrand II, 317—36; Gamon Vie de M. Faillon, Paris 1877 in 12; Desmazures M. Faillon ... Sa Vie et ses Oeuvres, Montreal 1879 in 4.
[3]) Camillus Chabaneau collegit *monumenta Provinciae varia* de s. Maria M. in

sam scripserunt Piolin OSB., Duchesne etc. *Mémoires particuliers* pour servir à l'histoire de l'église de l'Amérique du Nord, Paris 1852—54 t. 5; *Histoire de la Colonie française* en Canada, Villemarie 1866 t. 3 in 4., quam gravi censurae subjecit P. de Roche monteix SJ. in l. *Les Jésuites de la Nouvelle France* au XVII[e] siècle, Paris 1895 t. 3. — J. M. Quérard congr. miss. describit *Vie du bienh. Lud. M. Grignion* de Montfort missionnaire apost. du tiers ordre de S. Dom. fondateur des miss. de la Comp. de Marie, de la Congr. des Filles de la Sagesse et des Frères de la communauté du S. Esprit, Nantes 1887 t. 4 in 16., opus non sine naevis, sed populi aedificationi destinatum. — Car. Steph. Brasseur de Bourbourg n. 8. Sept. 1814, legationi gallicae in Mexico addictus, vicarius generalis bostoniensis, administrator ecclesiasticus pro Indianis in Guatemala, plurium academiarum socius († 1874) res americanas, inprimis mexicanas, pluribus operibus doctis illustravit [1]), inter quae etiam *Histoire du Canada,* de son Eglise et de ses missions depuis la découverte de l'Amérique jusqu'à nos jours écrites sur des documents inédits, Parisiis 1852 t. 2 in 8; *Histoire de Mgr. de Laval* premier évêque de Québec 1845 in 8; *Histoire des nations du Mexico* et de l'Amérique centrale, Paris 1857 ss. t. 4; *Bibliothèque Mexico-Guatemalienne,* ib. 1871. — Felix Martin [2]) SJ. Gallus n. 4. Oct. 1804, missionum per Canadam superior († 25. Nov. 1886), praeter alia edidit *Le R. P. Isaac Joyues* de la C. d. J. premier apôtre des Iroquois, Parisiis 1873; 1888 ed. 4; *Hurons et Iroquois.* Le P. Jean de Brébeuf, sa vie, ses travaux, son martyre, ib. 1877 in 12; *Un missionnaire des Hurons.* Autobiographie du R. P. Chaumonot de la C. de J. († 1693) et *Suite* de la Vie, ib. 1885. — Petrus de Smet SJ. Termondae n. 28. Febr. 1801 magnus et intrepidus [1]) in Statibus unitis Americae missionarius († 23. Maj. 1873) de missionibus inter Indianos scripsit *Voyages aux Montagnes-Rocheuses* et une année de séjour chez les tribus indiennes de l'Orégon, Mechliniae 1844 ed. 2; Insulis 1867 ed. 5. etc. *Lettres choisies* (1849—57), Bruxellis 1874 ed. 3; *Oregon Missions and Travels* over the Rocky-Mountains (1845—46), Neo-Eboraci 1847 in 12; *Voyage au Grand Désert* en 1851, Bruxellis 1853; *Cinquante nouvelles Lettres,* Tornaci 1858 in 18. — Ignatius (Anglès) a Cambrils in O. Cap. dictus, patria, quam in Catalaunia habuit, excedere coactus seditionis tempore, quae a. 1830—40 omnes religiosos ordines in Hispania funditus subvertit, in Guatemalam Americae centralis se recepit, sed et illa regione expulsi fuere (1871) capuccini. Quare in Europam rediit, ubi decessit 4. Dec. 1877, relicto *Cronicón de la Misión de los PP. Capuchinos en Centro América* ó Fundación y propagación de la Seráfica Religión Capuchina en la América Central, quod ejus sodalis Jos. Calasanz de Llenaveras edidit Barcinone 1888 in 16. — Franciscus Enrich SJ. Manresae n. 13. Aug. 1817 missionarius

op. Sainte M. Madeleine dans la Littérature Provençale, Paris 1886 in 8., de qua cf. Polybiblion 1887 I, 277. Plura adhuc *Provincialia* seu monumenta antiquitatis Provinciae edidit. Vixisse videtur adhuc c. 1900.

[2]) Cf. Lorenz I, 363; 5, 201.

[3]) Alius a Th. Henrico Martin decano facultatis literarum rhedonensis, viro vere docto et fideli († 1884), cujus exstat l. bonus *La Vie Future,* 1885, de quo cf. Polybiblion 1884 I, 368.

[1]) Cf. de festis occasione statuae in ejus honorem in sua patria erectae Précis historiques 1878 pag. 699—715 cum ejus elogio. Alius ab eo est Joannes Jac. de Smet Gandavensis (n. 11. Dec. 1794; † 11. Febr. 1877) in seminario historiae ecclesiasticae professor, canonicus poenitentiarius et academiae regiae socius. Cf. ejus elogium ibid. 1877 p. 191 et Polybiblion 1877 I, 265.

(† 11. Jan. 1883) scripsit *Historia de la Compañia de Jesús en Chile,* Barcinone 1891 t. 2 in 4. — Franciscus X. Hernaez SJ. Burgensis (n. 3. Dec. 1816; † 11. Jul. 1876), missionum in America centrali superior, concinnavit pretiosam *Colección de Bulas,* Breves y otros documentos relativos á la Iglesia de América y Filipinas dispuesta, anotada y illustrada, Bruxellis 1879 t. 2 in 4. — Guil. Massaja Cap. n. in oppido Piovà dioecesis astensis 8. Jun. 1809, philosophiae et theologiae lector et definitor provincialis, missiones semper anhelabat. Jussu superiorum profectus est in Abessiniam missionarius 1846, factusque primus vicarius apostolicus inter populos rudes, quibus nomen Gallas, magno fructu illis annunciavit verbum salutis rationemque suorum laborum reddidit in *Missioni e Viaggi nell' Abissinia,* Taurini 1857. Septies ab imperatore inde ejectus est ob suum zelum. Post multos labores et sudores, etiam carcerem rediit senex in Italiam. Magna benevolentia a Leone XIII. exceptus dictus est primum archiepiscopus stauropolitanus et 10. Nov. 1884 creatus cardinalis [1]). Pontificis jussu relationem de sua missione in opere majori publicae luci dedit, decessitque vitae apostolicae exemplar 6. Aug. 1889. Operis titulus est: *I miei trentacinque anni* di missione nell'Alta Etiopia, Mediolani 1885—94 t. 11, cum plurimis illustrationibus. Hujus op. compendium exhibet in op. *In Abissinia e fra i Galla,* Florentiae 1895. — Huc referri potest l. *Abessinien und seine Bedeutung* für unsere Zeit [2]), Friburgi 1892 opus posthumum Ernesti Francisci Augusti Münzenberger insignis archaeologi et parochi francofurtensis plane eximii et industrii, qui n. 5. Jul. 1833 Düsseldorfii, decesserat 22. Dec. 1890. Antea ediderat *Afrika und der Mohammedanismus,* 1887, coepitque opus inscriptum *Zur Kenntniss und Würdigung der mittelalterlichen Altäre Deutschlands,* cujus prodierunt Francofurti 1885 ss. jam fasc. 8., quod Stephanus Beissel continuavit. — Lebrecht Blücher Dreves Hamburgi 12. Sept. 1816 n., advocatus, notarius et poëta, fidem amplexus est catholicam (1846) et scripsit (accurate) *Geschichte der katholischen Gemeinden in Hamburg und Altona,* Schafhusiae 1850; 1866 ed. 2; *Annuae* (copiosae literae) *missionis hamburgensis* a 1589 ad 1781, quas ex msc. ad breviorem formam summatim contractas nunc primum edidit variisque annotationibus instruxit, Friburgi 1867 in 8. Composuit pulchra carmina, ex quibus *Lieder der Kirche* prodierunt 1846. Obiit 19. Dec. 1870 Feldkirchii, quo 1862 transmigraverat [1]).

768. Ex *hagiologis* [2]) illi primum nominandi sunt, qui *Acta sanctorum,* quae a Bollando acceperunt nomen, continuarunt. Hi vero (omnes e Soc. Jesu) sunt [3]) Julius Matagne Namurcensis (n. 24. Sept. 1833; † 7. Jul. 1872) plurimarum linguarum veterum et recentium callens, qui scripsit sagacem crisin de Alexandro VI. in Revue des qq. hist. (1871). — Jos. van Hecke Brugensis juris canonici Friburgi et Romae professor (n. 6. Jan. 1795; † 27. Jul. 1874), qui praesertim *acta* s. Jo. Capistrani et s. Ignatii CP. illustravit. — Jos. van der Moere Meni-

[1]) Cf. L. Gentile L'apostolo dei Galla, Asti 1907.

[2]) Cf. Plassmann lit. Hdw. 1892, 414; A. M. Benevolus E. F. A. Münzenberger, eine Lebensskizze Francofurti 1891; Katholik 1891 I, 193—200 ubi insignia ejus merita in condendis bonis foliis publicis, aedificandis ecclesiis, promovendis missionibus, erigendis scholis catholicis encomio commendantur.

[1]) Cf. ipsius autobiographiam apud Rosenthal I, 626-36; et Kreiten, L. Dreves ein Lebensbild, Friburgi 1897, hist. pol. Bl. 1898 I, 426 ss.

[2]) His adde Crosnier (p. 1682), Drival (p. 1687), Trichaud (p. 1683), Lud. Besson (p. 1717).

[3]) Cf. de iis praef. t. XIII. Oct. et II. Nov.

nensis (n. 17. Febr. 1791; † 6. Mart. 1875) s. Scripturae et historiae ecclesiasticae professor, qui illustravit t. VII. Oct., disseruit de saltatoria, quae Epternaci quotannis celebratur supplicatione, cum praeviis in choreas sacras animadversionibus, quem tr. edidit Binterim, Düsseldorf 1848; et opus singularis argumenti concinnavit: *Prophéties,* prognostics, présages, pressentiments du temps, prophéties vérifiées à rebours etc., Gandavi 1870—72 fasc. 4, in quibus plurima vaticinia ficta recenset et refellit [1]). — Benjamin Bossue Flander (n. 4. Mart. 1804; † 18. Aug. 1882) — Prosper Vanderspeeten Alostanus (n. 3. Mart. 1835; † 5. Aug. 1889), qui plures inseruit diss. fasc. Précis historiques, atque diligenti accuratione concinnavit *Vie du b. Jean Berchmans . . .* d'après les actes de sa béatification et autres documents authentiques, Lovanii 1865 ter edita. Collegit quoque *Petite Bibliothèque chrétienne,* qua complectitur libellos admodum utiles pro fidelibus [2]). — Remigius de Buck Flander historiae ecclesiasticae Lovanii professor (n. 22. Mart. 1819; † 5. Nov. 1880) et hujus frater, omnium celeberrimus Victor de Buck, ab a. 1840 huic operi addictus (n. 24. Apr. 1817; † 23. Maj. 1876), qui plurimas reliquit dissertationes [3]). De ejus adversus Verhoeven l. supra egimus (p. 1370); *Examen critique du miracle de Tipase* ou Tefessed près d'Alger, Bruxellis 1853 in 12; *de phialis rubricatis,* quibus martyrum romanorum sepulcra dignosci dicuntur observationes, ib. 1855 in 8., quas nimis acriter (sed forte minus solide) impugnavit Archangelus Scognamiglio ss. reliquiarum Romae custos in disquisitione *de phiala cruenta* indicio facti pro Christo martyrii, Parisiis 1863 in 4. *De solemnitate praecipue paupertatis religiosae* epistola, Bruxellis 1862 in 8; *de exemptione regularium* conservanda et confirmanda commentarius, ib. 1869; *Vindiciae Ballerinianae* seu gustus recognitionis vindiciarum Alphonsianarum: insunt diss. Ballerinii de systemate morali s. Alphonsi et altera diss. de probabilismo et aequiprobabilismo ejusdem s. Doctoris, Brugis 1873 in 8. Inseruit quoque plurimos articulos fasc. *Précis historiques.* — Edmundus Speelman Gandensis n. 10. Sept. 1810, quondam e Soc. J., professor historiae ecclesiasticae († 9. Febr. 1886) edidit *Belgique catholique:* 1. P. Saints et grands hommes du Catholicisme en Belgique, Louvain 1852. 1851. t. 3, quod opus est versio flaminga op. Corn. Smet SJ. de quo supra egimus (p. 756); Tournai 1869. *Belgium Marianum,* Histoire du culte de Marie en Belgique, Tournai 1859, sed ex t. 3 prodiit tantum 1.

769. Jacobus Albinus Simon Collin, dictus de Plancy a loco nativitatis n. 30. Jan. 1794 edidit opera plane innumera sub variis etiam nominibus, quaedam spiritu incredulitatis infecta, quorum plura prohibita fuere. Agnovit postmodum (1833) suos errores, eos retractavit, opera antea edita reprobavit atque operibus bonis nisus est reparare scandalum et damnum. Condidit societatem pro propagandis bonis libris, quorum ad 1,500.000 brevi tempore fuere diffusi. Ex libris ejus, qui vix enumerari possunt, sufficiat aliquos nominasse [1]): *Dictionnaire infernal* ou Recherches et anecdotes sur les démons, les esprits, les fantômes, les revenants etc., 1818 t. 2 in 8; 1846 ed. 4. recepta a Migne in sua encyclop. theol.; *Dictionnaire de la Folie et de la Raison,* Parisiis 1820 t. 2 in 12; 1823; *Dictionnaire critique des reliques et des images,* précédé d'un Essai historique sur le culte des

[1]) Cf. Bergmans Biogr. nat. XV, 15 ss.
[2]) Cf. Précis historiques 1889 p. 434.
[3]) Cf. Sommervogel 1, 318—28.

[1]) Cf. Polybiblion 1881 I, 264—68.

reliques et images, les guerres des iconoclastes, ib. 1821—22 t. 3 in 8. prohibitum decr. 10. Dec. 1827, cui additur clausula „et cetera opera omnia". Aliis omissis collegit cum Darras (p. 1635) *Grande Vie des saints* comprenant la vie et les fêtes de N. S. et de la très-sainte Vierge, des saints de l'A. et N. T., des bienheureux et des vénérables serviteurs de Dieu les plus récents et les plus illustres confesseurs de la foi, Parisiis 1873—75 t. 25 in 8. (fr. 160); *Dictionnaire historique et critique des athées,* des libre-penseurs, des hérétiques et quelques autres déserteurs de la foi, comment ils vivent, comment ils meurent, 1870 in 8. Obiit 13. Jan. 1881. — Henricus (Léon Camusat de) Riancey advocatus et foliorum publicorum redactor, Parisiensis (1816—1870) praeter *Histoire du monde* ... jusq'au pontificat de Pie IX, ed. ex integro retractata et aucta edidit *la Vie des saints,* ib. 1866 in 4. imaginibus splendide ornata (fr. 150), cujus epitomen dedit Hadrianus de Riancey, 1874 in 16. (fr. 30). — Bern. Gustav Bayerle parochus († 1880) edidit *Die Erlösung der Welt.* Ein vollständiges Leben Jesu, s. h. Mutter Maria und der übrigen Heiligen seiner Zeit. Nebst ... einem Anhange enthaltend die letzten Schicksale des jüdischen Volkes. Berlin 1859 in 4. — Georgius Ott Sulzbacensis, parochus Abensbergensis (n. 19. Oct. 1811; † 17. Nov. 1885) praeter libellos asceticos compilavit pro populo *Legende* 1855 in 4. — *Helvetiam sanctam* oder Leben und Wirken der heiligen, seligen und frommen Personen des Schweizerlandes ex documentis authenticis collegit magna sedulitate Laurentius Burgener Einsiedlae 1860—62; *die Wallfahrtsorte der katholischen Schweiz,* Turigii 1864, quorum ultra 250 recenset — Franciscus Josephus Holzwarth, aliquamdiu munere fungebatur repetentis in convictu theologico tübingensi, habuitque praelectiones de historia (1851—57), postea parochum egit: ex itinere aegritudinem contraxit vitamque dein egit privatam Friburgi (n. 21. Dec. 1826; † 12. Jun. 1878). Saepius novas curavit editiones vitarum SS., quas ediderant Raess et Weis, 1854 t. 2; 1903 t. 1. ed. 13: t. 2. 1901 ed. 10; coepit *Deutsche Legende:* Geschichte der Heiligen des deutschen Volkes, Cannstadt 1869 t. 1 fasc. 1—6, sed non absolvit; Ludwig und Eltrudis oder *Bilder aus der Kirche* im 12. Jahrh. p. 1: *der h. Bernhard,* Tübingae 1858; *Gerichte Gottes über die Verfolger der Kirche,* Moguntiae 1872 fasc. 5; *Julian der Abtrünnige* ib. 1874; *Briefe über das h. Messopfer,* Moguntiae 1873 lectu dignae: *Handbücher für das priesterliche Leben* (aliis sacerdotibus cooperantibus) Schafhusiae 1861—70 t. 17; coepit quoque *Allgemeine Weltgeschichte* für das katholische Volk, cujus t. 3. immortuus est, sed ab aliis continuata prodiit Moguntiae 1876—81 t. 7; 1884—87; *die Bartholomäusnacht,* 1872; plurimosque alios libellos practicos in fidelium utilitatem composuit. Fasciculis lit. tüb. (1854) inseruit diss. *Ueber den gegenwärtigen Stand* der Frage über Alter und Ursprung der Waldenser Secte. — Judocus Hillegeer SJ. belga (n. 14. Jul. 1805; † 17. Nov. 1883) innumeris pariter libellis fideles pavit, inter quos *België en zyne Heiligen,* Gandavi 1868—71 t. 4 in 12., et tomuli 53 de totidem sanctis lingua patria, ib. 1867 ss. — Car. Zell Manheimii n. 8. Apr. 1793 vir laicus quidem, sed vir probe catholicus, egregius apologeta et propugnator rei catholicae verbo et calamo in ducatu badensi tristissimis illis temporibus, quibus liberalismus catholicos durissime subjugabat atque Ecclesiam juribus suis spoliabat. Strenue et pro viribus juvabat Vicari praesulem friburgensem vexationibus iniquis vere afflictum. Insignis erat philologus et paedagogus, Friburgi philologiae erat professor, Heidelber-

gae archaeologiae. Classicam composuit monographiam *Lioba und die frommen angelsächs. Frauen,* Freiburg 1860; biographias quorundam episcoporum, quas inseruit Archivo dioecesano; opuscula plura de controversiis illius temporis, ut *Stimmen der Wahrheit,* ib. 1861, multosque articulos apologeticos, quos inseruit foliis literariis et politicis. Obiit operibus piis intentus, virtutis exemplar [1]) 24. Jan. 1873. — Elesban de Guilhermy [2]) SJ. Parisiensis (n. 16. Febr. 1818; † 6. Aug. 1884) praeter opera ascetica composuit *Ménologe de la Comp. de Jésus,* Pictavii, 1867—68 t. 2 in 4., quibus complectitur provincias quae spectant ad assistentiam lusitanam; alterum coeperat, quod prodiit cura Terrien Parisiis 1892, quo complectitur provincias assistentiae gallicae. Curavit novam editionem *theologiae,* quae dicitur *wirceburgensis.* — Jo. Bapt. Stamminger Wirceburgi bibliothecae praefectus (n. 6. Mart. 1836; † 11. Dec. 1892) fideli populo ad aedificationem belle proponit *Franconiam sanctam,* das Leben der Heiligen und Seligen des Frankenlandes, Wirceburgi 1878-79 fasc. 5; *Franconia sacra,* Geschichte und Beschreibung des Bisthums Würzburg, ib. 1889, opus inchoatum, quod continuavit Aug. Amrhein. Redegit Stamminger ab a. 1862 Chilianeum *Blätter* für k. Wissenschaft, Kunst und Leben. — Car. de Chergé Pictaviensis n. 18. Aug. 1814, insignis archaeologus, laicus quidem, sed bonus catholicus († 5. Oct. 1884), praeter plurimos articulos de variis abbatiis et ecclesiis, quos inseruit foliis archaeologicis, collegit *Vies de Saints du Poitou,* ib. 1856 in 12. — Leon Min. provinciae quondam praepositus, collegit *l' Auréole séraphique:* vies des Saints et des Bienheureux de l'ordre de s. François, Parisiis 1883—84 t. 4 in 12., cujus dein confecit epitomen, ib. 1887 in 12. — Lud. Servières plures Sanctorum biographias composuit, de quibus cf. Polybiblion 1886 I, 387 ss. *Histoire* de l'Eglise du Rouergue. — Michaelis Tavani SJ. Romanus (n. 29. Sept. 1823; † 22. Jun. 1879) plurium piorum praesertim adolescentium vitas narrat. — Lud. Ferd. Alfredi Maury Meldensis (1817-1892) Instituti membrum et archivorum imperii director praeter alia (cf. Polybiblion 1892 I, 274) dedit *Essai* sur les légendes pieuses du moyen âge, Paris 1843, inseruitque plurimos articulos de historia religiosa foliis lit.

770. In *archaeologia christiana* praeter alios [1]) versati sunt ex Germanis: Frid. Honoratus Krüll Landshutanus,

[1]) Cf. Jul. Mayer KL. XII, 1340—43.

[2]) Ejus forte cognatus est Rochus Fr. M. Nolascus baro de G. Parisiensis, sed in exsilio Londini n. 18. Sept. 1808, laicus, insignis archaeologus († 27. Apr. 1878), qui plures illustravit ecclesias et articulos inseruit fasciculis archaeologicis. Cf. Polybiblion 1878 I, 465.

[1]) Praetermittimus J. Hack, cujus est *der christliche Bilderkreis* enthaltend eine Beschreibung u. Erklärung der h. Bilder, Schafusiae 1856 in 8., de quo cf. Lit. Hdw. 1875, 203. — Petrum Dominicum Kugl belgam (n. 19. Apr. 1821: † 7. Sept. 1873), propter eruditionem archaeologicam membrum aliquot societatum literariarum et academiae archaeologicae belgicae, de quo cf. Biogr. nat. de Belg. 10, 798. — Narcissum de Caumont Bajocensem operosissimum archaeologum, auctorem conventuum literariorum per Galliam et directorem societatis archaeologicae (n. 1802; † 16. Apr. 1873), praeter plura alia composuit *Abécédaire* ou Rudiment d'archéologie: Architecture religieuse, Caen 1850; 1867 ed. 5., opus suo tempore utilissimum, quo archaeologiae studium valde promovit. — De Henr. Batault secretario societatis historicae et archaeologicae cabillonensis († 4. Apr. 1890) cf. Polybiblion 1890 II, 81. — Georgium Müller confluentinum n. 15. Oct. 1798, historiae ecclesiasticae et juris canonici in seminario trevirensi professorem, proepiscopum (1844) et demum (1847) episcopum monasteriensem († 19. Jan. 1870), de hac dioecesi optime meritum, cujus est *die bildlichen Darstellungen im Sanctuarium* der christlichen

parochus oppaviensis (n. 3. Febr. 1820; † 23. Maj. 1876) praeter scripta paedagogica, homiletica et catechetica elaboravit laudabili diligentia *Christliche Alterthumskunde* (usque ad Gregorium M.), Ratisbonae 1856 t. 2 in 4. — Jo. Georgius Martinus Dursch parochus et decanus rotvilanus († 21. Febr. 1881), praeter plura alia homiletica, ascetica, paedagogica composuit *Aesthetik* auf dem christlichen Standpunkte, Stuttgart 1839 in 8; *Aesthetik der christlichen bildenden Kunst* des Mittelalters in Deutschland, Tübingae 1854; 1856 ed. 2. cum supplementis; *der symbolische Charakter der christlichen Religion und Kunst:* eine Einleitung in die specielle Symbolik der christlichen Kunst und ein Beitrag zur Begründung einer christlichen Aesthetik, Schafhusiae 1860; *Symbolik der christlichen Religion,* Tübingae 1858—59 t. 2; *Religionswissenschaft* pp. 3, 1832—34; Allgemeiner Kommentar *über die Psalmen,* Freiburg 1842 a Bickell in Hdw. 1871 p. 148 dictus pretiosus [1]). — Franc. Jos. Schwarz philosophiae doctor, parochus ellwangensis et praelatus domesticus suae Sanctitatis (n. 30. Aug. 1821; † 1. Jul. 1885) maxime promovit verbis, scriptis, consilio et opere archaeologiam christianam et spiritum ecclesiasticum in aedificandis reparandisque ecclesiis atque altaribus. Dum Tübingae theologiae vacaret praemium retulit (1843) diss.: Neue Untersuchungen *über das Verwandtschaftsverhältniss der synoptischen Evangelien* mit besonderer Berücksichtigung der Hypothese vom schöpferischen Urevangelisten, Tübingae 1844. Condidit coetum archaeologicum ecclesiasticum, et egregium folium periodicum *Kirchenschmuck* [2]) cum Laib (parocho), Riess, Bock, quod dein solus redegit 1857-70 t. 27. Postquam vero prodire cessavit, illud e cineribus suscitavit in *Archiv für christliche Kunst* ab a. 1883.

Kirchen vom 5.—14. Jahrh., eine kirchlich-archäologische Abhandlung, Treviris 1835; *Ueber die Aechtheit* der zwei ersten Kapitel des Evangeliums nach Matthäus, ib. 1830. Cf. Kaulen KL. VIII, 1971—73; Philippi allg. d. Biogr. 52, 513. — Franc. Joseph Maria Ther. de Nompère comes de Champagny (n. 8. Sept. 1804; † 4. Maj. 1882) filius legati gallici apud aulam viennensem, vir egregie catholicus et magnae beneficentiae, academiae membrum, descripsit *la charité chrétienne* dans les premiers siècles de l'Empire, Parisiis 1854. Multum laudatur opus *Les Césars.* Tableau du monde romain sous les premiers empereurs, Paris 1841—43 t. 4; 1876 ed. 9., germanice Viennae 1846 t. 4., in quo ostendit splendide, quid fuerit mundus sine Christo. Plura de hoc viro cultissimo, literatissimo, nobilissimo cf. in Polybiblion 1882 I, 539. — De Lud. Toussaint Dassy secretario perpetuo academiae massiliensis († 1888), cujus inter alia archaeologica sunt *Académie de Marseille,* ses origines, ses publications, ses archives, ses membres, Massiliae 1872; *Essai historique et descriptif* de l'abbaye de S. Antoine en Dauphiné, Gratianopoli 1844. Cf. Polybiblion 1888 II, 463. — De Em. de Torquat canonico aurelianensi († 18. Jul. 1879) cf. Polybl. 1879 II, 344. — Jos. Alb. Alberdingk-Thijm, destinatione quidem mercator, sed vir literatissimus, aestheticae professor in academia Amstelodami, plurima edidit etiam de archaeologia christiana atque inseruit diss. foliis periodicis egregiis a se vel a fratre suo editis († 17. Mart. 1889). Cf. Lit. Hdw. 1882, 371. — Ejus frater Petrus Paulus M. A. (n. 21. Oct. 1827; † 1. Febr. 1904) literaturae in universitate lovaniensi sagacissimus erat criticus, de quo cf. Leo v. Hemsteede P. A. Thijm Ein Lebensbild, Freiburg 1909. — Florianus Fr. de Romer OSB. in s. Monte Panoniae Posonii n. 12. Apr. 1815, abbas s. Jo. B. de Jánosi, vir erat summae industriae atque assiduitatis, omnis antiquitatis peritissimus, hinc multarum academiarum seu societatum literariarum socius. Secutus est 1848 castra rebellium, hinc captus, conjectus est in carcerem et per plures a. in eo detentus. Plures redegit libellos periodicos et plus quam diss. 350 de rebus maxime archaeologicis composuit (lingua patria) easque inseruit foliis literariis († 1889).

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 48, 213.

[2]) Fasciculos ita inscriptos edidit etiam in Austria Udalricus Greiner O. Cist. in monasterio runensi (Reun, n. 20. Febr. 1831), quos ipse redegit ad mortem usque (7. Maj. 1875).

Cum Laib edidit: *Formenlehre* des romanischen und gothischen Baustiles, Stuttgardae 1855; 1858; Zürich 1867; cum Laib et Riess *Studien über die Geschichte des christl. Altars* [1]), Stuttgardae 1857; *Beiträge* zur Wiederbelebung der monumentalen Malerei, ib. 1860; *Die ehemalige Benediktiner-abtei-Kirche zum h. Vitus* in Ellwangen, ib. 1882 opus insigne: *biblia pauperum* secundum originale vetustum cum introductione cooperante Laib, Zürich 1867; Friburgi 1893; *Die katholische Kirche* und der Protestantismus auf dem Gebiete der inländischen Mission, Tübingen 1851. Ob spiritum suum ecclesiasticum, quo magno zelo promovit bonum religionis, gubernio minus acceptus fuit [2]). — Florianus Wimmer OSB. in monasterio cremofanensi (n. 22. Sept. 1816; † 25. Aug. 1890), conservator monumentorum in Austria superiori, insignibus aureis cum corona pro meritis donatus, quam plurimas diss. archaeologicas inseruit foliis lit. *Christliche Kunstblätter* [3]), et utilem dedit *Anleitung* zur Erforschung und Beschreibung der kirchl. Kunstdenkmäler, Lincii 1860; 1892 ed. 2. auctam bonis illustrationibus cur. Matthia Hiptmair.

771. E *Gallis* J. Gareiso canonicus nemausiensis († 1885) elaboravit *L'Archéologue chrétien* ou Cours élémentaire d'archéologie catholique à l'usage du clergé, Nemausii 1852—67 t. 2 in 4. — Car. Rohault de Fleury architectus parisiensis (23. Jul. 1801—11. Aug. 1875) auctor est operum ob illustrationes splendidorum et pretiosorum: *L'Evangile,* études iconographiques et archéologiques, Turonis 1873 t. 2 in 4. (fr. 30); *Mémoire sur les instruments de la passion de N. S. J.-C.,* 1869 in 4. (fr. 40); *la Messe,* études archéologiques sur ses monuments [1]), 1883—89 t. 8 in 4. (fr. 560), opus a suo filio Georgio († 1895) absolutum; *Les saints de la messe,* Paris 1893—99 t. 10 a filio ed.; *Archéologie chrétienne,* ib. 1894; *la s. Vierge,* études archéologiques et iconographiques [2]), 1878—79 t. 2 in 4. (fr. 200); *Visite dans les Catacombes* de S. Calixte, Paris 1866; *Rapport sur le repos* du Dimanche, 1872. — Jos. Alex. Martigny [3]) parochus et canonicus (n. 1808; † 19. Aug. 1880) membrum societatis antiquariae nationalis collegit *Dictionnaire des antiquités chrétiennes* contenant le résumé de tout ce qu'il est essentiel de connaître sur les origines chrétiennes jusqu'au moyen âge exclusivement: 1. Etude des moeurs et coutumes des premiers chrétiens; 2. étude des monuments figurés; 3. Vêtements et meubles, Parisiis 1864; 1877 ed. aucta et illustrationibus 675 ornata, opus eo tempore utile. Redegit quoque *Bulletin d'archéologie chrétienne* quod est versio gallica *fasc. archaeologicorum* de Rossi. Inseruit quoque egregias diss. archaeo-

[1]) Cf. Rump lit. Hdw. 1872, 136.
[2]) Cf. Beck allg. d. Biogr. 33, 233.
[3]) Cf. Guppenberger p. 241.

[1]) Cf. Thalhofer ed. Ebner I, 162.
[2]) Cf. Kessel lit. Handw. 1879, 162: Dieses Werk, die Frucht vieljährigen Studiums u. bewunderungswürdigen Bienenfleisses, zählt zu den wichtigsten Erscheinungen, welche in neuerer Zeit die christliche Alterthumsforschung zu Tage gefördert hat. Es ist ein prachtvolles Monumentalwerk zu Ehren der jungfräulichen Gottesmutter mit reicher Erudition und tiefer christkatholischer Frömmigkeit geschrieben ... Es existirt in der ganzen kath. Literatur kein Werk, welches in solchem Umfange und mit solcher Gründlichkeit die Marienverehrung bis zum apostolischen Zeitalter zurück darstellt und sie durch noch vorhandene Denkmäler erläutert... Die Lektüre des Werkes macht einen ungemein erhebenden Eindruck; hier sind in Wort und Bild die Beweise zusammengestellt für die Wahrheit des prophetischen Wortes: „Von nun werden mich selig preisen alle Geschlechter". Cf. Falk ib. p. 185.
[3]) Cf. Polybiblion 1880 II, 375; de ejus dictionario Duchesne ib. 1877 II, 503—6, qui nonnulla notat; Les Lettres chrétiennes (1881) III, 1—26.

logicas Annalibus academiae maconiensis. — Lud. Achilles Julius Corblet (n. 1819; t. 30. Apr. 1886) redegit 25 a. 1857—71 t. 32) *Revue de l'Art chrétien,* et praeter *Hagiographie du diocèse d'Amiens,* Atrebati 1869—74 t. 5 in 8., edidit *Manuel d'archéologie nationale,* Paris 1852; 1873; *Etude philologique et liturgique* sur les noms de baptême et les prénoms de chrétiens, 1878; *Histoire dogmatique, liturgique et archéologique* du sacrement de baptême, Parisiis 1881—82 t. 2 in 8., fructus studii indefessi a. 6; *des Lieux consacrés à l'administration du baptême,* cours d'eau, baptistères, églises baptismales, fonts baptismaux, lieux exceptionnels, 1878; *Iconographie du baptême,* 1879; *Vocabulaires des symboles* et des attributs employés dans l'iconographie chrétienne, 1877; *Parallèle des traditions mythologiques* avec les récits mosaïques, 1846 in 4; *de l'art chrétien* au moyen âge, 1847 in 8; *de la Liturgie des cloches,* 1855 in 12; *Essai historique sur les ciboires* et la réserve de l'Eucharistie, 1858 in 8; *Notice sur les chandeliers d'église* au moyen âge, 1859 in 8; *A-t-on réservé le Précieux Sang* dans les siècles primitifs et au moyen âge, 1859 in 8; *de l'Influence du protestantisme* sur la Philosophie, les Lettres et les Arts, 1860 in 8; *le pour et le contre* sur la culpabilité des Templiers, 1865 in 8; *le Concile de Constance* et les origines du Gallicanisme, 1869 in 8; *Recherches historiques* sur les rites, cérémonies et coutumes de l'administration du baptême, 1880; *l'Elévation du s. Sacrement* [1]), 1885; *Histoire de l'Eucharistie,* Paris 1885—86 t. 2; *Histoire, dogmes, tradition et liturgie de l'église arménienne,* ib. 1885. — Carolus Cahier SJ. Parisiensis (n. 26. Febr. 1807; † 26. Febr. 1882) vitam suam studio archaeologiae impendit insignesque maturavit fructus. Folio periodico *Annales de philosophie chrétienne* inseruit diss. *S'il est vrai que le christianisme ait nui au développement des connaissances humaines* ou du moins à certaines sciences (t. 17—19), qui articuli collecti prodierunt inter *Nouveaux mélanges d'archéologie,* d'histoire et de littérature, Parisiis 1874—77 t. 4 in 4; quibus praeierant *Mélanges d'archéologie* etc., ib. 1848—56. *Monographie de la cathédrale de Bourges,* 1. p. Vitraux du XIII[e] siècle, ib. 1841—44 in f., opus non absolutum, quod cum A. Martin (p. 1338) coeperat. *Caractéristiques des Saints* dans l'art populaire énumérées et expliquées, ib. 1867 t. 2 in f.; *Souvenirs de l'ancienne église de l'Afrique,* ouvrage traduit en partie de l'italien, ib. 1862 in 12. Inseruit plurimas diss. folio literario *Études religieuses* [1]) etc. Opera ejus sunt admodum erudita, pulchris ornantur illustrationibus, sed deest claritas et accuratio. — Renatus Grousset magnam de se spem fecit, sed juvenis 24 a. decessit 13. Apr. 1885 editis diss. doctis, ut *Etude sur des sarcophages* chrétiens: catalogues des sarcophages chrétiens de Rome qui ne se trouvent point au musée du Lateran, 1885 seu 42. fasc. *Bibliothèque des Ecoles franç.* d'Athènes et de Rome; *le boeuf et l'âne* à la nativité du Christ in *Mélanges d'archéologie et d'histoire,* 1884 etc. — Plura quoque reliquit Jo. Bern. Desiderius Cochet Rotomagensis (1812-75), sed ea magis spectant ad archaeologiam localem. Cf. ea apud Lorenz I, 551. — Ita etiam opera Jo. B. Coffinet Trecensis (n. 27. Mart. 1810; † 19. Mart. 1882), qui copiosa collegerat museum archaeologicum. Secretarius erat episcopatus et capituli decanus. Cf. ejus diss. fasciculis literariis insertas in Polybiblion 1882 I, 462.

[1]) Cf. Polybiblion 1886 I, 537. Cf. ib. 1887 I, 541 de Victore M. Car. Ruprich-Robert inspectore generali monumentorum historicorum Parisiensi n. 18. Febr. 1820; † 8. Maj. 1887).

[1]) Cf. Sommervogel II, 515.

772. Henricus Julianus comes Grimouard de Saint-Laurent (n. 11. Jul. 1814; † 7. Oct. 1885) dedit [1]) *Guide de l'art chrétien:* Etudes d'esthétique et d'iconographie, Pictavii 1872—75 t. 6 in 8., opus utile, eruditum, magistrale; *Manuel* de l'art chrétien, ib. 1878, prioris veluti epitome; *Art chrétien primitif;* le Christ triomphant et le don de Dieu: Etude sur une série de nombreux monuments des premiers siècles, Ambiani 1858 in 8; *Bouquet de fleurs de la vie des saints.* Fleurs de sainte enfance, Parisiis 1859 t. 2 etc. — Car. Lud. Andreas de Linas, prius miles, dein insignis archaeologus († 14. Mart. 1887), archaeologiam christianam plurimum promovit insertis doctis diss. fasc. lit.: *Revue de l'art chrétien,* amplissimumque fovit commercium literarium cum viris eruditis omnis fere regionis [2]). — De Alfredo Darcel Rotomagensi directore musei cluniacensis (n. 4. Juni 1818; † 27. Maj. 1893) cf. Polybiblion 1893 1, 540.

772. In *Italia* celebrantur: Amadeus Peyron Taurinensis (1785—1870) philologus, in literatura coptica bene versatus, archivorum et codicum scrutator, regni senator, qui inter alia dedit: *Notizia* dell' Archivio del rev. capitolo d'Ivrea, Torino 1843 etc. — Dom. Bened. Gravina e Requesens OSB. Cassinensis (16. Maj 1886), cujus exstant etiam diss. (2) *Sull' origine della anima umana* e talune varietà teologiche, Panormi 1870—72. — Ludocicus Bruzza Barn. Genuensis n. 1813, a. viginti professor eloquentiae Vercellis, academiae archaeologicae praeses († 16. Nov. 1883), qui de argumentis singularibus archaelogicis erudite et sagaciter disseruit. — Hercules baro Visconti Romanus n. 1801 ex familia studio archaeologiae quasi domestico celebri, vir cultissimus et comis, a Gregorio XVI. commissarius dictus antiquitatum, qui his effodiendis invigilaret: quo in munere et a Pio IX., cujus gratia plurimum fruebatur et subsidiis largiter juvabatur, confirmatus fuit. Condidit cum aliis Società Romana di Storia patria († 14. Oct. 1880). Coepit magnum *Dizionario delle famiglie nobili e celebri* dello stato Pontificio, Roma 1847 ss., sed morte interveniente non absolvit, inseruitque plurimas diss. actis pontificiae academiae archaeologicae [1]), cujus erat secretarius perpetuus. — Peregrinus Tonini SMV. n. 9. Mart. 1824 Monte Vettolini, elaboravit topographiam monetarum italicarum et illustravit magna industria sigilla in museo nationali Florentiae collecta (2387). Decessit pius religiosus [2]) apoplexia tactus 11. Nov. 1884. — Prae ceteris vero inclaruit Raphael Garrucci SJ. Neapolitanus (n. 23. Jan. 1812; † 5. Maj. 1885) cum celeberrimo de Rossi († 1894) discipulus P. Marchi (cf. p. 1340), qui totum se addixit studio archaeologiae, numismaticae, epigraphicae etc. atque investigandis cryptis. Edidit [3]) diss. minoris voluminis, sed magnae eruditionis (ultra 100) de argumentis archaeologicis etc., ex. gr. *Mélanges d' épigraphies anciennes,* Parisiis 1856 in 4., in quibus disserit de epitaphio s. Abercii et de inscriptione graeca augustodu-

[1]) Cf. Polybiblion 1885 II, 456; Lorenz 2, 507; 5, 605; 9, 696.

[2]) Cf. Lit. Hdw. 1887, 534. — Argumenti valde practic. et utilis est l. Guilelmi Engelberti Giefers († 26. Nov. 1880) *Praktische Erfahrungen und Rathschläge,* die Erbauung neuer Kirchen, sowie die Erhaltung und Wiederherstellung, Ausschmückung und Ausstattung der Kirchen überhaupt betreffend, nebst einer Uebersicht der Entwicklung der kirchlichen Baukunst, Paderbornae 1869 ed. 4; 1873 ed. 5; Opuscula polemica contra protestantes cf. apud Gla II, 681.

[1]) Cf. hist. Jahrb. 1881, 331; Stevenson in Polybiblion 1881 I, 75.

[2]) Cf. Reumont hist. Jahrb. 1885, 508.

[3]) Cf. Sommervogel 4, 1237; Baumgartner KL² 5, 105. Cf. etiam supra p. 1340.

nensi; *il Crocifisso Graffito* in casa dei Cesari ed il Simbolismo Cristiano in una corniola del secondo secolo, Romae 1857 ed. 2. Potiores prodierunt collectae, Romae 1864—65 t. 2 in 4. Opera majora jam sunt: *Vetri ornati di figure in oro* trovati nei cimiteri dei Cristiani primitivi di Roma raccolti e spiegati, ib. 1858; 1864 ed plurimum aucta et emendata; *Esame critico e cronologico* della numismatica Costantiniana portante segni di cristianesimo, ib. 1858, cum appendice 1859; *Monumenti del Museo Lateranense* pubblicati per ordine della Santita di N. S. P. Pio IX., ib. 1862 t. 2 in f.. Demum prodiit opus monumentale et praecipuum ingentis diligentiae et eruditionis *Storia dell' arte Cristiana* nei primi otto secoli della Chiesa . . . corredata della collezione di tutti i monumenti in pittura e scultura, incisi in rame su 500 tavole ed illustrati, Prati 1872—80 t. 6 in f. *Le monete dell' Italia antica* dichiarate con 125 Tavole, opus posthumum, Romae 1885 (fr. 100). — Plura scripta historica, diplomatica et archaelogica reliquit Jo. Bapt. Adriani Pedemontanus O. Som. (n. 11. Aug. 1823) collegii militaris director. Ea tamen fere respiciunt historiam profanam [1]). *Istoria de' suoi tempi,* Prato 1872—81 t. 3; *della vita e delle varie nunciature* del card. Prospero Santa Croce (1514—89), Torino 1869; *Ginevra, i suoi vescovi-principi* e i conti e duchi di Savoia, Memorie istoriche, ib. 1869; *Memorie* della vita e dei tempi di mons. Gio. Ferrero-Ponziglione, ib. 1856 etc. — Pasquali Adinolfi († 1882), cujus inter alia est *Roma nel età di mezzo,* Roma 1881—82 t. 2. — Seraph. Balestra canonicus comensis (n. 1831; † 26. Oct. 1886) varia comensis ditionis illustravit monumenta, erat enim insignis archaeologus. — Franciscus Maria Rossi Mediolanensis n. 16. Sept. 1800 studens solerter gloriae s. Ambrosii fructu suae investigationis non est frustratus: reperit enim hujus sancti corpus una cum corporibus ss. Gervasii et Protasii eaque solemniter levavit (15. Jan. 1864): hinc in meritorum praemium factus est praelatus domesticus suae Sanctitatis et abbas mitratus. Scripsit doctas literas archaeologicas, quae collectae prodierunt: *Cronaca dei ristauri* e delle scoperte fatte nell' insigne Basilica di s. Ambrogio dall' a. 1856—76, Milano 1884. Obiit 12. Jun. 1883.

773. Guilelmus Diekamp vir ob animi talenta, ingenii sagacitatem, studendi alacritatem optimae spei, in aetatis flore morte praematura Romae, ubi studiorum causa morabatur, 25. Dec. 1885 abreptus est magno eruditorum catholicorum luctu. Natus est Geldrae 13. Maj. 1854. Splendido successu studiis (prius theologicis, dein) historicis vacavit, hinc praemium retulit diss. de themate a facultate philosophica monasteriensi proposito *Widukind* der Sachsenführer nach Geschichte und Sage, Monasterii 1877 in 8. et 8. et multa cum laude lauream doctoralem promeruit. Dissertationibus eruditis et accuratis, quas suppresso nomine foliis literariis (Lit. Handweiser aliisque) inseruit, eruditorum attentionem in se convertit. Hinc munus ei concreditum, ut continuaret op. *Die Geschichtsquellen des Bisthums Münster,* quorum t. 1. Ficker, 2. Cornelius 3. Janssen, viri admodum celebres ediderant. Prodiit t. 4: *Vitae s. Liutgeri,* Monasterii 1881; et *Wesphälisches Urkundenbuch,* quod edere coeperant Wilmans († 28. Jan. 1881) et W. E. Giefers. Ut tanto operi par esset, Viennam est profectus, ut duce Theodoro Sickel in re diplomatica se excoleret: in qua sane admodum profecit, ut ejus testantur diss., quas inseruit

[1]) Cf. Pagliaini Catal. gen. della Libreria ital. I, 9 s.

[1]) Cf. Molteni Lessico eccl. IV, 565.

fasc. lit. *Historisches Jahrbuch* der Görresgesellschaft 1883 IV, 210 ss.; *Mittheilungen* des Institutes für österr. Geschichtsforschung 1882 III, 565—627; 1883 IV, 497—540; 1884 V, 141—43; 622—23; et supplementi fasc. 1. (Monasterii 1885) op. *Westphälisches Urkundenbuch,* quae omnia a peritis in hac disciplina classica censentur. Multa jam magnae molis opera mente conceperat et undique indefessa sedulitate collegerat documenta ad ea condigne edenda, sed laboribus immortuus est. Vir erat laicus sed probe catholicus, qui quotidie intererat sacro singulisque hebdomadis reficiebatur sacramentis [1]). — Joseph Natalis de Wailly academiae inscriptionum decanus, conservator manuscriptorum in bibliotheca nationali (n. 10. Maj. 1805; † 3. Dec. 1886), exhibet *Eléments de Paléographie,* 1838 t. 2 in 4., opus, quod illum merito eo tempore reddidit celebrem, sed nunc jam antiquatum est, et praeter alia [2]) edidit cum C. Jourdain et Leop. Delisle [3]) *Recueil des historiens* des Gaules et de la France (cf. IV[3], 1521) t. 23. contenant la 4[e] livraison des monuments des règnes de s. Louis, de Philippe le Hardi, de Philippe le Bel, de Louis X., de Philippe V., Parisiis 1876.

774. Denique in *historia literaria* [4]) versati sunt viri egregii. Ita par nobilissimum fratrum Aloysius et Augustinus de Backer [1]) Antwerpiae natum, ille 18. Jun. 1823 († 7. Apr. 1883), hic 18. Jul. 1809 († 1. Dec. 1873). Viribus unitis collegerunt *Bibliothèque des Ecrivains de la Comp. de Jésus* ou Notices Bibliographiques 1. de tous les ouvrages publiés par les Membres de la Comp. de J.... 2. des Apologies, des Controverses religieuses, des critiques littéraires et scientifiques suscitées à leur sujet, Leodii 1853 ad 1861 t. 7 in 8. seu series 7 singulae alphabetice dispositae; ib. 1869—76 t. 3 in f. ed. emendata, in unam seriem alphabeticam refusa, plurimum aucta, opus infinitae diligentiae, cui si integritatem, amplitudinem, accurationem spectes, vix par invenies. Et tamen Car. Sommervogel SJ. novam curavit editionem, cujus Bruxellis 1890-1909 t. decem prodierunt, quae priores duas accuratione, diligentia, plenitudine superat [2]). — Hujus sodalis Eduardus Terwecoren Brabantinus (n. 17. Jan. 1815; † 1. Jun. 1872) literarum humanarum magister condidit *Précis historiques* 1852, easque redegit ad mortem usque, folium non sine pretio. — Jos. Lanteri OSA. Ligur laudanensis († 1887) *exhibuit postrema secula sex religionis augustinianae,* in quibus breviter recensentur illustriores viri augustinenses, qui sanctitate et

[1]) Cf. Hülskamp Lit. Hdw. 1886, 1—10; Al. Schulte hist. Jahrb. 1886, 266—75; Bahlmann allg. d. Biogr. 47, 679.

[2]) Cf. Polybiblion 1887 I, 76.

[3]) Leop. Delisle (n. 1826; † 22. Jul. 1910) administr. et director gen. bibl. nat., Instituti membrum, ex archivis innumera in lucem protulit, ut liquet ex Lorenz 2, 64; 5, 378; 9, 429; 12, 300; Polyb. 1883 II, 466; 1910 II, 174; Paulus Lacombe Bibliographie des travaux de M. L. Delisle, Paris 1892. Hujus Lacombe est etiam *Essai d'une bibliographie* des ouvrages relatifs à l'histoire relig. de Paris pendant la Révolution (1782-1802), bibliographia non sine pretio.

[4]) Praetermittimus M. Joseph Sp. Jules Duplessy († 7. Jun. 1879) qui spiritu bono ad a. 1877 redegit *Bibliographie catholique* a B. de Billiers conditam.

[1]) Horum forte affinis est Lud. de Backer S. Audomari (Saint-Omer) n. 16. Apr. 1814. Advocatum aliquamdiu egit et munere judicis pacis est functus, sed totus dein scientiae vixit, praesertim historiae, archaeologiae, philologiae et literaturae atque plurima reliquit opera († 4. Febr. 1896), quae recenset Polybiblion 1896 I, 268. Ex his huc referri forte possunt *De l'origine du langage* d'après la Genèse, Paris 1869 in 8; *La Liberté chrétienne* et le Pape Léon XIII, Caen 1885 in 8. etc. Eques fuit legionis honoris, insignibus ordinis Christi donatus et praeses societatis antiquariae Picardiae.

[2]) Cf. quae de hac ed. notavimus Zeitschrift für katholische Theologie 1891 p. 374 ss.

doctrina floruerunt post magnam ordinis unionem peractam a. 1256 ab Alexandro IV. usque ad haec tempora, Tolentini et Romae 1858—60 t. 3 in 8. — Ant. Maria Borgo a Vicetia Min. lector theologus et chronologus († 1884) recensuit *Scriptores O. Min. strict. obs. ref.* Provinciae s. Antonii Venetiarum, Venetiis 1877; s. Bonaventurae ... *breviloquium* adjectis illustrationibus ex aliis operibus ejusdem s. doctoris depromptis, tabulis ad singula capita et appendicibus[1]), Venetiis 1874; Friburgi 1881; *Lexicon Bonaventurianum philosophico-theologicum,* in quo termini theologici, distinctiones et effata praecipua scholasticorum a seraphico doctore declarantur (cum Jo. a Rubino), Venetiis 1880. — Ant. Jo. Maria (Klein) a Ratisbona Cap. (n. 30. Jun. 1812; † 10. Apr. 1874) quinquies suae provinciae praepositus et definitor generalis adjecit (tenuem) appendicem (1747—1852) ad *bibliothecam Capuc.* (cf. supra p. 6). — Ant. Ruland n. 25. Nov. 1809 Wirceburgi sacerdotio inauguratus munere bibliothecarii universitatis fungebatur, sed brevi motus loco factus est parochus. Revocatus tamen fuit ad munus bibliothecarii 1850, quod rigide, sed provide gessit († 8. Jan. 1874). Plura reliquit[2]) scripta theologica et historica, diss. ad historiam pertinentes, ex quibus huc spectant: *Series et vitae professorum ss. theologiae,* qui Wirceburgi a fundata academia per d. Julium usque in a. 1834 docuerunt, Wirceburgi 1835; *de s. Missae canonis ortu* et progressu, 1834. — Jos. eques de Aschbach Nassovius n. 29. Apr. 1801 in historia hispana egregie versatus, Boehmeri familiaris amicus, professor diligens historiae in gymnasio francofurtensi, dein (1842) in academia bonnensi, inde Viennam vocatus (1853; † 25. Apr. 1882) hujus academiae descripsit[1]) fata in *Geschichte der Wiener Universität,* Viennae 1865—77 t. 2; 3. prodiit 1888 posthumus; composuitque cum viris eruditis *Allgemeines Kirchenlexikon,* Francofurti et Moguntiae 1846-50 t. 4. — Rup. (Antonius) Mittermüller OSB. in monasterio mettensi bibliothecarius et prior (n. 7. Jan. 1814; † 11. Dec. 1893) dedit *Beiträge* zur Geschichte der Universität Salzburg, ib. 1889; *das Kloster Metten* und seine Aebte, Straubing 1856; quamplurimas diss. historicas, biographicas edidit vel inseruit fasciculis[2]). — Paulinus Paris frater Ludovici (pag. 1777) in oppido Avenay 25. Mart. 1800 n., Instituti membrum, conservator erat mscr. in bibliotheca nationali (1828—70). Inde thesauros eruditionis protulit, ut pro ipso institueretur cathedra linguae gallicae et litteraturae medii aevi, in qua ei successit ejus non degener filius. Praeter alia curavit novae editionis *Historiae literariae Galliae* (IV[3], 1586) t. 8—15, Parisiis 1868—74; operamque contulit ad operis prosecutionem t. 20—28; edidit praeterea *les grandes chroniques de St. Denys,* ib. 1836—40 t. 6; *La conquête de Constantinople* par Villehardouin, ib. 1838; *Guillaume de Tyr* et ses continuateurs, ib. 1879 t. 2 etc. Decessit[3]) 12. Febr. 1881. — Joannes Victor Alex. Guyard de Chalambert (n. 18. Maj. 1811; † 22. Jan. 1879) laicus, plurium virorum celebrium nar-

[1]) Cf. Braun Lit. Hdw. 1892, 455.

[2]) Cf. Leitschuh Dr. A. Ruland ... als Schriftsteller, München 1882 cf. allg. d. Biogr. 29, 632—34. — Alius est Jo. Nep. Ruland, qui redegit 1847—48 *Petrus und Paulus,* kath. Monatschrift zunächst für Berlin, et alia quaedam opuscula polemica edidit († 1874). Erat parochus et decanus Coesfeldae. Cf. Gla 1, II.

[1]) Cf. K. Schrauf allg. d. Biogr. 52, 59—68, qui cum magna laude alia ejusdem opera recenset: sed ea spectant historiam profanam.

[2]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 52, 421 s., qui diligenter ejus diss. sane doctas recenset.

[3]) Cf. hist. Jahrbuch 1881, 330; Polyb. 1881 I, 262.

rat vitas atque recenset opera, ut M. de Bonald, Parisiis 1849; Jos. de Maistre, 1850; Fel. Rob. La Menais, 1854; Joach. Ventura, 1856; sed et philosophorum recentiorum Comte, Littré, Taine, 1860; Stuart Mill, 1867. In sua *Histoire de la Ligue,* 1854 t. 2 salutarem in societatem civilem Ecclesiae influxum aperit [1]).

775. In literatura theologica si quis unquam versatissimus erat Carolus Werner n. 8. Mart. 1821 in Hafnerbach oppido Austriae inferioris. Professorem egit diu in seminario sanhippolytano (1847—70), donec Viennam accitus fuit prof. studii biblici N. T. in facultate theologica. Receptus quoque fuit inter membra academiae viennensis, cujus actis plures inseruit doctas diss. de philosophia medii aevi († 4. Apr. 1888). Indefessa sedulitate edendis libris incumbebat, quae stupenda plane eruditione literaria referta sunt et historiam opulentam constituunt theologiae, sed ob nimiam eorum copiam festinanter subinde elaborata sunt. Praetermissis libris minoris momenti (philosophicis, quorum nonnulli opiniones guentherianas sapiunt), scripsit in primis: *Der h. Thomas von A.,* Ratisbonae 1858 s. t. 3, quibus s. Thomae vitam, operum et totius systematis (Thomismi) fata fuse persequitur; *Franz Suarez* und die Scholastik der letzten Jahrhunderte, ib. 1861, opus praestans et monumentum tanto theologo condignum; *Geschichte der apologetischen und polemischen Literatur* der christl. Theologie, Schafhusiae 1861-67 t. 5 in 8., opus eruditissimum; *Geschichte der kath. Theologie Deutschlands* seit dem Trienter Concil [2]), Monachii 1866; 1889; *über Begriff und Wesen der Menschenseele,* Schafhusiae 1867 ed. 3; *speculative Anthropologie* vom christlich-philosophischen Standpunkte, Monachii 1870; *Religionen und Culte des vorchristlichen Heidenthums,* ein Beitrag zur Geschichte der Religionen, Schafhusiae 1871; *Beda der Ehrwürdige* und seine Zeit, Viennae 1875; *Alcuin und sein Jahrhundert,* ein Beitrag zur christlich-theologischen Literärgeschichte [1]), Paderbornae 1876; *Gerbert von Aurillac,* die Kirche und Wissenschaft seiner Zeit, Wien 1878; *Grundriss der Geschichte der Moralphilosophie* als Leitfaden für Vorlesungen, Viennae 1859; *Enchiridion theologiae moralis,* ib. 1863; epitome operis majoris *System der christl. Ethik,* Regensburg 1850—52; 1888; sed ea minus est apta; *zur Orientierung* über Wesen und Aufgabe der christl. Philosophie in der Gegenwart, Schafhusiae 1867; *Die Scholastik des späteren Mittelalters,* Viennae 1881—87 t. 5, in quorum 1. agit de Jo. Duns Scoto: 2. exhibet die nachscotistische Scholastik; 3. der Augustinismus in der Scholastik des spätern Mittelalters; 4. p. 1: Der Endausgang der mittelalterlichen Scholastik; p. 2: Der Uebergang der Scholastik in ihr nachtridentinisches Entwicklungsstadium. *Psychologische Erkenntnisse* u. Wissenschaftslehre des Roger Baco, Wien 1879; *die Sprachlogik* des Johann Duns Scotus, ib. 1777; *Die italienische Philosophie* des 19. Jahrhunderts, ib. 1884—88 t. 5, in quorum 1. agit de Antonio Rosmini et ejus schola; in 2. de ontologismo, et praesertim de Gioberti et Terentio Mamiani; in 3. de transformatione ontologismi, deque Jos. Ferrari et Ausonio Franchi; in 4. et 5. de recentiori philosophia per Italiam vigente [2]). Plures quoque diss. ad historiam literariam medii aevi spectantes prodierunt in actis academiae viennensis et in aliis foliis literariis. — Vinc.

[1]) Cf. Polybiblion 1879 I, 172.
[2]) Cf. Hülskamp Lit. Hdw. 1867, 100.

[1]) Hagemann Lit. Hdw. 1877, 275.
[2]) Vide de utroque op. S. Baeumer Katholik 1889 II, 80—90. Cf. de eo Reusch allg. d. Biogr. 42, 60; Schindler KL. VII, 1332—34.

Al. Seback can. reg. s. Aug. in canonia claustroneoburgensi Brunensis n. 28. Dec. 1805, professor inprimis juris canonici in universitate viennensi (1850—76), rector etiam magnificus (1870; † 13. Jan. 1890) accuratas inseruit biographias virorum catholicorum doctrina clarorum (Ximenes, Mazochii, Steph. Borgia, Ed. Corsini, Mabillon, Froehlich, Ackermann, Pletz etc.) et recensiones ll. fasc. lit. *theologische Zeitschrift* ed. Pletz[1]). — Nec praetermittere licet Sebastianum Brunner[2]), n. 10. Dec. 1812, quondam concionatorem academicum, praelatum domesticum suae Sanctitatis et protonotarium († 27. Nov. 1893), qui intrepide propugnavit rem catholicam adversus Judaeos, incredulos, liberales etc. primum in *Kirchenzeitung*, quam diu (1838—65) redegit, dein in operibus egregiis plurimis stilo florido et[3]) vivace conscriptis, ex quibus mentione sunt digna: *der Predigerorden* in Wien und Oesterreich, Viennae 1867; *die theologische Dienerschaft* am Hofe Joseph II.: Geheime Correspondenz und Enthüllungen zum Verständniss der Kirchen- u. Profangeschichte in Oesterreich von 1770—1800, aus bisher unedirten Quellen etc., ib. 1868 in 8., opus lectu dignissimum[4]); Joseph II., 1874; 1885 ed. 2; *Die Mysterien der Aufklärung in Oesterreich* 1770—1800 aus archivalischen und andern bisher unbeachteten Quellen[5]), Moguntiae 1869; *Hau- und Bausteine* zu einer deutschen Literaturgeschichte, Wahrheit und keine Dichtung fasc. 6, Viennae 1885; *Die vier Grossmeister der Aufklärungstheologie* (Herder, Paulus, Schleiermacher, Strauß), Paderborn 1887; allerhand Tugendbolde aus der Aufklärungsgilde ib. 1888; Kniffologie u. Pfiffologie des Weltweisen Schopenhauer, Lessingiasis u. Nathanologie etc., ib. 1890; *Benediktinerbuch*, Geschichte und Beschreibung der Benediktinerstifte etc. 1880; *Zisterzienserbuch* 1881; *Chorherrenbuch*, 1883; *Paulus in Athen*, 1856; 1876 ed. 3; *der Atheist Renan* und sein Evangelium 1864; 1868 ed. 3; *Autobiographia* Woher? wohin? 1855; 1891 t. 5 ed. 3, quae est admodum bella. — Suppetias copiosas pro historia literaria suppeditat quamvis non theologus Constantinus eques de Wurzbach de Tannenberg Labacensis n. 11. Apr. 1818. Aliquamdiu fuit miles, bibliothecis dein addictus et notitias literarias foliis publicis inseruit: totum demum se dedit compilando operi *Biographisches Lexikon* des Kaiserthums Oesterreich, Wien 1856—91 t. 60, quo in op. biographias vel notitias collegit 24, 254, inter quas 3663 agunt de theologis catholicis vel protestantibus. Alia quoque edidit, inter quae: *Die Kirchen der Stadt Krakau.* Eine Monographie zur Geschichte und Kirchengeschichte des einstigen Königreiches Polen, Wien 1853. Obiit[1]) 19. Aug. 1893. — Idem dici poterit de Gomez Uriel, qui *Biblioteca antigua y nueva* de escritores aragoneses a M. Latassa 1826 in f. editam iterum recudit 1889, sed ordine alphabetico Madrid t. 3 in 8 inscriptam *Diccionario biblio-biografico* des esc. ar.

776. Vir laboriosissimus in re literaria fuit Augustinus de Roskovány n. Szenae in Hungaria 7. Dec. 1807. Obtenta doctoratus laurea in Frintaneo

[1]) Cf. Černík p. 246—80.

[2]) Alius a Luitpoldo Br. Passaviensi OSB. Augustae (n. 15. Jun. 1823; † 9. Jan. 1881) diligenti historico, de quo cf. Lauchert allg. d. Biogr. 47, 298; Lindner II, 250.

[3]) Ea diligenter recenset Lauchert allg. d. Biogr. 47, 299—306. Cf. de ipso Scheicher: Seb. Brunner, Würzburg und Wien 1888; 1890 ed. inscripta Ein Kapitel aus Oesterreichs neuester Zeit- und Kirchengeschichte.

[4]) Cf. Lit. Hdw. 1868, 482; Katholik 1868, 591—8.

[5]) Cf. Rump lit. Hdw. 1873, 69; Katholik 69, 703—18.

[1]) Cf. Glossy allg. d. Bio. 55, 135—38.

factus est vicedirector et studiorum praefectus in seminario agriensi, gradatim archivarius dioecesanus et notarius consistorialis, canonicus aliisque perfunctus muneribus episcopus auxiliaris archiepiscopi (1847), vicarius capitularis, episcopus vaciensis (1851), demum nitriensis (1859; † 24. Febr. 1892). Praesul erat piissimae vitae et ad profusionem usque liberalis in pia instituta. Instructissimam collegit bibliothecam, ex cujus thesauris plurima condidit opera, quae sunt eruditionis armamentarium: meritum enim ejus consistit in congerenda literatura de variis argumentis ordine chronologico per singula secula tam eorum qui pro illa quam qui contra illa scripserunt: inter testimonia tamen plura sunt pretii dubii. *De primatu* romani pontificis ejusque juribus, Viennae 1834; Agriae 1841 ed. 2., liber systematicus, utilis; *Rom. pontifex* tamquam primas Ecclesiae et princeps civilis monumentis omnium seculorum demonstratus, Nitriae 1867—90 t. 20, in cujus t. 16. reperitur l. de primatu; Monumenta catholica *pro independentia potestatis ecclesiasticae* ab imperio civili, ib. 1847-78 t. 13; *de matrimoniis* in Ecclesia catholica, Agriae 1837. 1840 t. 2, liber methodice elaboratus; *de matrimoniis mixtis,* Quinqueecclesiis 1842-82 t. 7, cum supplemento 1887; *Matrimonium* in Ecclesia catholica potestati eccl. subjectum, Pesthini 1870-82 t. 4; *Coelibatus et breviarium:* duo gravissima clericorum officia e monumentis omnium seculorum demonstrata, Pestini 1861—88 t. 13; *b. Virgo Maria* in suo conceptu immaculata, Nitriae 1860—81 t. 9+4. Collegit scripta mariana 259, 46. — Josephus Brown SJ. Petropolitanus n. 1. Jun. 1801, Tarnopoli philosophiae et theologiae professor, diu provinciae praepositus († 1879) polonice collegit bibliothecam scriptorum assistentiae polonicae S. J., 1862. — Accuratam et diligentem *Histoire littéraire et bibliographique* des Frères Mineurs de l'Oberservance de St. François en Belgique et dans les Pays-Bas, Antwerpiae (1885) conscripsit Servatius Dirks Min. († 28. Aug. 1887). — Forte hic referre licet Marcellinum Gutierrez OSA. philosophiae professorem, qua cathedra se abdicavit ob infirmam valetudinem (n. 1858; † 15. Dec. 1893). Insignis erat philosophus et sagacitatis sui ingenii dedit specimen in op. *Fr. Luis de León* (I, 81) y la filosofia española del siglo XVI, 1885 in 8; *El misticismo ortodoxo* en sus relaciones con la filosofia, 1886, adversus Cousin ejusque scholam, quod a nonnemine dicitur „specimen magistrale". Symbolam quoque contulit folio periodico *Ciudad de Dios* [1]). — Innoc. Franc. de Silva collegit *Diccionario bibliographico Portuguez,* Lisboa 1859—65 t. 4.

777. Plurimos praetermittimus, qui inter *historicos* [2]) referri possent, ne infiniti simus. Ita Jacobus Gacki Polonus [3]) quondam congr. schol. piar.,

---

[1]) Cf. Polybiblion 1874 I, 194.

[2]) Minus probandus est Joannes Bapt. Schwab, Bavarus n. 3. Jan. 1811, professor historiae ecclesiasticae et juris canonici in universitate wirceburgensi necnon et concionator academicus, qui liberiorem secutus est sentiendi rationem, unde et cathedra motus fuit (1851). Propendit quoque in neoprotestantium sectam, sed Ecclesiae reconciliatus obiit 25. Mart. 1872. Fuse descripsit *Geschichte des Joh. Gerson,* Kanzler der Universität Paris, Wirceburgi 1858; *Franz Berg,* geist. Rath und Professor der Kirchengeschichte an der Universität Würzburg, ein Beitrag zur Charakteristik des kathol. Deutschlands, zunächst des Fürstbisthums Würzburg im Zeitalter der Aufklärung, ib. 1869 (cf. supra p. 959). — Alius ab eo est J. Schwab, cujus plures exstant diss. philosophicae, de quo egimus p. 453 et Gallus Guil. Schwab (n. 12. Jan. 1779; † 1. Dec. 1837), qui plura ascetica germanice vertit et ostendit *des christlichen Glaubens Reichthum,* Schönheit und Kraft ... aus Vätern und anderen frommen Schriftstellern, Sulzbach 1827—28 pp. 2.

[3]) Cf. Polybiblion 1897 I, 85.

qua per Poloniam suppressa, factus est parochus (n. 1805; † 27. Nov. 1876). — Nicolaus Valentin Gallus parochus († 1. Nov. 1876). — C. B. Ridder Belga (24. Aug. 1824; † 28. Apr. 1876), qui diligenter symbolam contulit ad *Analectes de l'histoire ecclésiastique de Belgique,* et scripsit *Aubert le Mire,* sa vie et ses écrits, mémoire historique et critique, 1863 in 4. Diligens erat scrutator monumentorum antiquitatis in archivis, sed minus felix et expertus in concinnandis libris et dissertationibus. Operam suam contulit variis fasciculis literariis [1]). Ejus quoque est *Les diocèses de Belgique* avant 1559. *Notices et pouillés.* P. 1. Diocèse de Liége, Louvain 1866. — Ant. Reiter SJ. Arnsbergae n. 1821, missionarius in statibus unitis Americae († 5. Maj. 1873), magna sedulitate concinnavit [2]) *Schematismus der katholischen deutschen Geistlichkeit* in den vereinigten Staaten Nordamerika's; Statistik aller deutschen Missionspfarreien, Stationen und Schulen, *und Wegweiser* für kathol. deutsche Einwanderer, Neo-Eboraci et Ratisbonae 1869. — Leonardus Ennen archivarius coloniensis (n. 5. Mart. 1820; † 20. Jun. 1880), qui illustrando urbem pluribus scriptis, in primis *Geschichte der Stadt Cöln* meist aus den Quellen des Stadt-Archivs, Düsseldorpii 1862—79 t. 5, eccl. quoque coloniensem illustravit usque ad sec. 17; *Quellen zur Geschichte d. St. Köln* 1860—79 t. 6. Opera tamen ejus nimis festinanter conscripta carent soliditate, methodo historica et accuratione. Ipse temporis lapsu ad liberiorem sentiendi rationem declinavit [3]). — Henr. Kampschulte Westphalus, parochus et decanus (n. 28. Mart. 1823; † 30. Apr. 1878) narrat *Geschichte der Einführung des Protestantismus* im Bereiche der jetzigen Provinz Westphalen [1]), Paderborn 1866; *die westphälischen Kirchenpatrocinien,* besonders auch in ihrer Beziehung zur Geschichte der Einführung und Befestigung des Christenthums in Westphalen, ib. 1867 etc. — Guil. Junckmann Monasteriensis, historiae in universitate wratislaviensi professor (n. 2. Jul. 1811; † 3. Nov. 1886), poeta et vir probe catholicus, disseruit *de peregrinationibus et expeditionibus sacris* ante Synodum claromontanam, Wratislaviae 1859, inseruitque plures diss. fasciculis literariis [2]). — Vincentii Hasak Bohemi, decani (n. 18. Jul. 1812; † 1. Sept. 1889) opus *der christliche Glaube des deutschen Volkes* beim Schluss des Mittelalters, Ratisbonae 1868, saepe allegatur a Janssen. *Die Himmelstrasse* oder die Evangelien des Jahres in Erklärungen nach deutschen Plenarien aus der Zeit 1500, ib. 1882; *Ein Epheukranz* oder Erklärung der 10 Gebote nach der Originalausgabe von dem Jahre 1485 und 1516, Augsburg 1889; *Dr. M. Luther* und die religiöse Literatur seiner Zeit bis zum Jahre 1520, 1881 etc. Bene meruit de literatura germanica medii aevi exeuntis. — Alb. Gereon Stein parochus coloniensis ad s. Ursulam (n. 29. Sept. 1809; † 10. Jun. 1881) de musica sacra egregie meritus, edidit *die h. Ur-*

[1]) Cf. Bergmans Biographie nat. XIX, 311—14.

[2]) Cf. Schneemann lit. Handw. 1869, 465. Alius est a J. Reiter, de quo supra p. 1130.

[3]) Cf. H. Keussen allg. d. Biogr. XLVIII, 381—82.

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1866, 264. Ejus frater Fried. Guilelmus K., n. 12. Nov. 1831, professor historiae in academia bonnensi post bonum cursum defecit ad neoprotestantium sectam († 3. Dec. 1872). Praeter libros minores quosdam, *de Ge. Wicelio* ejusque studiis et scriptis irenicis, Paderborn 1856; *de Jo. Croto Rubiano,* Bonnae 1862; *Die Universität Erfurt* in ihrem Verhältnisse zu dem Humanismus und der Reformation, Treviris 1858—60 pp. 2; coepit *Johann Calvin,* seine Kirche und sein Staat in Genf, Lipsiae 1869 t. 1; alterum edidit 1899 L. Götz. Cf. Cornelius allg. d. Biogr. 15, 64—66.

[2]) Cf. Rassmann 1, 167.

sula und ihre Gesellschaft [1]), Coloniae 1879; *die Pfarre zur h. Ursula* in Köln, ib. 1880. — Goldschmidt parochus et decanus, cujus est *Lebensgeschichte* des Card.-Priesters Franz Wilhelm Graf von Wartenberg, Fürstbischof von Osnabrück und Regensburg, Minden und Verden, viri de bono religionis catholicae optime meriti († 1. Dec. 1661), Osnabrugae 1866, opus ab episcopo praemio donatum. — Jo. Niemoeller SJ. Oldenburgensis (n. 26. Aug. 1851; † 25. Nov. 1890), inseruit fasc. hist.-pol. Blätter (t. 104) *Ein Wort über die Geschichte der Pack'schen Händel* und ihre 350jährige Verfälschung durch die hist. Methode des Protestantismus, quod etiam seorsim prodiit. — Mauritius Dzieduszycki (n. 1813; † 22. Apr. 1877) vir quidem laicus, sed probe catholicus pro fide catholica fuit sollicitus variis scriptis [2]). — Jos. Bender [3]) historicus doctus, historiae professor in lyceo hosiano Braunsbergae, praeses societatis historicae warmiensis, n. in Meschede oppido Westphaliae (30. Jul. 1815; † 9. Dec. 1893), praeter plura opera historica scripsit *Geschichte der philosophischen und theologischen Studien* in Ermland, Braunsberg 1868; *notationes criticae* ad Eusebii chronologiam, ib. 1881; *de jure et ratione dominationis pontificum rom.* in terram gentemque veterum Prutenorum commentatio, 1890.

778. Amadeus Thierry Blessensis, historicus, instituti gallici membrum et senator imperii (1797—1873), non est religionis adversarius, sed multis praeoccupatus praejudiciis. Ante obitum tamen ad saniora rediit sensa pieque decessit. Praeter alia opera historica [4]) scripsit stilo eleganti: *S. Jean Chrysostome* et l'impératrice Eudoxie: la société chrétienne en Orient [1]), Parisiis 1872; 1874; *S. Jérôme*, la société chrétienne à Rome et l'émigration romaine en Terre-Sainte [2]), ib. 1867 t. 2 in 8; 1875 ed. contracta; 1875 in 12. ed. 3; *Récits de l'histoire romaine* au V^e^ siècle: les grandes hérésies du V^e^ siècle, Nestorius et Eutyches, ib. 1878 in 8; 1879 in 12. — Fuzet canonicus et secretarius generalis universitatis catholicae insulensis scripsit *les Jansénistes du XVII^e^ siècle*, leur histoire et leur dernier historien M. Sainte-Beuve, Parisiis 1876 in 8. — Paulus comes Riant Parisiensis n. 1836, academiae inscriptionum aliarumque societatum lit. socius, qui societatem orientis latini condidit, vir probe cathol., solide doctus et humanus († 17. Dec. 1888), opera eruditissima reliquit [3]), inter quae illud singularis argumenti: *Exuviae sacrae constantinopolitanae.* Fasciculus documentorum minorum ad byzantina lipsana in Occidentem sec. XIII. translata spectantium et historiam quarti belli sacri imperiique gallo-graeci illustrantium, Genevae 1877—78 t. 2 in 8; Etudes *sur l'histoire de l'église de Bethléem*, 1889; *de Haymaro monacho* archiep. caesariensi et postea hierosolymitano patriarcha disq. critica; accedit ejusdem Haymari monachi de expugnata a. 1191 Accone l. tetrasticus ad fidem codd. mscr. bibliothecae r. bambergensis et bibl. coll. Oriol. oxoniensis recognitus et emendatus, Parisiis in 8; *Ex-*

[1]) Cf. Diekamp Lit. Hdw. 1880, 140 et 720; G. Baeumker allg. d. Biogr. 35, 595.

[2]) Cf. Polybiblion 1877 II, 169.

[3]) Alius ab eo est Guil. Bender, cujus est: *der Reformator Jos. Wiclef* als Bibelübersetzer. Mainz 1884 in 8.

[4]) Cf. Lorenz 4, 495; 6, 616; 10, 654.

[1]) Post aliquot annos Aimé Puech scripsit *Un Réformateur* de la société chrétienne au IV. siècle J. Chrysostome, Paris 1891 opus praemio coronatum.

[2]) Hujus op. post brevem recensionem in Revue des qq. hist. 3, 625, cf. prolixam censuram auctore Daux ib. 21, 404—473, qui eam absolvit pronuncians opus illud esse Pamphlet. Cf. etiam Gaignard in Etudes Nouv. série XIII, 360 ss., 189 ss. *Les ss. Pères* au Tribunal de M. A. Thierry.

[3]) Cf. hist. Jahrbuch 1889, 492; Falk Lit. Hdw. 1879, 218.

péditions et Pèlerinages des Scandinaves en Terre-Sainte au temps des croisades, Parisiis in 8; *Petri casinensis diaconi l. de locis sanctis* seu descriptio terrae sanctae et totius terrae repromissionis itinerarium, Neapoli 1870 in 8; *Inventaire critique* des lettres historiques des croisades, Genevae 1881 in 4. Innumeras eruditas diss. inseruit fasciculis literariis. Collegerat ditissimam bibliothecam, quae omnes libros et monumenta de bellis cruciatarum complectitur, in suo genere unicam et pretiosissimam. Hinc L. de Germain et L. Polain accuratione diligenti concinnarunt *Catalogue* de la Bibliothèque etc. Paris 1899 t. 2, qui vel ipse magni est pretii pro historia literaria [1]). — A. H. Chirat tertii ord. S. Dom. edidit *S. Catherine de Sienne* et l'Eglise au XIV^e^ siècle, Parisiis 1888 in 8. — Julianus Havet bibliothecae nationali addictus († 19. Aug. 1893), edidit *Lettres* (220) *de Gerbert* (983—97), Parisiis 1889 in 8., cum egregio apparatu critico, editio praeclara [2]). Alia ejusdem opera prodierunt collecta, Paris 1896 t. 2 in 8. — Franc. Martin [1]), missionarius apostolicus et canonicus bellicensis (1814-1877), verbo et scriptis stetit pro fide catholica tuenda [2]) et inter alia scripsit *Histoire de M. Vuarin* et du rétablissement du catholicisme à Genève, 1862 t. 2 in 8. *Les Moines* et leur influence sociale dans le passé et l'avenir, Bourg 1865; 1867 t. 2; 1880 ed. 4; *De l'Avenir* du protestantisme et du catholicisme, 1869; *Les Vierges martyres,* suivie d'un appendice sur la condition matérielle, morale, religieuse et sociale de la femme avant J.-Christ, Paris 1874 t. 2 in 12. — Clemens Compayré († 21. Dec. 1876), reliquit *Etudes historiques sur l' Albigeois,* le Castrais et l'ancien diocèse de Lavaur, 1844 in 4. — Augustus Bernardus Pergot parochus n. 1811, scripsit *La vie de s. Sour* ermite et premier abbé de Terrasson avec une notice historique sur l'abbaye de Terrasson, Parisiis 1857; *la vie de s. Front* apôtre, premier évêque de Perigueux, Petrocoris 1861; *La vie de s. Sacerdos* évêque de Limoges, Perigueux 1865. — Jos. Lud. Lacurie philosophiae professor et diligens archaeologus, canonicus honorarius rupellensis (n. 1799; † 31. Mart. 1878), praeter alia edidit [3]): *Manuel du jeune archéologue,* S. Jean d'Angely 1842; *Histoire de l' abbaye de Maillezais* depuis sa fondation jusqu' à nos jours suivie de pièces justificatives la plupart inédites, Fontenay le Comte 1852 in 8; *Conseil pour l' entretien, la décoration et l' ameublement des églises,*

[1]) Cf. Stimmen aus M. Laach 1899 II, 445. Polybiblion 1889 I, 178, quod in ejus operibus laudat: Ordre et clarté dans l'exposition, rigueur irréprochable dans l'argumentation, et soin méticuleux dans l'établissement des textes.

[2]) Cf. Martinov, Polybiblion 1891 I, 61; 1893 II, 274. Ejus pater Ernestus Augustus Eug. Havet in collegio gallico eloquentiae professor et instituti membrum (n. 11. Apr. 1813; † 21. Dec. 1889) innotuit operibus reprobandis, cujusmodi sunt *Le Christianisme et ses origines,* 1871-84 t. 4; quod magnam excitavit commotionem atque in Indicem ll. proh. relatum fuit. Allard illud in Revue des qq. hist. 1886 I, 585 gravi solidaeque subjecit censurae; illudque refutavit Gaston Boissier. Cf. Kraft ib. 1871 I, 197—210. Hujus Haveti preterea est *Jésus dans l' histoire,* 1863; *La modernité des Prophètes,* Parisiis 1891; *Pensées de Pascal* cum commentario, 1852 etc. Cf. Polybiblion 1890 I, 78. In ejus honorem prodiit Mélanges J. Havet. Recueil de travaux d' érudition, dédiés à la mémoire, Paris 1893.

[1]) Alius est ab A. Martin parocho († 1881), cujus est *Le Monde et sa formation* d'après les incrédules modernes, Bourges 1881—87 pp. 2; a. G. Martin parocho, cujus exstat *la Passion de N. S. J.-Christ* au point de vue historique et archéologique, 1886 in 12; 1890; ab aliis, quorum supra p. 1725 fecimus mentionem; a Jo. B. Martin protonotario apostolico, cujus sunt *Le Bréviaire médité,* Paris 1883, et multa alia opuscula utilia.

[2]) Cf. Polybiblion 1877, 457.

[3]) Cf. Polyb. 1878 I, 466.

la Rochelle 1865 in 8. etc. — Matthaeus Lauras SJ. Parisiensis (n. 31. Aug. 1813; † 23. Jan. 1882) dedit *Nouveaux éclaircissements sur l' assemblée de 1682* d' apres les Mémoires inédits du Marquis de Sourches prévôt d'Hôtel du Roi et grand prévôt de France et autres documents peu connus, Parisiis 1878 in 12; *Bourdaloue* sa vie et ses oeuvres, ib. 1881 t. 2 in 8. — Anna Michael Houssaye Parisiensis, canonicus honorarius augustodunensis (n. 1834; † 15. Maj. 1880), edidit *M. de Bérulle et les Carmélites de France* (1575—1611), 1872 cum responso ad exceptiones criticas 1873; *le Père de Bérulle* de l' Oratoire de Jésus (1611—25). ib. 1873; le Card. *de Bérulle* et le Card. Richelieu 1625—1629, Parisiis 1874, opus ab academia coronatum. Triplici hoc op. insigne erexit Berullo monumentum. — Leo Ernault (1856-1888) scripsit *Marbode évêque de Rennes:* sa vie et ses oeuvres (1035—1123), Rhedone 1890, opus posthumum cum praefatione et annotationibus fratris sui Aemilii E. et Felicis Robiou. — Joannes Bapt. Pardiac, canonicus, insignis archaeologus (n. 1818; † 24. Maj. 1892) praeter alia scripsit *Histoire de s. Jean B.* et de son culte, 1886; *Etude archéologique* et iconographique de s. Ursule, 1860 in 8. — Nicetas Alfonsus Perujo Hispanus, canonicus theologalis valentinensis (n. 1841; † 18. Maj. 1890) praeter apologiam fidei catholicae aliaque collegit *Diccionario de las Ciencias ecclesiasticas,* Barcinone 1883—90 t. 10 in 4. cooperantibus Joanne Perez Angulo auditore Rotae aliisque scriptoribus eruditis[1]). — Ad *haeresiologiam* referre denique possumus opus Marcellini Menéndez y Pelayo[2]) prof. matritensis *Historia de los Heterodoxos españoles,* Madrid 1881 t. 3.

V. Theologia practica.

779. Hac periodo decessit pontifex magnus Pius IX. ante dictus comes Jo. Maria Mastai-Ferretti. Natus est Senogalliae 13. Maj. 1792. Nuncium apostolicum Muzzi comitatus est (1823) in Americam meridionalem (Chile), factus archiepiscopus spoletanus (1827), translatus 1832 Imolam et creatus (1840) cardinalis. Defuncto Gregorio XVI. post biduum conclavis insolita celeritate electus est pontifex 16. Jun. 1846. Incidit ejus pontificatus in tempora admodum turbulenta, quibus magna regnorum mutationes contigerunt et ipsa ditio pontificia armorum vi fuit oppressa. Nolumus persequi illius fata veluti politica. Ea tantum in memoriam revocabimus, quae hunc pontificem vere magnum et gloriosum reddiderunt. Huc spectant definitio solemnis immaculatae Virginis Mariae conceptionis (1854), qua nova veluti aera glorificationis Dei genitricis fuit inaugurata; damnatio liberalismi et rationalismi omnis formae, quae palmaris facta est promulgatione (1864) syllabi errorum modernorum, ob quam Pius IX. maxime exosus factus est liberalibus politicis et theologis, censura errorum Hermesii, Güntheri, ontologistarum; celebratio concilii vaticani, quod numerositate et splendore omnia concilia oecumenica hactenus celebrata vicit, et in quo definita fuit infallibilitas pontificia (1870); restitutio hierarchiae per Angliam (1850) et Bataviam (1853), institutio multorum episcopatuum in missionibus; libertas

[1]) Cf. Polybiblion 1893 II, 43.

[2]) Huic inscripsit Manuel F. Miguélez OSA. literas historicas, quas inseruerat fol. Ciudad de Dios, dein collectas edidit in op. *Jansenismo y regalismo* en España 1895.

apostolica, qua potestatibus secularibus intrepide restitit. Hinc ab ejus temporibus pontifex romanus factus est fidelibus maxime popularis et dilectus, quae dilectio se prodidit collectione oboli s. Petri sat pingui, peregrinationibus undique Romam versus ex omnibus nationibus et hominum ordine et classe institutis, fervore et alacritate tuendi ejusdem jura: *haec mutatio dextera excelsi* (Ps. 76, 11). Obiit tantus pontifex 7. Febr. 1878 post pontificatum ultra a. 31, quam diuturnitatem nullus praedecessorum unquam attigerat[1]). Ejus *Acta* prodierunt Romae 1854—78 t. 9; *Acta* s. Sedis, ib. 1865 ss.; *Discorsi,* Romae 1872—78 t. 4.

780. In *Germania* plures reperimus, qui in *jure canonico* magna cum laude versati sunt. Inter hos primum certe locum meret Georgius Philipps origine quidem Anglus, sed patria Germanus n. 6. Jan. 1804 Regiomontii in Borussia. Jam coeperat docere in facultate juridica berolinensi magno cum plausu, cum fidem amplexus est catholicam 14. Maj. 1828. Monachium vocatus 1833, mox factus est professor historiae, dein juris canonici, donec occasione turbarum ob famosam saltatricem Lola Montez suscitatarum cum aliis professoribus cathedra fuit motus (1847). Oeniponti acceptavit cathedram juris germanici, sed brevi Viennam adscitus est ad eandem disciplinam tradendam titulo consiliarii aulici et insignibus equitis Francisci Josephi honoratus. Commeatum quinquennalem sumsit, ut opus ingens a se coeptum absolveret. Decessit 6. Sept. 1872. Vir erat ex corde catholicus, nobilissimarum idearum, quas stilo nitido et selecto splendide expressit: hinc professor eximius[1]). Praecipua ejusdem opera sunt, praetermissis iis, quae jus civile spectant, *Die Diöcesansynode,* Friburgi 1849; 1850; *Kirchenrecht,* Ratisbonae 1845—72 t. 7, in quo praeclare de Ecclesia disserit, cujus centrum et fundamentum ipsi est romanus pontifex: hujus infallibilitatem strenue tuetur; t. 8. p. 1. adjecit Vering 1889, in qua agit de episcoporum electione; *Lehrbuch des Kirchenrechts,* ib. 1859—1862 pp. 2; 1871 ed. 2; Ratisbonae 1881 cur. Moufang ed. 3; latine interprete Vering Ratisbonae 1875; *Die grosse Synode von Tribur,* 1865. Cum magno Görres condidit celeberrimos fasc. *historisch-politische Blätter.* Opuscula selecta prodierunt Viennae 1856. 1860 t. 3.

781. Anno sequenti (4. Jun. 1873) decessit Conradus Eugenius Franciscus Rosshirt in Franconia n. 26. Aug. 1793, juristarum in Germania senior, nam docuit jam Erlangae 1817, deinde ab a. 1819 Heidelbergae ad a. usque 1871. Praetermissis quam plurimis operibus ad jus civile spectantibus[2]) ad jus canonicum pertinent: *Kirchenrecht,* Heidelbergae 1858 ed. 3.; ed. 2. prodierat inscripta: *Grundriss zum Kirchenrecht* der Katholiken und Protestanten, ib. 1850; 1868 ed. 4.;

[1]) Cf. Funk KL. X, 72—77; Hülskamp Papst Pius IX. in seinem Leben u. Wirken, Münster 1870 ed. 2; Pougeois Histoire de Pie IX. son pontificat et son siècle; Paris 1877-86 t. 6: Stepischnegg Papst Pius IX. und seine Zeit, Wien 1879 t. 2; et alia, quae citat K. Schlecht in Hdl. II, 1514, et prae primis Polybiblion 1878 I, 259—64; II, 497—500 et 1879 I, 165—67.

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1872, 400: Wenn juristische Schärfe, historische Sorgfalt und theologische Tiefe zum grossen Kanonisten machen, dann war G. Ph. einer der grössten. Für seine Person verband er mit einer stupenden Gelehrsamkeit eine wahrhaft rührende Glaubensinnigkeit und ein bei aller Entschiedenheit der Ueberzeugung und Unbeugsamkeit des Charakters überaus einnehmendes, liebenswürdiges, feines und doch treuherziges Wesen. Sein Name wird unvergänglich, sein Andenken gesegnet sein. Cf. Zeck KL X, 2031; Rosenthal I², 478 ss.; Wurzbach 22, 211 ss.

[2]) Cf. Schulte allg. d. Biogr. 29, 260.

Canonisches Recht, Schafhusiae 1857; *äussere Encyclopädie des Kirchenrechts* oder die Haupt- u. Hilfswissenschaften des Kirchenrechtes, Heidelbergae 1865. 1867 pp. 2; *Manuale latinitatis juris canonici,* rerum moralium et theologicarum, brevissimis annotationibus et probationibus instructum, quo lexici juris canonici documenta proponere studuit, Schafhusiae 1862; *Die Geschichte des Rechts* im Mittelalter p. 1: Canonisches Recht 1846; *Das staatsrechtliche Verhältniss zur katholischen Kirche* in Deutschland seit dem westphälischen Frieden, übersichtlich dargestellt, Schafhusiae 1859; *Beiträge* zum Studium des Kirchenrechts im 19. Jahrhundert in Deutschland, Heidelbergae 1853; zu den kirchenrechtlichen Quellen des 1. Jahrtausend und zu den pseudoisidorianischen Dekretalen, mit besonderer Rücksicht auf noch nicht bekannte Handschriften; *Beiträge zum Kirchenrecht,* 1863; *de studiis juris civilis et canonici* in Germaniae universitatibus medii aevi, ib. 1861. Plures diss. inseruit fasc. lit. *Archiv für Kirchenrecht.* Ejus opera magna sedulitate et bono spiritu sunt compilata atque ipse pro juribus Ecclesiae stetit, quare a Gregorio XVI. insignibus s. Gregorii M. fuit honoratus; deest tamen illis lima, accuratio, methodus: hinc etiam tanti non amplius fiunt.

782. Huic addimus alium, qui pariter in docendo jure canonico incanuit magisque suis operibus innotuit, imo veluti viae dux in saniori sentiendi ratione praeivit ceteros, primusque fuit, qui in Germania intrepida libertate ausus est obviam niti omnipotentiae status et josephinismo. Mundi lucem aspexit Ferd. Walter Wetzlarii 30. Nov. 1794, pluraque pericula puer subiit. Heidelbergae studio juris operam dedit, lauream doctoratus post examen summa cum laude peractum promeruit 10. Aug. 1818, eodem a. etiam veniam legendi. Jam a. sequenti vocatus est Bonnam professor juris romani et canonici, et exinde illustravit per a. ultra 50 solidis doctisque suis praelectionibus illam academiam. Primum a. 1822 Bonnae prodire coepit *Lehrbuch des Kirchenrechts* [1]) aller christlichen Confessionen, et 1871 cooperante Gerlach ed. 14., gradatim in melius retractata, et in alias linguas versa. Laudem etiam praeter alia meret: *Naturrecht und Politik* im Licht der Gegenwart, Bonn 1863; 1874. Obiit [2]) venerandus senex et fidelis catholicus 13. Dec. 1879 a. aetatis 86. — Quem mox nominavimus Hermannus Gerlach natus est Marsbergae in Westphalia 21. Apr. 1834, in seminario paderbornensi juris canonici et philosophiae professor erat factusque est canonicus et vicarius generalis limburgensis (1869; † 31. Jul. 1886). Elaboravit stilo nitido et facili egregium *Lehrbuch des katholischen Kirchenrechts,* cujus 1885 prodiit Paderbornae ed. 4. et 1890 cura Fr. X. Schulte ed. 5; prima prodierat 1868—69. — Eodem a. (31. Jan. 1886) decessit Lucernae Jos. Winkler philosophiae et theologiae quondam professor, canonicus, cubicularius pontificius et commissarius episcopalis, cujus est *Lehrbuch des Kirchenrechts* mit besonderer Rücksicht auf die Schweiz [3]), Lucernae 1862. —

---

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1823 p. 263—99; de ed. 4. ib. 1829 p. 565—72; hist. pol. Bl. 50 (1862), 122.

[2]) Cf. Hülskamp Lit. Handw. 1880, 3; Bellesheim KL. XII, 1209—11, qui de ejus operibus censet: W. zahlreiche Werke gelehrte Arbeiten im Gebiete des Rechtes ragen hervor durch das ihm angeborene tiefe Verständniss für geschichtliche Gestaltungen, durch classische Schönheit der Darstellung und einen ideal-religiösen Hauch, welcher den Leser mächtig emporhebt. Cf. etiam ipsius l. Aus meinem Leben, Bonn 1865. Ejus l. *das alte Erzstift* und die Reichsstadt Cöln ed. Flosz, Bonn 1866.

[3]) Illud dicit Vering Lit. Hdw. 1876, 435, ein knapp gehaltenes, fassliches aber

Josephus Augustinus Ginzel Reichenbergae in Bohemia n. 1. Maj. 1804, absolutis studiis theologicis in Frintaneo et adepta doctoratus laurea factus est professor in seminario litomericensi, postea can., vicepraeses judicii matrimonialis, matrimonii defensor, examinator prosynodalis, necnon et notarius episcopalis. Initio quidem bono spiritu tradebat jus canonicum, ut patet ex plerisque ejus operibus. Potiora sunt *Handbuch des neuesten in Oesterreich geltenden Kirchenrechts,* Viennae 1857-62 t. 2; *Archiv für Kirchengeschichte und Kirchenrecht,* 1851 fasc. 3; *die canonische Lebensweise* der Geistlichen, ein Votum für die Wiedereinführung derselben, Ratisbonae 1841; *legatio apostolica Petri Aloysii Caraffae* ep. tricarensis sed. Urbano VIII. ab a. 1624-1634, Wirceburgi 1840; *über den Episkopat Petri in Rom,* in theol. Zeitschrift ed. Pletz 1838 et iterum in österr. Vierteljahrschrift 1867 p. 449-91; quae habentur etiam in *Kirchenhistorische Schriften,* Wien 1872 t. 2. *Geschichte der Kirche,* Viennae 1846 t. 2, opus non absolutum; *Geschichte der Slavenapostel Cyrill und Method,* Leitmeritz 1857; aliqua opuscula contra protestantes. Gradatim tamen defecit ad sentiendi rationem eorum, qui adversabantur decretis conc. vaticani, et hinc etiam quaedam (suppresso vel ficto nomine Sylvii) edidit, quae probari nequeunt († 1. Jun. 1876). — Theodorus eques de Pachmann n. est 9. Nov. 1801 in Horatitz in Bohemia. Jus canonicum docuit Olomucii et Viennae († 11. Febr. 1881). Scripsit de jure civili et de jure canonico: praecipuum ejus de hoc est opus: *Lehrbuch des Kirchenrechts* mit Berücksichtigung der auf die kirchlichen Verhältnisse bezugnehmenden österreichischen Gesetze und Verordnungen, Olomucii et Viennae 1849—51 t. 3; Viennae 1863—66 ed. 3. plane retractata. In prima ed. josephinismum adhuc tunc vigentem sapit, sed in melius proficit in ed. 3., quia spiritus libertatis ecclesiasticae invalescere coepit, postquam Franciscus Josephus imp. thronum conscendit, ut Vering[1]) illud dicere potuerit primum opus de jure canonico in Austria secundum genuina principia catholica elaboratum, tamen modo antiquatum. Scripsit et *ein ernstes Wort* zum Verständniss der Lehre von der päpstl. Unfehlbarkeit, Wien 1871 in 8. — Phil. Hergenroether frater celebris card. Hergenroether n. 24. Maj. 1835 juris can., homileticae et patrologiae in lyceo eichstettensi prof. (1875), praelatus domesticus suae Sanctitatis († 31. Jan. 1890) concinnavit *Lehrbuch des katholischen Kirchenrechts*[2]), Friburgi 1888, opus bonum; 1905 ed. 2. ab Hollweck ex integro retractata; *die Appellationen* nach dem Decretalenrechte, Eichstadii 1875; *der Gehorsam gegen die weltliche Obrigkeit* und dessen Grenzen nach der Lehre der katholischen Kirche, Friburgi 1877; *Die Sonntägsheiligung*[3]) vom religiösen, socialen und hygienischen Standpunkt, Wirceburgi 1878; *die päpstl. Unfehlbarkeit* Mainz 1870, clara et distincta expositio; *die antiochenische Schule* und ihre Bedeutung auf exegetischem Gebiete, Würzburg 1866. — Frid. de Poesl Landshutanus aliquamdiu professor in seminario passaviensi, ingressus deinde

---

nicht immer genügend eingehendes und mitunter nicht scharf und genau genug gefasstes Werk.

[1]) Lit. Hdw. 1876, 433; addit: Einige Partien sind erschöpfend, klar und übersichtlich dargestellt, andere dagegen nur sehr unvollständig, unklar und verworren. So ist es nicht nur mit dem Kirchenrecht im Allgemeinen, sondern auch mit seiner Darstellung der durch die neuere Staatsgesetzgebung seitdem wieder modificirten österr. Kirchenverhältnisse. Schulte allg. d. Biogr. 25, 57 illud non multum laudat.

[2]) Cf. Wernz Zeitschrift für katholische Theologie 1889, 153.

[3]) Eodem fere tempore M. P. Lescuyer instituit *Recherches sur le Dimanche,* Parisiis 1877, et convenientiam sub omni respectu hujus institutionis ostendit.

est congr. ss. Red., in qua concionatoris et rectoris munera egit (n. 1. Sept. 1806; † 27. Jul. 1876). Praeter vitas aliquot sanctorum elaboravit [1]) *synopsim juris ecclesiastici* ad normam Mauri Schenkl, Passaviae 1834; *Ist Papst Liberius in eine Häresie verfallen?* Landshut 1829. — Adamus Stanislaus Krasiński sch. piar. n. 24. Dec. 1810, episcopus wilnensis 27. Sept. 1858, sed in exsilium deportatus 1862, demum ad sedem esbonensem (1883) translatus († 9. Maj. 1891) polonice composuit compendium juris canonici, Wilnae 1863. — Hungarice jus canonicum Pesthini 1870 t. 3 ed. 3 exposuit Konek, illudque singulis editionibus in melius immutavit.

783. Ex *Gallis* in jure canonico versati sunt Maria Dominicus Bouix (n. 15. Maj. 1808; † 26. Dec. 1870), qui condidit et redegit *Revue des sciences ecclésiastiques,* fasciculos literarios valde bonos et utiles, Atrebati 1860 ss.; ediditque praeterea tr. *de principiis juris canonici,* Parisiis 1852; *de judiciis ecclesiasticis,* ubi et de vicario generali episcopi, ib. 1855 t. 2; 1866 ed. 2; *de parocho,* ubi et de vicariis parochialibus necnon monialium, militum et xenodochiorum capellanis, 1885 in 8; *de jure regularium,* ubi et de religiosis familiis, quae vota solemnia vel etiam simplicia perpetua non habent, ib. 1857; 1867 t. 2 in 8; *de curia romana,* ubi de cardinalibus, romanis congregationibus, legatis, nunciis, vicariis et protonotariis apostolicis, ib. 1859; *de episcopo,* ubi et de synodo dioecesana, ib. 1859, t. 2 in 8; 1873; *de capitulis,* ib. 1852; 1862; *de jure liturgico,* ib. 1853; Atrebati 1860 ed. 2., cui accessit p. 5; *du Concile provincial* ou Traité des questions de théologie et du droit canon qui concernent les conciles provinciaux, Parisiis 1850; 1862; Tr. *de papa,* ubi et de concilio oecumenico, ib. 1868—70 t. 3 in 8., opera spiritu vere ecclesiastico conscripta, quae multum contulerunt ad eliminandum gallicanismum in patria [1]). — Eugenius Grandclaude philosophiae et theologiae professor (n. 1826) concinnavit *jus canonicum* juxta ordinem decretalium recentioribus sedis apostolicae decretis et rectae rationi in omnibus consonum, Parisiis 1883 t. 3 in 8., opus non magni momenti, in quo literaturae vix rationem habet [2]); *Breviarium philosophiae scholasticae,* 1864 t. 2 in 12; Parisiis 1869—72 t. 3 in 12. Adjuvit etiam publicationem periodicam anno 1878 coeptam et disciplinae romanae penitus addictam *Le canoniste contemporain,* Bulletin mensuel de consultations canoniques et théologiques et de documents émanant du Saint-Siège. — Claudius Maria Magnin Sabaudus n. 14. Nov. 1802, theologiae et juris u. doctor, juris canonici in seminario anneciensi professor et hujus director dictus est episcopus nemausiensis. De sua dioecesi erat admodum sollicitus promovendo pia instituta [3]). A Pio IX. dictus est comes romanus († 14. Jan. 1879). Edidit *La Papauté* considérée dans son origine, dans son développement au moyen âge et dans son état actuel aux prises avec le protestantisme ou Réponses aux allégations de M. Merle d'Aubigné dans son Histoire de la réformation au XVI[e] siècle et à l'écrit de M. Bost ministre du s. évangile intitulé Appel à la conscience de tous les catholiques romains, Paris 1881 in 8. Ejus quoque est: *Histoire de l'établissement* de la réforme à Genève 1844 in 8; *Juris canonici institutiones,*

[1]) Cf. Allg. d. Biogr. 26, 459.

[1]) Cf. Hautcoeur Revue des sciences ecclésiastiques, Janvier-Mai 1867, 129—67. — Alius ab eo est Marcellus Bouix SJ. (n. 25. Jun. 1806; † 28. Dec. 1889). qui meliora opera auctorum veterum ascetica iterum edidit, vel gallice vertit. Cf. Sommervogel I, 1921—28.

[2]) Cf. Bellesheim Lit. Hdw. 1884, 466.

[3]) Cf. L'Episcopat p. 64 ss.

Annecy 1850 in 8. — Joannes Franc. André parochus (n. 1809; † 1881) vicepraeses societatis archaeolog. londinensis praeter alia edidit *Somme théorique et pratique* de tout le droit canonique, Bar-le-Duc 1868 in t. 2 in 12; *Exposition de quelques principes fondamentaux* de droit canonique méconnus dans l'Eglise de France, Avenione 1866 in 8; *Histoire politique* de la monarchie pontificale au XIV^e^ siècle ou la Papauté à Avignon, Carpentras 1845; *Vie des Saints de l'Eglise d'Avignon,* 1836. Novam quoque curavit editionem op. Thomassini *nova et vetus disciplina Ecclesiae* (cf. IV, 419) emendatam et auctam, 1864—67 t. 7 in 8. Ex italico vertit *La s. Ecriture éclairée* a l'aide de monuments phéniciens, assyriens et égyptiens, 1844 in 8. — Alius ab eo est Michael André canonicus rupellensis, vicarius generalis corisopitensis et protonotarius apostolicus (n. 1803; † 1870), cujus sunt *Cours alphabétique et méthodique* de droit canon mis en rapport avec le droit civil et ecclésiastique ancien et moderne, Parisiis 1844—45 t. 2 in 8; 1888—90 ed. emendata et aucta t. 3 in 8; *Dictionnaire* de droit canonique et des sciences en connexion avec le droit canon, Paris 1844 t. 2; 1894 ed. aucta et emendata t. 3; t. IV. seu supplementum 1., ib. 1894. *Cours alphabétique,* théorique et pratique de législation civile et ecclésiastique contenant tout ce qui regarde les fabriques, les bureaux de bienfaisance, les hospices, les écoles, les salles d'asile, ib. 1847-48 t. 2 in 8; 1868—69 t. 4; 1874 (t. 64. 65. ser. 3. encycl. ed. Migne); Cours .... contenant tout ce qui regarde *les concordats* de France et des autres nations, les canons de discipline, les usages du s. Siège etc. les choses et les jugements, 1859 t. 6 ed. 3. aucta et retractata. Continuavit quoque opus a Roisselet de Sauclières coeptum *Histoire ... des conciles,* ut supra p. 1287 diximus. — A. Pillet professor in facultate cath. insulensi composuit *jus canonicum generale,* Paris 1890; *les Catacombes de Rome,* Guide etc., Lille 1889 in 12; *Les Martyrs d'Afrique,* Histoire de s. Perpétue et de ses compagnons, ib. 1885. — D. Craisson de restauratione studii et usus juris canonici per Galliam insigniter meritus [1]), quondam vicarius generalis valentinus († 1881), haec in primis edidit: *Manuale totius juris canonici,* Parisiis 1863 t. 4 in 12; 1876 ed. 3; cujus epitomen exhibent *Elementa juris canonici* ad usum Galliae seminariorum, Pictavii 1866 in 12; 1868; *de la Sépulture ecclésiastique* d'après les saints canons et la loi civile en France, Valentiae 1868 in 8; 1869 ed. 2. aucta triplici appendice; *les Communautés religieuses* à voeux simples, legislation canonique et civile, Parisiis 1869 in 8; *Notions élémentaires* sur les fabriques et l'administration temporelle des paroisses, ib. 1870; *Notiones théologicae* circa sextum Decalogi praeceptum et usum matrimonii artis medicae recenter inventis adaptatae seu de rebus venereis ad usum confessariorum, ib. 1874 in 12. — Lud. Huguenin juris canonici professor *expositionem methodicam* juris canonici studiis clericalibus accommodavit, Parisiis 1867 t. 2 in 12; *du Mouvement canonique* (scil. in melius, ad conformitatem cum disciplina romana) en France, ib. 1888. — Adolphus Tardif [2]) n. Coutances 12. Febr.

---

[1]) Cf. Polybiblion 1882 I, 267: Il est un des restaurateurs des études canoniques en France: il a consacré toute sa vie, tout son talent, toute sa science à faire connaître les doctrines, les lois et les institutions de l'Eglise romaine. Il était un des plus assidus et plus distingués collaborateurs de la *Revue des sciences ecclésiastiques.* Cf. Vering lit. Hdw. 1876, 429.

[2]) Alius ab eo est Tardif de Moidrey Metensis n. 1828. Relicto foro se addixit tertio ord. s. Franc. Splenduit in pulpitis. Concinandi ardore et studiis consumptus obiit 28. Sept. 1879, relicto piissimo libello *le Livre de Ruth,* Bruxellis 1872. — Longe celebrior est Leo Jul. Amadeus Tardif,

1824 juris civilis et canonici professor in schola nationali documentorum (des Chartes) († 4. Apr. 1890) praeter opera ad jus civile spectantia scripsit *Histoire des sources du droit canonique* [1]), Parisiis 1887 in 8. — Eugenius Roquette [2]) theologiae et juris canonici professor n. 1817 non solum descripsit *la Famille* telle que Dieu l'a faite, 1881 t. 2 in 12; et hujus continuationem *l'Etat* tel que Dieu l'a fait, 1888 t. 3 in 12., sed et *institutiones juris canonici* publici et privati, Atrebati 1853—56 t. 2 in 8. — Henricus Jos. Alex. Toussaint Icard (n. 1. Nov. 1805) Avenionensis superior generalis (15.) congr. s. Sulp. juris canonici professor edidit *praelectiones juris canonici*, Parisiis 1862 ed. 2. t. 3 in 12; 1893 ed. 7. Vir erat piissimus, qui ad decrepitam usque aetatem († 20. Nov. 1893 a. aetatis 89) omnibus exemplo praeivit atque saepe exhortationes vespere ad suos habuit. Plures alios reliquit libellos [1]), ut *Persévérance chrétienne*, Paris 1840 in 8; 1877 ed. 4; *Cours d'Instruction*, seu Catechismi explicatio, ib. 1846 t. 2 in 12; 1853 t. 4; 1859; 1875 ed. 4; *Doctrine de M. Olier* expliquée par sa vie et par ses écrits, 1889; 1891 ed. 2., et aliqua alia ad catechismum spectantia, 1882 ed. 8.

784. In *Italia* [2]) eximius canonista erat Camillus Tarquini SJ. n. e familia nobili 27. Sept. 1810 Martae in dioecesi Montis Falisci, juris canonici in collegio romano professor (1851—1873), pluribus congregationibus consultor addictus, quem insignis scientia ad purpuram evexit 22. Dec. 1873, quam tamen non diu ornavit mox morte ereptus [3]) 15. Febr. 1874. Non multa edidit, sed haec pauca sunt admodum solide, accurate, nitide elaborata: *Juris eccl. publici institutiones* [4]), Romae 1862, saepius editae; 1882 ed. 8;

Adolphi frater (n. 22. Sept. 1827; † 30. Nov. 1882) eminens palaeographus, cujus diss. Notes tironiennes admirationem eruditorum excitavit. Archivis publicis erat semper addictus, ex quibus multa antiquitatis, monumenta eruit. Cf. Polybiblion 1883 I, 150; Eug. Lelong in accurata notitia necrologica, 1884.

[1]) Frucht einer langen Lehrthätigkeit . . . zeigt dies Buch die vortrefflichen Eigenschaften seines Verfassers: Klarheit der Darstellung, Schärfe der Methode, Genauigkeit des Stiles und Nüchternheit, die manchmal bis zur Trockenheit geht . . . Die bibliographischen Verweise, von denen das ganze Werk voll ist, bezeugen eine ausgedehnte Kenntniss der alten u. neuen Kanonisten. Auf Streitfragen geht der Verfasser nicht gern ein und selten zeigt er seinen eigenen Standpunkt .... Das Buch Ts. ist ebenso das Werk eines gründlichen Historikers wie eines erfahrenen Praktikers. Treu den Ratschlägen Leo's XIII., auf welche er in seinem Vorwort hinweist, hat er sich in der Untersuchung gewisser delikaten Fragen weder durch Parteigeist noch durch die wechselnden menschlichen Leidenschaften beeinflussen lassen. Ita hist. Jahrbuch 9, 375. Cf. 11, 671; Polybiblion 1890 II, 463.

[2]) Alius ab eo est Carolus Roquette medicinae doctor nannetensis, cujus sunt *l'Homme*, structure et fonctions de ses organes démontrant l'existence de Dieu, 1867: *le Matérialisme* devant la science, exposition de la doctrine des matérialistes et des spiritualistes, immortalité de l'âme, 1869.

[1]) Cf. Bertrand II, 498—511.

[2]) De Th. Mich. Salzano supra p. 1640 egimus. — Ant. Xaverius Maria Bensa nicaeus (1813—1887) philosophiae et theologiae professor elaboravit *juris naturalis universi Summam* ad errores hodiernos revincendos accommodatum, 1856 t. 2 in 8.

[3]) Cf. Civiltà catt. 1874 I, 729—34.

[4]) Lit. Hdw. 1863, 182: Nichts kann klärer, consequenter u. schlagender sein, als die überaus bündige Darlegung Tarquini's. Ihr Hauptvorzug liegt darin, dass aus den allgemeinen Theorien der Gesellschaft und der socialen Rechte mit der einfachsten mathematischen Methode die Rechte der Kiche für sich selbst und dem Staate gegenüber abgeleitet und überall sozusagen mit den Waffen des Feindes vertheidigt werden. Es herrscht in der ganzen trotz der strengen Schulform noch immer elegante Darstellung und eine Logik von grösster Strenge. Wir empfehlen die kleine Schrift als Lehrbuch wie als Musterbild.

il regio placet, diss. egregia, Romae 1853. — Jos. Ferrari juris canonici professor Genuae, referendarius Signaturae justitiae, vicarius capitularis archidioeceseos 1848—52, thesaurarius generalis camerae apostolicae, edidit *Summam institutionum canonicarum,* Genuae 1847; 1893—94 ed. 5, et exposuit *Theoriam et praxim regiminis dioecesani,* praesertim sede vacante, 1877. — Franc. Nardi Vazzolae in ditione veneta 18. Jun. 1808 n., philosophiae et juris canonici Patavii professor, rotae auditor et congregationis episcoporum et regularium secretarius, vir vere doctus et insigniter eruditus († 22. Mart. 1877) edidit *Elementi di diritto ecclesiastico,* aggiuntevi le norme politiche e civili in oggetti misti, Patavii 1854 t. 3; *Verità della religione cristiana* dimostrata scientificamente, Patavii 1850 ed. 2; *la sola dottrina di Pietro,* Romae 1867; *Il concilio e Diritto* dello Stato. Risposta al opusculo: Le conc. oecuménique, Florentiae 1869, diss. opportuna. — Zephyrinus Zitelli-Natali antistes domus pontificiae composuit *Apparatum juris ecclesiastici* juxta recentissimas ss. Urbis congregationum resolutiones in usum episcoporum et sacerdotum praesertim apostolico munere fungentium, Romae 1886, liber utilis [1]); *de dispensationibus matrimonialibus* juxta recentissimas ss. Urbis congr. resolutiones, ib. 1887 ed. 2; *Enchiridion* ad ss. disciplinarum cultores accommodatum, Romae 1880 ed. 4. — Philippus de Angelis n. 10. Febr. 1824 Canterani prope Sublacum, juvenis juris canonici cathedram rexit in Sapientia et seminario romano. Occupata Roma ab Italis, renunciavit cathedrae, novamque acceptavit in academia romana pro jure canonico recenter condita. Pluribus erat ob sanam solidamque doctrinam congregationibus addictus et canonicus ad s. Mariam Majorem († 5. Mart. 1881). Edidit *praelectiones juris canonici* ad methodum decretalium Gregorii exactae I—III, 1, Romae 1877—1880, in quibus respicit decreta ss. pontificum et congregationum usque in tempus praesens [1]); t. 4. cur. Gentilini prodiit 1891. — Septimius M. Vecchiotti in legationibus pontificiis in variis regionibus adhibitus excerpsit ex operibus Joan. card. Soglia (cf. supra p. 1350) *Institutiones canonicas,* Taurini 1867, quas acriter impugnavit Bouix; tr. canonicus *de matrimonio* ex op. card. Soglia excerptus ad usum parochorum et confessariorum accommodatus addito app. de impedimentis civilibus, ib. 1868 etc. — Abraham di s. Susanna Min. strict. obs. scripsit *Institutzioni canoniche* (cf. p. 1351), Neapoli 1864; 1868 t. 2 ed. 2; *Nozioni e problemi* di diritto canonico pubblico e privato in conformità del diritto novissimo ed ultimi decreti coll'aggiunta di alcuni trattati e specialmente sul concilio ecumenico, ib. 1869. *Praelectiones juris can.* Ant. Tagliabue prof. in seminario romano et officialis magni sacrae Poenitentiariae (4. Oct. 1830-8. Aug. 1885) aestimantur. Eae prodierunt Romae 1885—86 t. 2; 1903-1905 t. 5 ed. 4. cur. Leitner. — Seb. Sanguineti SJ. (n. 12. Oct. 1829; † 1893) historiae eccl. in collegio romano, dein juris ecclesiastici professor, ss. congreg. concilii, studiorum, et a negotiis ecclesiasticis extraordinarius consultor, edidit *Juris ecclesiastici privati institutiones* ad decretalium enarrationem ordinatas, Romae 1884 in 8; 1890 ed. aucta et expolita, opus accuratum; *de sede romana b. Petri* ... commentarius historicus, criticus [2]), ib. 1867

[1]) Cf. Bellesheim Lit. Handw. 1887, 110; 1889, 46.

[1]) Cf. Vering lit. Handw. 1878, 178; Streber KL² 1, 844.

[2]) Matthias Lecler presbyter dioecesis namurcensis disseruit *de romano s. Petri episcopatu,* Lovanii 1888, diss. erudita et diligens. — Eodem fere tempore Guil. Esser scripsit *Des hl. Petrus Aufenthalt,*

in 8. — V. M. Sarnelli juris canonici professor tuetur *L'autonomia della chiesa;* studii di preparazione ad un corso di diritto pubblico ecclesiastico, Neapoli 1868 ed. 2. — De Camillis juris canonici professor edidit *institutiones* juris canonici, Romae 1869 t. 3; gallice interprete Condis, Tulle 1882. — A. Cercià publicavit *Lezioni di diritto canonico* pubblico et privato, Neapoli 1872 t. 2. — Caspar de Luise collegit [1]) *codicem dogmatum* fidei christianae et canonum disciplinae catholicae, Neapoli 1873; Taurini 1876 t. 2; *Filosofia critica* del diritto universale, ib. 1873; *de jure publico* seu diplomatico Ecclesiae catholicae tractationes, documenta, conventiones, queis autonomia, libertas, divina missio ap. rom. sedis vindicantur, ut vera duplicis potestatis concordia habeatur ecclesiasticae et civilis: opus contra politicos nostri temporis delirantes, Neapoli 1877. — Guil. Audisio n. 1802 canonicus basilicae vaticanae et professor juris naturae et gentium in Sapientia romana, congr. Indicis consultor, scripsit *Diritto pubblico della chiesa* e delle nazioni cristiane, Lovanii 1864 t. 3, in quo sunt bona mixta malis, hinc impugnatus fuit a Parocchi, Nardi etc.; *juris naturae et gentium* privati et publici fundamenta, Romae 1852, opus solidum; *Lezioni di eloquenza sacra,* Taurini 1870 ed. 7; *Storia civile e religiosa dei papi* sotto gli imperatori pagani, Romae 1865—68, cujus versio gallica interprete canonico Labis cum annotationibus canonici Delvigne prodiit Insulis (Lille) 1885—1896 t. 5. Ejus tamen l. *Della società politica e religiosa* rispetto al secolo decimonono, Florentiae 1886 proh. fuit decreto s. Off. 18. Apr. 1877, cui auctor laudabiliter se subjecit et opus reprobavit († c. 1882). — Male audit Jo. Nep. Nuytz professor primum juris canonici in academia taurinensi, damnatis vero a romana sede ejus operibus, juris romani. In suis enim *institutionibus juris ecclesiastici* Taurini 1844, quae testibus Schulte et Reusch [1]) pretio carent, plurimos recoquit errores: quamobrem Pius IX. brevi „Apostolicam" illos graviter reprobat et plures exinde recepti sunt in Syllabum err. Aliud opus pariter damnatum inscribitur: *In jus ecclesiasticum universum tractationes,* ib. 1846—53, scil. de prolegomenis, de Ecclesiae potestate et de legibus, ib. 1846; de personis, 1850; de matrimonio, 1848; de rebus generatim etc., de beneficiis, de jure patronatus et de pensionibus, 1850; de obligationibus, 1853. — Pessimi quoque spiritus est [2]) Franciscus de Paula Gonzalez Vigil praefectus bibliothecae musei nationalis limensis, cujus quinque opera sunt prohibita (n. 1792; † 1875). Ejus *Defensa de la autoridad de los gobiernos* y de los obispos contra las pretenciones de la Curia Romana, Limae 1848—49 t. 6 speciali brevi gravissimis verbis damnavit Pius IX. 10. Jun. 1851. — Ant. Xav. de Sousa Monteiro canonicus et professor in universitate conimbricensi *compendium juris canonici* accommodavit studiis seminariorum Lusitianae, Conimbricae 1876 in 8., ed. mendosa.

785. De quaestionibus *specialibus* juris canonici egerunt praeter alios [3])

Episcopat und Tod zu Rom, Breslau 1889, *Der antiochenische Episcopat Petri* und die Feste Cathedra Petri, in fasc. lit. Katholik 1890 I, 321 ff., 449 ff.

[1]) Cf. Vering Lit. Handw. 1876, 477, qui illud dicit: Ein in guter Absicht und in gutem Geist verfasstes, aber in seiner Ausführung ganz verfehltes u. ungenügen des Werk und an gutem Willen hat es dem H. Luise nicht gefehlt, aber wissenschaftlichen Werth hat sein Werk nicht.

[1]) Ille Die Geschichte etc. p. 547; hic Index II, 1195.

[2]) Cf. Reusch Index II, 1203, ubi alios ejusmodi libros reperies, quos praetermittimus.

[3]) De Victore Pelletier aurelianensi canonico et sacellano honorario Pii IX. (n. 1810; † 1883) cf. Lorenz 4, 37; 6, 372;

in primis plures praesules apostolici spiritus, qui strenue steterunt pro Ecclesiae praerogativis et romani pontificis juribus contra societatis civilis usurpationes. — Ita in *Belgio* Theodorus Alexius Jos. de Montpellier n. 7. Maj. 1807 ob egregias dotes, pietatem et doctrinam electus a Pio IX. episcopus leodiensis (27. Sept. 1852; † 24. Aug. 1879) praesul vere apostolicus, potens sermone et opere[1]): sermone, nam adhuc sacerdos indefessus erat in concionando, in tradendis exercitiis spiritualibus, in habendis missionibus, neque ut episcopus a concionando abstinuit: opere, nam ejus impulsu aedificatae fuere ecclesiae 138, inducti quam plurimi ordines vel congregationes in ejus dioecesim, conditae scholae vel convictus ultra octoginta simulque erat efusissimae liberalitatis in omne opus bonum. Stetit pro juribus Ecclesiae in op. *Défense des droits de Dieu,* de l'Eglise catholique et de ses membres, Leodii 1865, et emisit egregias solidasque literas pastorales, quarum plures (ab a. 1852—64) collectae prodierunt ib. 1868 t. 2 in 8. — In *Germania* celeber est Guil. Emmanuel de Ketteler monasteriensis n. 25. Dec. 1811. Juri civili primum operam dederat atque referendarii munere functus erat, sed mutato consilio Ecclesiae obsequio se dedicare decrevit. Cooperatorem egit, parochum, praepositum ecclesiae s. Hedwigis Berolini, unde a Pio IX. ad sedem s. Bonifatii moguntinam a. 1850 vocatus est. Zelo ardenti et infatigabili sollicitudine bonum dioecesis curavit condito seminario cum egregiis professoribus (Riffel, Heinrich, Moufang, Haffner etc.), vocatis ordinibus religiosis praesertim pro institutione juventutis, visitationibus dioecesis et catechesibus concionibusque, quas in illis habuit, missionibus et exercitiis spiritualibus, quae plurimum fovit, instructionibus pastoralibus (50) et editis pro opportunitate libellis contra insurgentes errores et usurpationes (37), inter quos potiores sunt: *Freiheit, Auctorität und Kirche:* Erörterungen über die grossen Probleme der Gegenwart, Moguntiae 1862 et deinde saepissime editus[1]). *Soll die*

10, 383; disseruit inprimis *des Chapitres Cathédraux en France* devant l'Eglise et devant l'Etat, Parisiis 1864 in 8. — Jul. Ren. Menu († 26. Maj. 1884) exhibuit *Droit canon* au onzième siècle. — Car. de Monléon edidit *L'Eglise et le droit romain,* Etudes historiques, Paris (1887). — *Du pouvoir de l'Eglise* en matière de discipline disseruit juxta l'Episcopat p. 113 (Bayonne 1845) Franc. Lacroix congr. s. Sulp. n. 16. Nov. 1793 theologiae professor episcopus bajonnensis (1838—78). Resignato episcopatu obiit 11. Oct. 1882. Literas et instructiones pastorales (122) diligenter recenset Bertrand III, 347—58. — Omithimus Car. Bader friburg. (n. 9. Dec. 1796; † 19. Jun. 1874) — Car. Hildebrandi monacensis (n. 19. Oct. 1814; † 1872) est *Purgatio canonica et vulgaris,* Monachii 1841, diss. a facultate juridica monacensi digna praemio declarata. — Petrus Rota composuit *Enchiridion confessarii et judicis ecclesiastici* seu ratio compendiosa judicandi in utroque foro de abusu sacramenti poenitentiae et oeconomice procedendi in ceteris clericorum causis disciplinaribus et criminalibus, Taurini 1884, in quo non solum rationem habet bullae Benedicti XIV. »Sacramentum Poenitentiae«, sed et instructionis congr. Inquisitionis 1867 et congr. episcoporum et regularium 11. Jun. 1880. — Caspar Ant. Heuser, canonicus coloniensis († 3. Apr. 1891) ob suam in negotiis ecclesiasticis et jure canonico peritiam Romam vocatus est ad congregationem praeparatoriam pro celebrando concilio vaticano. — Jos. M. Antequera advocatus in egregio opere *La Desamortización ecclesiastica* considerada en sus diferentes aspectos y relaciones, Matriti 1885, ostendit invicte quam juste Ecclesia possideat bona, quam injuste illa rapiat societas civilis. — Guil. Logan Harris n. 4. Nov. 1817; † 2. Sept. 1887, Neoeboraci plura de jure canonico scripsit, quae nobis tamen minus sunt comperta.

[1]) Cf. Doyen Biogr. nat. XV, 205—211.

[1]) Man muss sie (diese Schrift, ita Schumacher Lit. Hdw. 1877, 267), heut wieder lesen, dann wird man staunen über den divinatorischen Blick, mit welchem der Verfasser die kommenden Ereignisse vorgeschaut, über den scharfen politischen

Kirche allein rechtlos sein? ib. 1861; *die Arbeiterfrage* und das Christenthum, ib. 1854; *Kann ein gläubiger Christ Freimaurer sein?* 1865, propter quem l. exclusus fuit a gubernio borussico ex numero candidatorum pro sede archiepiscopali coloniensi, adeo ille pupugit francomuratores; *Ist das Gesetz das öffentliche Gewissen?* Francofurti 1866; *die wahren Grundlagen* des religiösen Friedens, Moguntiae 1868; *das allgemeine Concil* und seine Bedeutung für unsere Zeit, ib. 1869; *die Unwahrheit* der römischen Briefe vom Concil, ib. 1870; *Liberalismus,* Socialismus und Christenthum, 1871. Verum quidem est eum se sat energice etiam scripto opposuisse, ne definiretur infallibilitas romani pontificis in concilio vaticano: ea tamen definita decreto prompte se subjecit atque pro illa scripsit: *Das unfehlbare Lehramt des Papstes,* ib. 1871. Decessit illustrissimus praesul extra suam dioecesim in reditu ex urbe aeterna 13. Jul. 1877. Post ejus mortem J. M. Raich ipsi quondam a secretis edidit *Briefe von und an W. E. v. Ketteler,* ib. 1879. — Henricus Förster Grossglaviae 24. Nov. 1799 natus, canonicus wratislaviensis (1837), qui concionibus suis ecclesiam cathedralem illustravit et replevit auditoribus annis 16. Strenue impugnavit Rongeanos, catholicos torpentes e somno suscitavit, vitam vere catholicam per Silesiam succendit, pro throno stetit: hinc 18. Maj. 1853 in episcopum principem wratislaviensem est electus. Persecutionis tempore propter suam erga Ecclesiam fidelitatem in exsilium pulsus est (1875), in quo et obiit 20. Oct. 1881. Ejus conciones plane egregiae prodierunt Ratisbonae 1843 t. 2; 1878 ed. 5; aliae, ib. 1848 t. 2; 1879 ed. 4; homiliae, ib. 1845 t. 2; 1878 ed. 4; collectae 1848 t. 6; 1900 ed. 6; epistolae pastorales, 1880 t. 2. *Diepenbrock* Cardinal und Fürstbischof, Ein Lebensbild, ib. 1859; 1878 ed. 3. Cf. Lauchert allg. d. Bi. 48, 670. — Jo. Ignatius Moreno cardinalis et archiepiscopus toletanus n. Guatemalae in America 24. Nov. 1817, juris civilis primum professor in universitate matritensi, sed relicta vita seculari sacerdos est ordinatus factusque gradatim episcopus ovetanus 1860, archiepiscopus vallisoletanus 1867, demum 1875 Hispaniae primas († 28. Aug. 1884). In suis literis pastoralibus graviter stetit pro necessitate et jure dominii temporalis summi pontificis, pro syllabo contra liberalismi errores. — Franc. Jos. Rudigier n. in Parthenen Tirolis antearulanae 7. Apr. 1811, historiae ecclesiasticae, dein theologiae moralis in seminario brixinensi professor (1839—45), Frintanei director, duorum imperatorum in religione institutor, canonicus et regens seminarii brixinensis, demum episcopus linciensis (1852, † 29. Nov. 1884), praesul erat intrepidi vigoris et apostolicae fortitudinis

---

Sinn, mit dem er aus den leisesten Luftschwingungen des öffentlichen Lebens auf die Stürme geschlossen, die über die Kirche dahinbrausen würden. De ejus scriptis generatim in aureo elogio ib. p. 266 idem censet: Seine Schreibweise war wie sein Wesen: einfach, markig u. klar, voll schlichter Hoheit, aber imponierend wie die gewaltigen Formen romanischer Bauwerke. Und wie er im Leben alles Nebensächliche und Scheinhafte, jede Phrase und allen Prunk vermied, so war auch sein geschriebenes Wort der geradeste und adäquateste Ausdruck seiner Gedanken. Ohne alles unnütze Beiwerk schreiten seine Deductionen in zwingendem streng logischem Gange dahin; alles Manierirte, alles originell und geistreich sein Wollende ist ihnen fremd; sie entsprechen eben den höchsten Anforderungen: der Schönheit und Wahrheit. Darum sind seine Werke reine edle Goldmünzen, die ihre Währung für Jahrhunderte behalten. Cf. Heinrich Katholik 1877 II, 113—34; 215—41, in quo etiam passim ejus opera recensentur: Raich († 28. Mart. 1907), qui edidit ejus conciones, Moguntiae 1878 t. 2, literas pastorales 1904 etc. in KL² 7, 402; Gla 1. Il passim; praesertim Pfülf in ejus vita 1899 et Stimmen aus Maria-Laach 70 (1906), 382 ss.

tantaeque virtutis, ut jam agatur beatificationis causa[1]). Pro tuendis juribus Ecclesiae haud parum est passus emisitque literas pastorales (51) populi captui accommodatissimas ingratasque liberalibus, quae prodierunt cura F. M. Doppelbaur ei quondam a secretis dein in sede episcopali successoris, Lincii 1888. Edidit hic et ejus conciones 1886 t. 2; 1901-5 ed. 3; alias 1901-3 t. 2; acta ecclesiastica 1890 etc.

786. *The Relations of the Church to Society* nisus est determinare et illustrare Edmundus Jos. O'Reilly[2]) SJ. Londinensis n. 30. Apr. 1811 theologiae professor in collegio Maynooth (ante ingressum in Soc. Jesu), postmodum provinciae hibernae praepositus († 10. Nov. 1878), in diss., quae primum prodierunt in fasc. lit. *Irish Monthly,* dein collectae Londini 1892. — J. Moulart can. et prof. lovaniensis († 1902) eam relationem secundum statuta recentiora romana considerat in op. *L'Eglise et l'État* ou les deux puissances, Lovanii 1877 in 8. — Vinc. Nussi praelatus domesticus, protonotarius apostolicus, canon. basilicae liberianae digessit *XLIX conventiones* de rebus ecclesiasticis inter s. Sedem et civilem potestatem variis formis initas (ab a. 1222—1863) in XXV titulos, Romae 1869 in 4; Moguntiae 1870. — N. M. de Lecce professor dedit *Saggio sulle relazioni tra la Chiesa e lo Stato,* Neapoli 1870—72 t. 2, opus commendatione dignum. — Alex. Jo. Vouriot vicarius generalis lingonensis (1799—1876) disseruit *de la Propriété et de l'administration des biens ecclésiastiques* en France et en Belgique, Lingone 1873; 1875 ed. 2. — Phil. Vespasiani historiae ecclesiasticae et s. Scripturae in collegio de propaganda fide professor, postea (1856) episcopus fanensis († 7. Oct. 1877) disseruit *sull' origine dei sacri Palli.* — Petrus Avanzini philosophiae, theologiae et juris u. doctor utiles commentarios elaboravit *de constitutione ‚apostolicae sedis'*, qua censurae latae sententiae limitantur, Romae 1874 ed. 3. — *Causas selectas* in s. congregatione cardinalium conc. tridentini interpretum propositas per summaria precum ab a. 1823—1869 collegerunt Chr. Lingen JUD. presbyter archid. colon. et P. A. Reuss prof. in seminario trevirensi, Ratisbonae 1872. Praeiverat ipsis in ejusmodi opere Antonius Dominicus Gamberini imolensis n. 31. Oct. 1760, praelatus domesticus pontificius et auditor rotae, dein illius congregationis secretarius, episcopus Urbis veteris (1825), demum cardinalis (1828) et episcopus s. Sabinae († 25. Apr. 1841). Collegit *Resolutiones selectas* s. congr. concilii, quae consentaneae ad trid. PP. decreta aliaque juris canonici sanctiones prodierunt in causis propositis per summaria precum a. 1823—25, Urbe vetere 1830; 1842 etc. — L. Petit[1]) in seminario blessensi professor edidit *L'Index,* son histoire, ses lois, sa force obligatoire, Parisiis 1888 in 8., liber

[1]) Cf. Meindl Leben und Wirken des Bischof F. J. Rudigier von Linz, Linz 1893 t. 2 in 8.

[2]) Alii ab eo sunt: Myles O'Reilly, qui edidit *Memorials* of those, who suffered for the Catholic faith in Ireland in the 16—18 centuries, Londini 1868, in quibus 38 episcoporum vitas exhibet; Bernardus O'Reilly, qui descripsit vitam Leonis XIII, ejus seculum, pontificatum et influxum ex documentis authenticis, cujus versio gallica interprete P. M. Brin prodiit Parisiis 1887 cum quam plurimis illustrationibus; ea simul prodiit aliis quinque linguis; A. J. O'Reilly missionarius in Africa orientali, qui scripsit de martyribus Colisei, de quo cf. Lit. Hdw. 1874 p. 515.

[1]) Alius a Petit (n. 12. Jun. 1794; † 24. Jan. 1880) parocho, insigni archaeologo, cujus encomium invenies in Polybiblion 1880 I, 268. Plurium societatum archaeologicarum vel doctarum erat socius: Non multa scripsit, sed consiliis suis studia archaeologica fovit et promovit, ecclesias a ruina servavit, ad earum restaurationem operam contulit etc.

bonus et utilis. — Jac. M. Jos. Baillés Tolosanus n. 31. Mart. 1798, episcopus luconiensis (1845) rigidioris indolis, qui cum esset gubernio caesareo persona ingrata annuente Pio IX., a quo aestimabatur, sedi renunciavit (1856; † 17. Nov. 1873). Scripsit *des sentences* episcopales dites *ex informata conscientia*, Paris 1852 in 8. *La Congr. de l'Index* mieux connue et vengée, Rome 1859.

787. Wilhelm Molitor bipontinus, canonicus spirensis et capituli senior (n. 24. Aug. 1819; † 11. Jan. 1880), prius juri civili operam dederat jamque muneribus publicis functus erat, cum divina vocante gratia se a 30. aetatis Ecclesiae obsequio mancipavit idque integro animo et laudabili alacritate. Episcopo spirensi Weis erat a secretis factusque est canonicus (1857). Episcopum Romam bis comitatus est et a Pio IX. dictus theologiae doctor, et 1868 Romam vocatus, ut consultor interesset congregationi praeparatoriae pro futuro concilio. Insignis quoque erat poëta. Ex ejus scriptis huc spectant: *Ueber canonisches Gerichtsverfahren* gegen Kleriker, ein rechtsgeschichtlicher Versuch zur Lösung der praktischen Frage der Gegenwart, Moguntiae 1856 in 8; *über die Sentenz des Bischofs ex informata conscientia*, ib. 1856; *die Decretale* „Per venerabilem" von Innocenz III. und ihre Stellung im öffentlichen Rechte der Kirche, Monasterii 1876; *Vorträge über geistliche Beredsamkeit:* nach Seraphin Gatti's *Lezioni di eloquenza sacra*, Moguntiae 1860; *Geschichte der allgem. Kirchenversammlung* im Vatican nach den Originalacten von E. Cecconi (p. 1345) aus dem Italienischen, Ratisbonae 1873 t. 1; *Papst Pius IX.* in seinem Leben und Wirken (cum Hülskamp) 1873 ed. 3; *Römischer Wegweiser* durch die ewige Stadt (cum Wittmer) 1866; 1870; carmina plane egregia, dramata pia, conciones [1]) etc.

[1]) Brümmer allg. d. Biogr. 52, 438 ss.

— Nic. München n. in Wadern oppido ditionis trevirensis 19. Oct. 1794 promeruit doctoratum juris diss. de *jure statuendi impedimenta matrimonium dirimentia*, Coloniae 1827. Archiepiscopo coloniensi Ferdinandus Aug. de Spiegel erat a secretis et 12. Maj. 1832 receptus est canonicus in capitulum coloniense, cujus dein (1863) praepositus non sine contradictione est factus. Factioni hermesianae erat quondam addictus nec ad normam juris se gessit, cum archiepiscopus Clemens Augustus per vim a sua sede fuit abreptus [1]). Hinc retractationem quandam sedes apostolica exegit, quae cum publici juris facta esset, gubernii iras concitavit. Opus ejus praecipuum est [2]): *Das canonische Gerichtsverfahren und Strafrecht*, Coloniae 1865. Prius jam scripserat *Die Amtsentfernung*, ein Beitrag zur unbefangenen Kritik des Titels über die Verbrechen der Geistlichen in dem neuen Entwurf des Strafgesetzbuches, ib. 1848, pluresque inseruerat diss. fasc. *Bonner theol. Zeitschrift*, in primis de impedimentis matrimonii († 29. Jan. 1881). — Franciscus Jac. Sentis n. 8. Oct. 1831 in Breberen oppido provinciae rhenanae, studio juris se dicavit, ideoque Romam se contulit ad uberius solidiusque studium. Jus canonicum professus est primum Bonnae, deinde obtenta cathedra (1867-84) Friburgi († 7. Febr. 1887). Disputavit [3]) *de jure testamentorum* a clericis secularibus ordinandorum, Bonnae 1862; *Die praebenda theologalis et poenitentialis* in den Capiteln, Moguntiae 1867; *Die Monarchia sicula*, eine historisch-canonistische Untersuchung, Friburgi 1869, diss. accurata et diligens [4]); *Clementis P. VIII. decretales*

[1]) Cf. Reusch Briefe an Bunsen von römischen Cardinälen und Prälaten etc., Lipsiae 1897.
[2]) Cf. Hüffer allg. d. Biogr. 22, 726.
[3]) Cf. Schulte allg. d. Biogr. 34, 36.
[4]) Cf. Rump. lit. Handw. 1872, 72 et 391 de op. sequenti.

quae vulgo nuncupantur l. septimus decretalium Clementis VIII., ib. 1870, quem ipse primus edidit, annotationibus criticis et historicis instruxit, constitutionibus recentioribus sub titulis competentibus insertis auxit. In introductione narrat historiam operis, quod etsi circa illud plures fuerint occupati, nunquam promulgatum fuit. — Jos. Mast cubicularius pontificius et beneficiatus cathedralis, Bavarus (n. 4. Sept. 1848; † 22. Jan. 1891) exposuit *Rechtliche Stellung* der Erzbischöfe in der katholischen Kirche, 1847.

788. De *matrimonio,* cujus character sacramentalis et proprietates divinitus statutae adeo hoc tempore impugnantur et iniquis legibus conculcantur, plures disputarunt, jura Ecclesiae circa illud propugnarunt, illustrarunt, practice exposuerunt. Jo. Rud. Kutschker n. est in Wiese oppido ditionis Silesiae austriacae parentibus tenuis sed honestae conditionis 11. Apr. 1810. Absoluto studiorum curriculo promeruit cathedram theologiae moralis in academia olomucena 24. Jan. 1835. Archiepiscopo Sommerau Beckh erat a consilio et a secretis ejusque cancellarius. Viennam vocatus parochus aulicus (1852) et director Frintanei, a gubernio in negotiis ecclesiasticis adhibebatur. Factus est capituli praepositus, episcopus auxiliaris et vicarius generalis (1862). Defuncto card. Rauscher in sede archiepiscopali successit (1876) et mox (22. Jun. 1877) purpura fuit honoratus. Versatus erat in negotiis, humanus erga omnes, pacis amore indulgens († 27. Jan. 1881). Concinnavit magna diligentia, eruditione jurisque etiam civilis peritia *Das Eherecht der kath. Kirche* nach seiner Theorie und Praxis, Viennae 1856—57 t. 5; *die gemischten Ehen* von dem katholisch-kirchlichen Standpunkt aus betrachtet[1]), Viennae 1838; 1842 ed. 3., occasione controversiae cum archiepiscopo coloniensi; *Die heiligen Gebräuche* der kath. Kirche, welche vom Sonntag Septuagesimae bis Ostern beobachtet werden, ib. 1842. 1843 t. 2; *Sammlung der Vorschriften,* nach welchen sich die Curatgeistlichkeit bezüglich der Verkündigung des Wortes Gottes, der Spendung der h. Sacramente, der seelsorglichen Geschäftsführung, dann ihres clericalischen Wandels zu richten hat, Olomucii 1847-50 t. 4; *Die Lehre vom Schadenersatze* oder von der Restitution nach dem Vorgange der Theologen mit Rückblick auf die kirchliche und staatliche Gesetzgebung zum Gebrauche der Seelsorgsgeistlichkeit erläutert, ib. 1851, et multa alia[1]). Plures inseruit diss. fasciculis literariis, inter quas mentione digna in *Archiv* ed. Vering (56, 286—332; 361—410) *Die Vorschriften über die Taufe der Juden.* — Matthaeus Binder n. 19. Aug. 1822, professor quondam historiae ecclesiasticae et juris canonici in seminario sanhippolytano (1853), hujusque director (1861), dein canonicus et parochus ecclesiae cathedralis, demum episcopus (1872; † 1893), praeter plures diss. foliis literariis insertas, sermones et literas pastorales[2]) conscripsit *Practisches Handbuch des kath. Eherechtes* für Seelsorger im Kaiserthum Oesterreich, St. Hippolyti 1859; Friburgi 1891 ed. 4. cura Scheicher; *Additamenta* ad enchiridion juris ecclesiastici cum appendice, leges dioecesanas circa administrationem bonorum ecclesiasticorum et beneficialium continente, Viennae 1861. — Tertius Austriae praesul, qui de matrimonio scripsit, fuit Jac. Maximilianus Stepischnegg, natus in Styria civitate Cilli

[1]) Cf. additamentum ad § 45 hujus l. in Pletz Zeitschrift XI fasc. 1.

[1]) Cf. Schmid KL² 7, 1268.

[2]) Erdinger Bibliographie des Clerus der Diöcese St. Pölten p. 26ss. — Alius est Guil. Christ. Binder (n. 16. Apr. 1810; † 1870), qui fidem amplexus est catholicam, sed non constanter, eamque etiam asseruit pluribus editis opusculis. Cf. Gla 1, II. passim.

22. Jul. 1815. In seminario klagenfurtensi profitebatur theologiam pastoralem et historiam ecclesiasticam, dein jus canonicum et exegesim N. T. Adlectus est 1847 capitulo lavantino, a. 1861 Salisburgum capituli decanus translatus et jam a. sequenti ab archiepiscopo salisburgensi electus episcopus lavantinus († 28. Jun. 1889). Praeter alia ejus sunt[1]): *Die christliche Ehe* nach kath. Lehre, Abhandlung seinen Diöcesanen gewidmet, Marburgi 1868; *Papst Pius IX.* und seine Zeit, Viennae 1879 t. 2; *Georg Stobäus* von Palmburg, Fürstbischof von Lavant (1584—1618) in *Archiv* für österreichische Geschichte XV, 51—132; *Thomas Crön* Fürstbischof von Laibach, nach seinem Leben und Wirken geschildert, Salisburgi 1856; Abhandlungen *über Religion und Kirche,* Gratz 1857 in 8.

789. Fr. A. Loberschiner dedit *praktische Anleitung* zum gesetzmässigen Verfahren in Eheangelegenheiten auf Grundlage des mit dem k. Patente vom 8. Oct. 1856 erlassenen neuen Gesetzes, Budweis 1859 ed. 4; *das Kirchenvermögen* oder die gesetzliche Art der Erwerbung u. Verwaltung des Gotteshaus- und Pfründvermögens auf Grundlage des österreichischen Concordates und der in Folge dessen geltenden Bestimmungen praktisch bearbeitet, ib. 1862. — Jo. Josephus Hirschel narrat *Geschichte der Civilehe* in Frankreich, Moguntiae 1873. Natus est Hirschel[2]) Heidesheimii prope Moguntiam 28. Nov. 1817. Jurisprudentiae operam dederat et creatus doctor u. j. aliquamdiu munere publico functus erat, cum exemplo carissimi sui amici Dr. Heinrich commotus secutus est militiam clericalem. Post aliquot annos curae animarum impensos vocatus est 1851 in seminarium moguntinum a Ketteler ep. ad tradendam exegesim, jus canonicum et archaeologiam. Ibi cum egregiis suis collegis, quorum mentionem jam fecimus, Moufang, Heinrich, Riffel etc., omnium virium contentione incubuit promovendo spiritui vere catholico per universam dioecesim et ultra ejusdem fines. Erat enim tunc Moguntia sub eximio suo praesule cum tot viris praestantibus centrum novae vitae catholicae. Factus est a. 1863 canonicus, nec infimas partes implevit in dioecesis regimine. Egregias inseruit diss. canonicas fasc. lit. *Archiv* et *Katholik;* ita *das Recht der Regierungen* bezüglich der Bischofswahlen in Preussen und der oberrhein. Kirchenprovinz, ib. 1870; *drei Fragen* über die Civilehe; Verweigerung der kirchlichen Trauung; kirchliche Giltigkeit der Civilehe; Mangel der Taufe, ib. 1878; *Kann der Staat die von ihm zu leistende Dotation der bischöflichen Stühle einseitig einhalten?* ib. 1868 etc. *Geschichte* der Stadt u. des Bisthums Mainz, ib. 1855. Obiit vir optimus 19. Sept. 1885. — Joan. Weber parochus berlichingensis in Würtemberg, dein Ludwigsburgi plura de matrimonio opera accurata et valde utilia reliquit: *Die canonischen Ehehindernisse* nach dem gemeinen Kirchenrechte, für den Curatclerus praktisch dargestellt, Friburgi 1883 ed. 3; 1886 ed. 4; 1898 ed. 5. cur. Schnitzer prorsus retractata[1]), cum plurimis formulariis; *die Ehescheidung* nach dem geltenden allgemeinen Kirchenrecht[2]), ib. 1875; *Katechismus des kath. Kirchenrechts* mit steter Berücksichtigung des Staatskirchenrechts in Deutschland, Oesterreich und der Schweiz, Augustae 1887 ed. 3. aucta; *Katechismus des kath. Eherechts,* ib. 1881 ed. 2; 1887 ed. 3; 1894 ed. 4. cura Elser. — Mich. Heiss *de matrimonio* tr. 5 usui v. cleri americani accommodavit adjecta appen-

[1]) Cf. Ilwof allg. d. Biogr. 36, 100.
[2]) Cf. Brück Katholik 1885 II, 528—48.

[1]) Cf. Biederlack Zeitschrift für katholische Theologie IX (1885) 164 ss.; XXII (1898), 720 ss.
[2]) Cf. Sickinger lit. Hdw. 1877, 241: de sequenti cf. Wahl ib. 1886, 432.

dice duplici, Monachii 1861. Natus est Michael Heiss in Pfahldorf dioecesis eichstettensis 12. Apr. 1818. In Americam profectus (1842) promeruit cathedram crossensem (1868), inde translatus est ad sedem archiepiscopalem milwaukiensem (1881, † 1890). Scripsit praeterea *The four Gospels* examined and vindicated on Catholic Principles.

790. In *Gallia* de matrimonio egerunt Caesar Augustus Horoy theologiae et juris doctor, professor in facultate juridica duacena (n. 1822; † 1891), cujus sunt inter alia: *Mariage:* unité, indissolubilité, nullité, idéal et type divin; fonction religieuse et sociale, histoire et législation positive, théologie, exégèse, philosophie, médecine, archéologie et philologie, droit civil, droit ecclésiastique, littérature, esthétique, Parisiis 1877 ed. 2; *Prolégomènes* d'un cours de droit canonique dans ses rapports avec le droit civil (a. 1883—84), 1885; *Cours . . .*, Paris 1887 in 12; *Traité du mariage,* 1886 in 16; Cours ... (a. 1884-85), *droit international* et droit des gens public d'après le Decretum de Gratien, ib. 1887; *du Mariage civil du prêtre catholique* en France: legalité canonique et civile; doctrine et jurisprudence; la question dans le passé et dans le présent; véritable point de vue à l'heure actuelle, ib. 1890; *Gratien auteur du Décret* et fondateur de l'enseignement canonique: étude suivie d'un plan et projet d'encyclopédie du droit canon, sous formes de répertoire comprenant le droit canonique des différentes communions chrétiennes, ib. 1890; *des Rapports du sacerdoce avec l'autorité civile* à travers les âges et jusqu'à nos jours au point de vue légal, ib. 1883—84 t. 2, opus eruditum; *La Clef du Syllabus* [1]): nouveau commentaire historique et doctrinal d'après les acta, ib. 1877; études patrologiques; *Synésius* évêque de Ptolémais au V^e^ siècle, 1862. Cogitavit continuare patrologiam ed. Migne ab Innocentio III. usque ad Pium IV., et quidem pro solo sec. XIII. c. t. 100 promisit, et revera coepit edere *Medii aevi bibliothecam patristicam* t. 2 (ib. 1879), qui complectuntur scripta Honorii III., sed infelici successu: opus enim ultra non prodiit: et hi ipsi primi tomi sat mendosi sunt [1]). — Jos. Tissot philosophiae professor, facultatis literarum divinionensis decanus et Instituti gallici membrum correspondens (n. 1801; † 1876) praeter quamplurima philosophica [2]) scripsit *le Mariage,* la séparation et le divorce, considérés au point de vue du droit naturel, du droit civil, du droit ecclésiastique et de la morale; suivis d'une étude sur le mariage civil des prêtres, Parisiis 1868. — Jos. Maria Téphany canonicus titularis corisodu Syllabus, Paris 1877, in quo ostendit syllabum revera non esse nisi collectionem prop. jam antea a Pio IX. vel ab ejus antecessoribus damnatarum. — Eodem a. (1877) et Petitalot statuit ib. *Le syllabus base de l'Union catholique.* — Petrus Rota n. 1805, seminarii regiensis rector, guastallensis dein (1871) mantuanus episcopus, condidit fol. *Il Vesillo cattolico.* Anno 1874 conjectus est in carcerem. Sedi suae renunciavit et Romam secedens factus est archiepiscopus thebanus (1879) ibique in odore sanctitatis decessit, postquam multa est passus teste Jos. Sarto ejus in episcopatu mantuano successore (nunc pontifice Pio X.) 3. Febr. 1888. Praeter alia reliquit *Il Sillabo di Pio IX.* commentato Milano 1884; *Enchiridion* Confessarii et judicis ecclesiastici, Torino 1884. — Petrus Chiaf *Il Sillabo studiato* nella sua prima origine, Milano 1889. Ejus quoque est *Corso di filosofia elementare,* Brescia 1868—71 t. 2; 1876—78 t. 5. — W. A. E. Schippers parochus archidioecesis coloniensis instituit Abendunterhaltungen über den Syllabus, Moguntiae 1880.

[1]) De *Syllabo* egerunt etiam Verdereau parochus doecesis augustodunensis in *Exposition historique* des propositions

[1]) Cf. Zeitschrift für kath. Theologie 1879, 811.

[2]) Cf. Lorenz 4, 512; 6, 226.

pitensis composuit: Traité *des dispenses matrimoniales,* Parisiis 1875 in 8; *Histoire de la persécution religieuse* dans les diocèses de Quimper et de Léon de 1790—1801, Quimper 1879. — P. J. Brillaud parochus elaboravit Traité pratique *des empêchements et des dispenses de mariage,* ib. 1872; 1885 ed. plurimum aucta; *Manuel de la juridiction ecclésiastique* au for extérieur et spécialement au for contentieux avec appendice sur les règles du droit, ib. 1885; *Principes* du droit ecclésiastique, exposé simple et méthodique, ib. 1877, qui libellus introductionis instar est ad studium juris canonici. — Jul. Chrys. Joder secretarius episcopatus argent. († 3. Febr. 1904) in parochorum utilitatem composuit *Formulaire matrimonial* valde practicum et utile, in quo circa omnia, quae matrimonii spectant contractum, celebrationem, nullitatem, revalidationem, impedimenta etc. animarum pastores instruit, Parisiis 1890 ed. 3. aucta. — In *Italia* Jesualdus (Gesualdo) de Luca a Bronte Cap. erroneam tuetur sententiam, sacerdotem esse ministrum sacramenti matrimonii in disquisitione theologica: *Cur Verbum caro factum,* Catanae 1869; *Consecrator christiani matrimonii* in verum et proprium sacramentum, tr. theol., ib. 1856; Catanae 1876; proh. 17. Jul. 1878, auctor vero laudabiliter se subjecit et opus reprobavit. Plura alia praeterea edidit, ut *Dissertazioni* su vari argomenti di diritto canonico, Neapoli 1849; *Questioni* di diritto pubblico ecclesiastico, Catanae 1868; *de regno Dei* ejusque summo pontifice, Romae 1870; *I diritti divini* ed umani nei loro principi e rapporti, 1854 t. 2. — Jos. Mansella disseruit *de impedimentis* matrimonii dirimentibus, Romae 1881; *Il domma dell'immacolata concezione* della b. V. M., Roma 1868 t. 4.

791. *Moralistarum* fere princeps hoc aevo exstitit Ant. Ballerini. Natus est A. Ballerini 10. Oct. 1805 Bononiae parentibus bonae conditionis. Post ingressum in Soc. Jesu 13. Oct. 1826 absolutisque studiis et obitis muneribus inferioribus a. 1844 conscendit cathedram historiae ecclesiasticae in collegio romano, quam tenuit ad a. 1855. Anno sequenti coepit docere theologiam moralem, eamque disciplinam professus est fere ad mortem usque († 27. Nov. 1881). Potiora ejusdem opera sunt: *Principi della scuola Rosminiana* esposti in lettere famigliari, Mediolani 1850 t. 2. Dum 3. t. imprimendo insisteret, altiori voluntate suspensa fuit impressio. Ingenii acrimonia facile agnovit Ballerini pericula systematis hujus auctoris: hinc in eo refutando totus institit, neque in sua censura eum fuisse deceptum, judicium congr. Indicis subsequens ostendit. *Sylloge monumentorum* ad mysterium conceptionis immaculatae V. Deiparae illustrandum, Romae 1854—56 t. 2; Parisiis 1855—57., in quam recepta est diss. historico-critica de s. Bernardi scriptis circa Deiparae V. conceptionem, Romae 1856; et quaestio an s. Ildephonsus ep. toletanus conceptae V. festum in Hispaniis instituerit, ib. 1856; Parisiis 1856 ed. auctior. Haec sylloge est opus plane praestans praesertim ob eruditas annotationes. *De morali systemate s. Alphonsi* M. de Ligorio diss., Romae 1863; *Compendium theologiae moralis* auctore ... Gury ... ed. 17. annotationibus locupletata, Taurini 1866 t. 2; 1869; novis curis expolita a. Dom. Palmieri Prati 1894 t. 2 ed. 12; 1907 ed. 15. Taurini cur. Sabetti; Annotationes sunt eruditissimae, sed sat acres. Plures impugnantur in *Vindiciis alphonsianis,* Romae 1873; Bruxellis 1874 ed. aucta, in quibus patres congr. ss. Red. s. Alfonsum in omnibus tueri pie nituntur[1]): quibus

[1]) Cf. de hac controversia Schwane, lit. Hdw. 1873, 228; et Noldin ib. 1875 75 ss.; 107 ss. Harum vindiciarum auctor dicitur Rudolphus de Smetana Viennae

occurrit Ballerini notis prolixioribus editionum subsequentium theologiae moralis auctore Gury. Ob prolixitatem annotationum jam minus accommodatum est illud compendium praelectionibus, sed eae continent eruditionis thesaurum, produnt singularem judicii sagacitatem et saluberrime promoverunt solidum theologiae moralis studium. Ostendunt enim levitatem tot ratiuncularum, quibus tam facile uti solebant theologi moralistae ad statuendas suas opiniones, oscitantiam in citandis auctoribus, levitatem in tractandis quaestionibus moralibus: hinc auctor censeri debet gravissimus, qui nunquam sine magna utilitate consulitur. Ex ejus schedis sagacissimus Dominicus Palmieri Ant. Ballerini opus theologicum morale in Busembaum medullam absolvit et edidit Prati 1889—93 t. 7, 1898—99 ed. 3. opus plane egregium[1]). Praetermittere non licet libellum: *Jus et officium episcoporum* in ferendo suffragio pro infallibilitate romani pontificis contra nuperas cavillationes per disquisitionem moralem assertum et vindicatum, Romae 1870; Ratisbonae 1870. Erat Ballerini non solum egregius magister, sed in casibus solvendis valde practicus, confessarius expetitus, pauperum praesertim pater sollicitus[2]).

792. Alius insignis moralista erat Petrus Scavini, praepositus novariensis, eques s. Mauritii et Lazari, plurium academiarum socius (n. 22. Oct. 1790; † 17. Nov. 1869), cujus *theologia moralis universa* ad mentem s. Alphonsi saepissime ob suam utilitatem prodiit, Novariae 1847; 1865 t. 4 ed. jam 10; Mediolani 1902 ed. 16. In adjecta appendice rationem habet omnium regionum finitimarum. *Novum compendium manuale juris canonici universi,* ib. 1865. — Dominicus Ricci historiae ecclesiasticae, theologiae moralis et eloquentiae professor, socius academiae bononiensis philosophico-medicae s. Thomae A. et mutinensis literarum et artium, ecclesiae metropolitanae mutinensis canonicus poenitentiarius († 25. Oct. 1880), solvit *casus theologiae moralis universae,* quos recudendos curavit ejus frater Mutinae 1881—82 t. 2 adjecta appendice, in qua rationem habet syllabi et const. „Apostolicae Sedis". — Thomas Paolini SJ. (n. 26. Dec. 1801; † 13. Jan. 1874) *praelectiones theologiae moralis,* quas in regio athenaeo sassaritano habuit, publicae luci dedit, Saceri 1845 t. 4 in 8. — Jos. Frassinetti elaboravit *Compendio della Teologia morale* di s. Alfonso M. de' Liguori, Genuae 1882 ed. 7; *Manuale pratico* del parroco novello, ib. 1868 ed. 4., utrumque in alias linguas versum atque plurimum commendatum a Ballerini, imo a Pio X. Opera ascetica prodierunt Romae 1909—10 t. 17. Ea saepe seorsim jam prodierant[1]). — J. Ninzatti logico ordine digessit et summatim exposuit *theologiam moralem* . . . s. Alphonsi M. de Ligorio, Venetiis 1882 t. 2; 1899 ed. 6. — Victorius Constantini archidiaconus ecclesiae aquipendiensis suas *institutiones theologiae moralis*[2]), typis dedit Prati 1881—83 t. 3. — Thomas Gallo SJ. missionarius madurensis episcopum Canoz ad conc. vaticanum est comitatus, Romaeque tres a. haesit ut ejusdem procurator et ut opus perficeret ederetque: *Suppetiae* Evangelii praeconibus, qui madurensem missionem excolunt, oblatae, quae magnam theologiae moralis partem explicant, Romae 1872

n. 7. Oct. 1802, qui relictis muneribus civilibus ingressus est congr. Ss. Red., de qua bene meruit: praefuit enim vicarius generalis domibus transalpinis suae congr. et sollicitus fuit, ut magno ejusdem commodo sedes praepositi generalis Neapoli Romam transferretur († 2. Sept. 1871).

[1]) Cf. Bierbaum Lit. Hdw. 1889, 721.

[2]) Cf. Schröder Lit. Hdw. 1882, 129.

[1]) Cf. Pagliaini II, 150.

[2]) Cf. Becker lit. Hdw. 1884, 114.

t. 4 in 8. In India theologiam morum et philosophiam docuit magnaeque erat auctoritatis, ut in negotiis gravissimis ecclesiae et societatis adhiberetur († 1889 a. aetatis 69). — Gabriel de Varceno (de Guarcino) Cap. lector et definitor († 5. Nov. 1893) concinnavit, *compendium theologiae moralis* ex opere morali Scavini, Gury et Charmes, illudque redegit ad ss. congregationum rerentiorum decisiones, Taurini 1871, quod ita pluribus arrisit, ut a. 1887 prodierit jam ed. 8. t. 2 in 8. Dicit se sectatorem esse aequiprobabilismi, etsi eum non satis bene tueatur. — Jos. d'Annibale canonicus reatinus et theologiae moralis professor concinnavit succo plenam, canonica et legali eruditione refertam *Summam theologiae moralis,* Mediolani 1881 t. 3; 1888—92 ed. 3; 1908 ed. 5; in const. »Apostolicae sedis«, qua censurae latae sententiae limitantur, *commentarii,* Reate 1880 ed. 3. Postquam a. 30 professorem egit, Leo XIII. eum dixit episcopum (titularem) a. 1881, et 11. Febr. 1889 cardinalem, sed obiit jam 18. Jul. 1892. Natus erat 22. Sept. 1815 Borbonae [1]). — Nazarii Vitale (6. Jan. 1807—21. Mart. 1886), qui ardens erat sectator Rosmini, *Teologia morale* prodiisse legitur in Less. eccl. IV, 1097. — A. Konings congr. ss. Red. Belga († 1884) theologiam s. Alphonsi in compendium redegit, Neo-Eboraci 1882 ed. 5; concinnavit quoque commentarium *in facultates apostolicas,* quae episcopis et vicariis apostolicis per modum formularum concedi solent, ad usum ven. cleri americani, cujus ed. 3. recognitam et plurimum auctam curavit ejus sodalis Jos. Putzer, Ilcestriae 1893 in 8., opus illi regioni valde utile. — Ejus sodalis Clemens Marc (n. 24. Jul., † 27. Jan. 1887) theologiae moralis lector elaboravit *Institutiones morales alphonsianas,* quarum Romae 1891 ed. 6; 1900 ed. 10. prodiit [1]). — Matthaeus Thiels in academia lovaniensi professor (1834—1837), dein in seminario mechliniensi († 14. Maj. 1876), brevem ac succinctam *de reflexis probabilismi principiis* discussionem composuit Mechliniae 1844 in 8. — Dominicus Bellocq SJ. (n. 6. Jun. 1814; † 30. Maj. 1885) diss. de re morali inseruit fasc. literariis *Etudes religieuses.* — Bernardus Sala OSB. Montis Serrati in Catalonia (n. 1810; † 1885) praeter alia [2]) dedit *compendium theologiae moralis* in 90 collationibus. *Exposición apologetica* del Syllabus y de la Encyclica ‚Quanta cura' 18. Dec. 1864 contra liberalismum catholicum'.

793. In *Germania* mentione digni sunt praeter Carolum Werner (pag. 1749) Michael Haringer C. Ss. Red. († 19. Apr. 1887), qui theologiae moralis s. Alphonsi novam curavit editionem, ut diximus supra p. 539, scripsit etiam *Leben des ehrw. Dieners Gottes Clem. Maria Hofbauer* Generalvicars und vorzüglichen Verbreiters der Congr. des allerh. Erlösers, Viennae 1878; *die Verwaltung des Busssacramentes,* ib. 1851 ed. 2; *das hl. Sacrament der Ehe,* ib. 1854, opus valde practicum et utile. — Jo. Steger († 1874), theologiam moralem christianam collegit ex operibus s. Ambrosii, Viennae 1863. — Ant. Gundinger parochi († 1874) est *die christliche Gerechtigkeit,* Viennae 1870 t. 2. — Steph. Teplotz Cist. origine Croata n. 12. Dec. 1795 Warasdini, professor theologiae moralis primum 1823—49, Viennae dein 1849—57 († 23. Jul. 1877) coepit, sed non ab-

[1]) Cf. P. de Sanctis, Biografia del Card. G. d'Annibale, Romae 1898.

[1]) Cf. Becker Literarischer Handweiser 1886, 577.

[2]) Cf. Plaine in chronologica serie scriptorum OSB. hispanorum, qui ab a. 1750 ad nostros usque dies floruerunt in Studien und Mittheilungen aus dem Ben. O. V (1885) 2, 456.

solvit *Ethicam christianam* [1]) Pragae 1831—34 fasc. 2. — Franc. Ser. Ant. Bittner n. in Oppeln civitate Silesiae n. 17. Sept. 1812, professor in seminario posnaniensi, dein braunsbergensi, et 1850 theologiae moralis in universitate wratislaviensi († 21. Jan. 1888), praeter alia [2]) edidit *Lehrbuch der kathol. Moraltheologie,* Ratisbonae 1855 in 8; *de Logo Johanneo* commentatio, Posen 1835; *de cruce Servatoris* commentatio, ib. 1836; die katholische Lehre *von dem Mysterium der h. Euchastie,* ib. 1838; de Graecorum et Romanorum, deque Judaeorum et Christianorum *sacris jejuniis,* ib. 1846; *über die Geburt,* Auferstehung und Himmelfahrt J. Chr., Regensburg 1859 etc. *de civitate divina* commentarii, Moguntiae 1845 in 8; *de ciceronianis et ambrosianis officiorum ll.* commentarius, Brunsbergae, 1849 in 4; *de numero sacramentorum septenario* ep. critica ad. Geo. Ludov. Hahnium (qui illum impugnaverat), Wratislaviae 1859. — Ferd. Elger professor in seminario litomericensi († 1878) composuit *Lehrbuch der kathol. Moraltheologie* [3]), Moguntiae 1851 t. 2. — Franc. Friedhoff professor theologiae moralis in academia monasteriensi (n. 22. Mart. 1821; † 28. Mart. 1878) edidit *Allgemeine Moraltheologie,* Ratisbonae 1860, opus minoris pretii, quod minus arrisit; *specielle Moraltheologie,* ib. 1864; *kath. Dogmatik,* Monasterii 1855. 1871 ed. 2. t. 2; *Grundriss der kath. Apologetik,* ib. 1854 *Status primi hominis* supernaturalis et indebitus, ib. 1850; diss. retractata. in Zeitschrift für die ges. kath. Theol. Wien V (1853), 51—80; 220—52; *de sententiae probabilis* ad efformandam conscientiam certam *vi et efficacia,* ib. 1860; *Ueber die Kraft der menschlichen Vernunft,* Ratisbonae 1860; *Gegenerwägungen* über die päpstliche Unfehlbarkeit: Gegenschrift gegen Janus u. Döllingers Erwägungen, Monasterii 1869; 1870 ed. 2; *Geschichte des A. u. N. Bundes* [1]), Ratisbonae 1874 t. 2. — *Geschichte der päpstl. Reservatfälle,* Regensburg 1868 narrat Matthias Hausmann professor historiae eccl. et juris canonici in lyceo dillingano (n. 10. Febr. 1839; † 10. Apr. 1892).

794. In primis memoria dignissimi sunt duo episcopi illustres: Ernestus Maria Müller Irritzae in Moravia 30. Jun. 1822 n., seminarii viennensis primum subrector, dein (1863) director, theologiae moralis in universitate viennensi professor, canonicus et praelatus domesticus suae Sanctitatis, demum a. 1885 episcopis linciensis († 28. Sept. 1888), qui elaboravit *theologiam moralem,* Vindobonae 1868—70 t. 3, cujus ed jam 7. cura Adolphi Schmuckenschläger prodiit 1902, opus accuratum, plenum, solidum sanamque complectens doctrinam [2]), in quo in aequiprobabilismum propendet: multas etiam utiles inseruit diss. fasc.

---

[1]) H. Rutten prof. in seminario ruremondensi, a secretis cub. Leoni XIII., nunc ep. leod. edidit *Ethicae seu* philosophiae moralis *elementa,* Lovanii 1868, secundum s. Thomae principia et nostris temporibus conditionibusque bene accommodata. Ejusdem sunt *Cours élémentaire* d'apologétique chrétienne, Bruxellis 1886 ed. aucta; *les Promesses divines* de l'Eglise à travers les siècles, Leodii 1888.

[2]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 47, 3.

[3]) Cf. Scheeben lit. Hdw. 1867, 336: Die ganze Methode ist für ein Schulbuch vortrefflich und die Doctrin durchweg gemässigt und tactvoll. Es fehlt nur .... etwas an tiefer, kräftiger Auffassung, insbesondere in der Lehre von den theologischen Tugenden etc.

[1]) Cf. Rassmann I, 114; 2, 67; Lauchert allg. d. Biogr. 48, 778. Ejus singularis sententia de habitu scientiae ad fidem in ejus Grundriss et Dogmatik censurae subjicitur in Katholik 1859 I, 296—322; 543—58.

[2]) Plurimum illud laudat Scheeben lit. Hdw. 1869, 193. De ipso auctore cf. G. Müller E. M. Müller in theol. praktischer Qtlschr. Linz XIII (1889), 44—54; 296—307; 539—51; Lauchert allg. d. Biogr. 52, 497.

literariis linciensibus. — Alter est Conradus Martin n. in oppido Geismar dioecesis paderbornensis 18. Maj. 1812. Absolutis studiis tempore controversiarum hermesianarum egregias edidit *adnotationes* ad acta hermesiana et acta romana ad causam hermesianam denuo illustrandam, Moguntiae 1839 sub nomine Friderici Lange, quibus oculos episcopi spirensis Jo. Geissel in se convertit, qui electus coadjutor coloniensis eum Coloniam vocavit professorem religionis gymnasii. Scripsit praeclarum l. *Lehrbuch der katholischen Religion* für höhere Lehranstalten, Moguntiae 1844, ob suam utilitatem et praestantiam saepissime editum; 1873 ed. 15. Anno 1844 constitutus est inspector convictus theologici bonnensis, professor theologiae moralis et pastoralis et concionator academicus. Hinc edidit *Lehrbuch der katholischen Moral,* ib. 1850; 1865 ed. 5. Defuncto episcopo paderbornensi Fr. Drepper 5. Nov. 1855 electus est a capitulo in successorem et a Pio IX. 19. Jun. 1856 confirmatus. Episcopus fuit vere apostolicus zelo et sollicitudine animatus pro bono suae immensae dioecesis: hinc admodum promovit associationem s. Bonifatii pro juvandis missionibus in partibus septentrionalibus Germaniae eique diu (1858—75) praefuit. Limina apostolorum iteratis vicibus visitavit, dioecesim indefessus qua late patet lustravit, concilio coloniensi interfuit, synodum dioecesanam primam post fere duo secula celebravit a. 1867, cujus acta et decreta Paderbornae promulgavit 1867, 1888 ed. 2., et in concilio vaticano strenue pro definitione infallibilitatis stetit, et pro ejus defensione plures edidit libellos: *Das unfehlbare Lehramt* des Papstes, Paderborn 1870 ed. 1—4; *Was uns das vaticanische Concil über den Papst zu glauben vorstellt,* ib. 1871; *Der wahre Sinn* der vaticanischen Lehrentscheidung über das unfehlbare päpstliche Lehramt, ib. 1871 ed. 1—3; *die Arbeiten des vaticanischen Concils,* ib. 1873 ed. 1—3; *omnium conc. vaticani* quae ad doctrinam et disciplinam pertinent *documentorum collectio,* ib. 1873. Orta gravissima persecutione in Borussia ob suam erga Ecclesiam catholicam fidelitatem conjectus est in carcerem, declaratus munere episcopali decidisse (5. Jan. 1875). Clam aufugit degitque ad mortem usque exsul, procul quidem corpore, sed animo praesens suis ovibus, quae ex corde ipsi manserunt fideles († 16. Jul. 1879). Praeter opera jam laudata ex pluribus mentione adhuc digna sunt: *Petri denegatio,* Monasterii 1833, quae est dissertatio pro obtinenda laurea; *Die letzte Strafrede Jesu* nach Matth. 23 exegetisch bearbeitet, Coloniae 1835; *Theophilus* oder Unterweisungen über die sonn- und festtäglichen Evangelien, Paderborn 1876 ed. 3.; *Die jüdischen Alterthümer* von Fl. Josephus übersetzt, ib. 1852 t. 2; Maldonati *commentarii* in 4 evangelistas, Moguntiae 1853 t. 2; 1862 ed. 2., quam ipse curavit; *die Wissenschaft* von den göttlichen Dingen, ib. 1855; 1869 ed. 3., in quo multum utitur scriptis Dieckhofii; *ein bischöfliches Wort* an die Protestanten Deutschlands, zunächst an diejenigen meiner Diöcese, über die zwischen uns bestehenden Controverspunkte, Paderborn 1864; 1868 ed. 4; ut scil. eos ad reditum in ovile Christi, quod misere deseruerant, blande invitaret: sed multorum bilem commoverunt verba optima intentione scripta [1]): *Zweites bischöfliches Wort* an die Protestanten Deutschlands, ib. 1866; *Wozu noch die Kirchenspaltung?* ib. 1869 ed. 1—3; *auch eine Enthüllung* oder ein altes Buch [2]) gegen die neuen Irrungen, Moguntiae 1871; *Irrthum und Wahrheit* in den grossen Fragen der Gegenwart, Mainz 1876; *Harmonie* des A. und N. Testaments, ib. 1877; *Drei Jahre* (scil.

[1]) Cf. de controversia literaria inde exorta Gla 1, II, 782 ss.

[2]) Cf. de hoc libello hist. pol. Blätter 69, 161—184.

1875—77) aus meinem Leben, ib. 1877 ed. 1—3, pluresque alii libelli practici et ascetici in forma instructionum pastoralium valde utiles, quos praesertim exsilii tempore elaboravit; accedunt sermones et literae pastorales, quas ejus secretarius et fidus comes Christophorus Stamm t. 7 complexus est [1]). Multas quoque inseruerat diss. fasc. literariis Kath. Vierteljahrschrift für Wissenschaft und Kunst, quos cum collegis Dieringer, Scholz ediderat 1847—49. Eas cf. apud Gla passim.

795. Ad theologiam *pàstoralem* [2]) referri possunt [3]) *in Germania* Joannes Michael Benger congr. ss. Red. in parochia Bokkum prope Crefeldam n. 1823 († 27. Febr. 1870), archiepiscopo coloniensi quondam a secretis et professor in seminario, qui sua *Pastoraltheologie,* Ratisbonae 1858—63 t. 3 in 8. promeruit ab universitate viennensi doctoratum honoris causa: et merito quidem, est enim opus utile, practicum, copiosum, sed disserendi ratio forte minus amoena atque limata [1]). Cura sodalis Ulrici Klarmann nova ed. emendata prodire coepit ib. 1890.

---

[1]) Cf. Rebbert KL² 8, 936; Hülskamp Lit. Hdw. 1879, 281 ss., in primis Stamm Dr. C. Martin ... ein biographischer Versuch, Paderbornae 1892; Urkundensammlung zur Biogr., ib. 1902; Aus der Briefmappe des hochs. B. 1902.

[2]) Augustus Stöhr, medicus insignis et vere catholicus († 3. Oct. 1890), concinnavit *Handbuch der Pastoralmedicin* mit besonderer Berücksichtigung der Hygiene, Friburgi 1878; 1882 ed. 2; 1900 ed. 4., opus admodum utile bibliothecae friburgensi theologicae ser. 2. insertum. Geminum fere opus composuit Saint Geniez, de quo cf. p. 1677.

[3]) M. de Montroui ostendit coloribus atris *Dangers du mariage,* de la famille et de la société en dehors du catholicisme, Turonis 1882 in 12. ed. 3. penitus retractata. — Henr. Bern. de Andlaw Friburgensis n. 20. Aug. 1802, baro sane nobilis et vere christianus, intrepidus jurium Ecclesiae et causae catholicae patronus scriptis et verbo eloquenti in parlamento et in congressibus catholicorum, quibus ter praefuit († 3. Mart. 1871), praeter egregia scripta polemica occasione impugnationis Ecclesiae in ducatu badensi literis consignavit *Gedanken meiner Musse* über die Einflüsse der Kirche auf Familie, Gemeinde und Staat, Friburgi 1859 fasc. 1; Moguntiae 1861; ibidem 1860 fasc. 2: *Priesterthum und christl. Leben* mit Rücksicht auf die grossen Fragen der Gegenwart, ib. 1865, praecedentis continuatio, liber egregius. Cf. Fr. Dor, Fürstb. v. Andlaw, Freiburg 1910; Hülskamp lit. Hdw. 1871, 251; Binder KL² 1, 811. — Franc. Rieder n. in Poisdorf Austriae superioris 9. Mart. 1806, facultatis theologicae viennensis decanus, canonicus et director seminarii linciensis, vicarius capitularis et praepositus († 3. Apr. 1873) composuit *Handbuch der k. k. Gesetze* und Verordnungen über geistliche Angelegenheiten, Lincii 1847—55 t. 3, opus practicum, inseruitque plurimos articulos practicos fasciculis linciensibus. — Eodem a. (6. Dec. 1873) in fama sanctitatis decessit Petrus Rigler O. Teut. Tirolensis vir in theologia pastorali admodum versatus, hinc vir optimi consilii. Natus est 26. Jun. 1796; professor erat theologiae moralis in seminario tridentino (1819—34), pater spiritualis, dein regens. Post suum in ordinem ingressum reformavit ejusdem conventus. Ejusdem sunt *Ordo pastoralis,* Bozen 1861 ed. 2; *Pastoralis liturgica,* ib. 1869 pp. 2; *Praecepta pastoralis didacticae,* ib. 1872 ed. 2. Cf. k. Handl. II, 1778; Bader, P. Petr. Rigler, Innsbruck 1907 t. 2. — Laude et lectione dignae sunt Aloysii Melcher Augustani (n. 2. Dec. 1842; † 20. Dec. 1890) *99 Pastorationsbriefe an einen Pfarrer,* Ratisbonae 1880 t. 2 in 8., de quibus cf. Keller lit. Hdw. 1881, 519; *katechetische Predigtweise* t. 3, conciones et homiliae. — De Jo. B. Hafen cf. Linsenmann allg. d. Biogr. 10, 316. Obiit 27. Jun. 1870. — Tounissoux († 1885) de operariorum conditione sollicitus scripsit *le Bien-être de l' ouvrier: Question sociale* et Bourgeosie, 1883 numismate honoris donatum a societate nat. beneficentiae (d' encouragement au bien). Cf. Polybiblion 1885 I, 69. — Nominandus saltem est Armandus Maria Joachim vicecomes de Melun (n. 24. Sept. 1807; † 24. Jun. 1877), qui totus beneficentiae vixit, plurimarum societatum hunc in finem institutarum erat membrum industrium et fervidum. Ad promovenda beneficentiae opera innumeros scripsit stilo nobili, eleganti, sagaci libellos, articulos, relationes etc. Cf. Polybiblion 1877 II, 84.

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1863, 399; 1868, 390; 1870, 152; 1889, 683; 1890, 712; Thalhofer Wiener k. Litzt. 1862 n. 26.

Ipse auctor compendium inde derivavit, sed copiosum et prolixum satis, ib. 1868. — Jos. Amberger n. 19. Mart. 1816, theologiae pastoralis professor et seminarii ratisbonensis regens capituli senior, in senectute coecus († 19. Oct. 1889), cujus exstat praeclara et copiosa *Pastoraltheologie* [1]), Ratisbonae 1850—51 t. 3; 1883—87 ed. 4; *Die Sakramentalien* der kath. Kirche, München 1841 suppresso nomine; *Der Klerus auf der Diöcesansynode,* Regensburg 1849. — Ex schedis Jo. Bapt. Renninger [2]) egregii regentis seminarii wirceburgensis et canonici (n. 7. Jun. 1829; † 29. Aug. 1892) edidit Franc. Ad. Göpfert professor universitatis wirceburgensis, ipsius quondam discipulus, *Pastoraltheologie,* Friburgi 1893, quibusdam tamen additis praesertim casibus practicis, quae est pars theologicae bibliothecae ibidem editae, opus solidum et praeclarum. Plures diss. inseruit fasciculis literariis. — Saepius prodiit ob suam utilitatem *Handbuch* zu den Vorlesungen aus der Pastoraltheologie [3]) pp. 2. auctore Ignatio Schüch OSB. in monasterio cremofanensi, theologiae pastoralis et catecheticae professor in canonia s. Floriani († 9. Jan. 1893), Innsbruck 1910 ed. 15. cur. Polz [1]). — Borsu canonicus versaliensis praeclare descripsit *le Prêtre,* son caractère et sa vie de paroisse [2]), Parisiis 1888 in 12. opus commendatione dignum. — In veram cleri utilitatem condidit Bertholdus Egger CRA. in canonia claustro-neoburgensi (n. 15. Nov. 1852; † 25. Jul. 1891) *Korrespondenzblatt* für den kath. Klerus in Oesterreich ab a. 1882; et *Kalender* für den kath. Klerus etc. *Wegweiser* in die k. Literatur, kirchl. Kunst und Industrie, Wien 1888. — Alph. Delacroix parochus et canonicus († 28. Dec. 1893) concinnavit *Manuel de la vie sacerdotale* au temps présent; les devoirs de religion, de société, d'administration, 1888 in 12; *Histoire de Fléchier,* évêque de Nîmes d'après des documents originaux, 1865 t. 2 in 12; *M. de Boulogne* archevêque de Troyes, 1886 in 18. — Joan. Maria Ardaine Sulp. n. 3. Oct. 1809, theologiae dogmaticae, dein moralis prof. († 10. Dec. 1876) partem habuit in edendo *Résultat des conférences ecclésiastiques* du diocèse de Rodez 1852 t. 2. Eae in primis agunt de Ecclesia. — In America admodum operosus fuit Michael Müller Congr. ss. Red., cujus exstat egregium opus *The Catholic Priesthood,* Neo-Eboraci (1892) pp. 4 in 2 t. Sed praeterea scripsit *God the Teacher of Mankind* or Popular Catholic Theology, Apologetical, Dogmatic, Moral, Liturgical, Pastoral and Ascetical t. 9, in qua agit de Ecclesia ejusque hostibus, de symbolo et praeceptis, de auctoritate et officiis parentum, praesidum ecclesiasticorum et civilium, de gratia et sacramentis etc.; *The Catholic dogma:* Extra Ecclesiam nullus omnino salvatur; error cui non resistitur, approba-

[1]) Cf. Rump Lit. Handw. 1863, 351; Schrod ib. 1884, 7; 1885, 399. De auctore cf. G. Jacob Dr. J. Amberger, Regensburg 1890; Lauchert allg. d. Biogr. 45, 163.

[2]) Cf. Braun Zur Erinnerung an J. B. Renninger, sein Leben u. Wirken, Wirceburgi 1892; de ejus l. Noldin Zeitschrift 1894, 351.

[3]) Rump lit. Handw. 1870. Was dann aber den Inhalt angeht, so ist das Buch sehr klar geschrieben, durch seine gedrängte Darstellung sehr reichhaltig und hierdurch sowie durch gesunde Anschauungen und echt kirchlichen Geist recht brauchbar und empfehlenswerth, zumal seinem nächsten Zwecke entsprechend, für das Studium neben den Vorlesungen und für späteren raschen Ueberblick. Mit einer gewissen Vorliebe scheinen Homiletik und Katechetik, besonders die letztere behandelt; der Verfasser ist hier weiter ins Specielle gegangen als es selbst in grösseren Handbüchern geschieht und hat seine Anweisungen fleissig mit durchweg gut gewählten Beispielen illustriert. Cf. ib. 1872, 422; 1889, 296.

[1]) Cf. Studien und Mittheilungen XIV (1893) 154 ss.

[2]) Cf. Polybiblion 1889 I, 327.

tur, et veritas cum minime defensatur, opprimitur [1]) etc. — Felix Sardà y Salvany statuit thesim *liberalismum esse peccatum,* quam prius articulis consequentibus in Civiltà catt. ser. XIII t. 6. et 7., dein in unum collectis corpus asseruit, quae saepe prodiit, etiam in alias versa linguas, et juxta ed. 7. germanice interprete Lambert Salisburgi 1889. Ea magnum excitavit rumorem atque a canonico fuit impugnata, imo delata Romam. Congregatio Indicis declaravit in opere Sardae nihil reperiri doctrinae catholicae contrarium, imo circa liberalismum sanam proponi doctrinam ideoque ejus l. merere laudem.

796. Hos excipit series longa praesulum plane illustrium Galliae. Jo. B. Anna Landriot n. 9. Jan. 1816, director seminarii minoris augustodunensis, can. titularis et vicarius generalis (1850), episcopus rupellensis dictus est (1856). Singulis annis tempore quadragesimae concionatus est in aliquo urbis templo praecipuo; 1864 in ipso sacello imperiali. Post decennium translatus est ad archiepiscopatum remensem. In conc. vaticano obstitit definitioni infallibilitatis pontificiae: qua statuta illam mox in sua promulgavit dioecesi. Cum eximius esset concionator libenter instruebat oviculas suas († 8. Jun. 1874). Ejus opera pastoralia prodierunt (conférences) Parisiis 1864—74 t. 7 in 8; ita *La femme forte,* Augustoduni 1862. 1868 ed. 18. etc.; *La femme pieuse* 1863 t. 2 in 12; 1874 ed. 7; Conférences aux dames du monde *sur l'humilité* et les lectures, Paris 1867; *l'Eucharistie,* ib. 1866; *La sainte Communion,* ib. 1872; *L'Esprit-saint,* dons et symboles, 1879 in 12; *Le Christ de la tradition,* Autun 1865 t. 2 etc. — Petrus Anastasius Pichenot n. 23. Oct. 1816, archipresbyter senonensis, episcopus primum (1870) tarbensis, mox (1873) archiepiscopus chamberiensis, eques legionis honoris, qui et partes habuit in fundanda universitate lugdunensi cath. († 5. Oct. 1880), edidit libellos in fidelium utilitatem [1]) *L'Evangile de l'Eucharistie* ou la vie de N. S. J.-Christ continuée et reproduite au très Saint Sacrement de l'autel, Paris 1864; 1873 ed. 4. in 12; *psaumes du dimanche,* 1861; Traité pratique *de l'éducation maternelle,* 1869; 1878 ed. aucta etc. — Plurimos vero libellos [2]) in utilitatem praesertim juventutis, cui educandae totam fere vitam impendit, composuit Lud. Dominicus Champeau, qui pariter hoc anno decessit (28. Febr. 1880). Eorum plura inscribuntur *Petits Portraits* pro quavis hominum classe, quae dein collecta prodierunt Paris 1878. — Anno sequenti obiit (3/4. Jun. 1881 a. aetatis 87) Renatus Franciscus Regnier episcopus engolismensis (1882), dein (1850) archiepiscopus cameracensis et (1873) card., praesul fortis edidit *Statuta synodalia* archidioeceseos cameracensis, Cambrai 1856; *Instructions, ordonnances et règlements* concernant la discipline ecclésiastique, la pratique du saint ministère et l'administration temporelle des paroisses, ib. 1874; *Instructions pastorales* et mandements, Lille 1867-78 t. 5 in 8. Partem quoque habuit in fundatione universitatis catholicae insulensis [4]). — Alius cardinalis illu-

[1]) Ex schedis Jo. B. van der Pohl SJ. mihi transmissis.

[1]) Cf. Polybiblion 1880 II, 437; L'Episcopat p. 613, 188.

[2]) Longum elenchum exhibet Polybiblion 1880 I, 267 s.

[3]) Alius ab eo est Franc. Ludw. Phil. Regnier n. Dolae 18. Jan. 1830, qui eodem a. mortuus est (19. Mart. 1881). Illustravit *Le Collége de Sorbonne,* sa fondation, ses origines, sa constitution, ab a. 1250 usque ad restaurationem sub Richelieu.

[4]) Cf. Delloye Son Em. le card. Regnier, Cambrai 1881; C. J. B. Destombes Vie etc., Lille 1885 t. 2 in 8; L'Episcopat 59 s.; 166 s.

stravit hoc tempore ecclesiam gallicanam, Ferd. Franc. Aug. Donnet n. 16. nov. 1795, superior congr. missionariorum, qui ab a. 1822—27 in aliquot dioecesibus missiones habuit atque exercitia tradidit. Episcopo nancaeo Forbin datus est coadjutor 1835, sed mox dictus est archiepiscopus burdigalensis (1837). Habuit concilium provinciale ab annis 224 intermissum, promovit missiones, peregrinationes, exercitia spiritualia, confraternitates aliaque opera pia, perennem ss. Sacramenti adorationem, fortiter stetit pro juribus Ecclesiae et libertate instructionis superioris. Dictus est a Pio IX. cardinalis (1852) et comes romanus, et insignitus ab imperatore magna cruce legionis honoris. Obiit ex fatigatione in visitatione pastorali contracta quasi miles in acie venerandus senex 23. Dec. 1882 a. aetatis 87. Ejus *instructions pastorales* prodierunt Burdigalae 1850 ss. t. 12; ejus sermones inter orateurs sacrés ed. Migne sér. II. t. 14. Edidit[1]) quoque *Recueil des ordonnances,* mandements et lettres pastorales des archevêques de Bordeaux, ib. 1848 t. 2 in 8. — Hunc excipit alius cardinalis Henricus M. Gasto de Bonnechose n. Parisiis 30. Maj. 1800. Prius advocatum egit, sed occasione mutationis politicae in Gallia (1830) mutavit et ipse vivendi rationem amplexusque est vitam clericalem. Adhaesit Bautainio electusque est a. 1848 episcopus carcassonensis, a. 1855 episcopus ebroicensis, inde translatus est ad sedem archiepiscopalem rotomagensem (1858). Creatus est a Pio IX. cardinalis, fuit et eques legionis honoris († 28. Oct. 1883). Praesul erat potens sermone et opere. Induxit romanum ritum in suas dioeceses, consiliis et subsidiis concurrit ad aedificationem ecclesiarum ultra 60, effusissima liberalitate fovit operarios labore destitutos et pauperes tempore belli, fortiter stetit in senatu pro juribus Ecclesiae et instructionis superioris libertate partemque habuit in fundanda universitate catholica parisiensi[1]). Aliqua ejusdem acta et sermones prodierunt Paris 1874 t. 3. — Hos secutus est card. Jos. Hippolytus Guibert Obl. M. Im. Aquensis, n. parentibus pauperibus 13. Dec. 1802. Aliquamdiu novitiorum magister fuit et s. Scripturae lector, operarius strenuus praesertim in Corsica insula, episcopus vivariensis (1842), qui plura in utilitatem dioecesis admodum turbatae et cleri instituit vel sanxit. Anno 1857 translatus est ad sedem archiepiscopalem turonensem et a. 1871 ad sedem parisiensem. Ipse posuit fundamenta grandis ecclesiae ad montem Martyrum et cum collegis fundavit universitatem catholicam Parisiis[2]). A Pio honoratus fuit purpura 22. Dez. 1873; decessit senex 84 a. 7. Jul. 1886. Ejus *Oeuvres pastorales* prodierunt 1868—89 t. 5; Viviers t. 1; Tours 2. 3. et Paris t. 4. 5. Ea excellunt stilo classico, nam de stilo in lingua patria erat admodum sollicitus. Vitam duxit etsi cardinalis et Parisiis degens vere religiosam et pauperem. Quotidie per decennia meditationem brevem instituebat de morte sua.

797. De *paedagogia* haud pauci solliciti fuere[3]), quorum forte praecipuus

[1]) Cf. Combes Le card. Donnet, 1888. Pougeois, Vie, apostolat et épiscopat de S. E. le card. Donnet, ib. 1884 t. 2 in 12. Pionneau, Le card. D. in Revue cath. 1884 p. 33—170; L'Episcopat p. 387 s.; 144 s.; Polybiblion 1883 I, 62.

[1]) Cf. L'Episcopat p. 172. 237. 543; Besson, Vie, Paris 1887 t. 3.

[2]) Cf. L'Episcopat p. 688; 634; 465; Paguelle de Follenay, Paris 1896 t. 2, cujus epitomen dat Bellesheim in Kath. 1896 II, 481—91. (Bourret card.) Souvenirs sur le card. Guibert, Tours 1886.

[3]) De paedagogo Jo. Bapt. Ponceau Tornacensi (n. 29. Sept. 1806; † 5. Sept. 1882) capituli cathedralis decano, vicario generali et praelato domestico suae Sanctitatis cf. Soil in Biogr. nat. de Belg. XVIII, 1. — De Thoma Pendola Sch. p. genuensi (n. 22. Jun. 1830; † 12. Apr. 1883) vero

est Jos. Kehrein Heidisheimii prope Moguntiam n. 20. Oct. 1808, gymnasii professor et prorector, seminarii magistrorum montabaurensis director (1855—76), eques ordinis s. Gregorii (1855); † 25. Mart. 1876 vir egregie excultus in philologia, bibliographia et historia, qui innumeros edidit libros et libellos, praesertim pro scholis [1]). Ex his huc spectant: *Ueberblick der Geschichte der Erziehung* u. des Unterrichts, insbesondere auch der wichtigsten Lehrmethoden, Paderbornae 1873; ed. 2—9. cura Jo. Kayser († 1895) ed. 10. cura B. Schulze 1895; *Handbuch der Erziehung* und des Unterrichts, ib. 1876; 1877 cura Kellner ed. 2; praeterea ll. hymnologici ut *Lateinische Sequenzen* des Mittelalters aus Handschriften und Drucken, Moguntiae 1873 in 8; *Das deutsche kath. Kirchenlied* in seiner Entwickelung, 1874; *Geschichte der katholischen Kanzelberedsamkeit* der Deutschen, ein Beitrag zur allgemeinen Literaturgeschichte, Ratisbonae 1843 t. 2; *die Beredsamkeit der Kirchenväter,* 1844 t. 4; *Biographisch-literarisches Lexikon* der kath. deutschen Dichter, Volks- und Jugendschriftsteller im 19. Jahrh., Wirceburgi 1868—71 t. 2; *zur Geschichte der deutschen Bibelübersetzung* vor Luther nebst 34 verschiedenen Uebersetzungen des 5. K. aus dem Ev. des hl. Matthäus, Stuttgart 1850 etc. — Alius paedagogus bene meritus fuit Laur. Kellner, qui natus est in oppido Eichsfeldiae Kalteneber prope Heiligenstadt 29. Jan. 1811. Annos 50 impendit mira sollicitudine et diligentia muneri docendi in scholis universitate inferioribus, decessitque 18. Aug. 1892 multis honoribus auctus, a populo catholico dilectus, a ludimagistris magni factus, a viris bonis et eruditis celebratus et ab academia monasteriensi doctor honoris causa creatus, a concivibus monumento publico honoratus. Ex ejusdem libris plurimum laudantur: *Die Pädagogik der Schule* (und des Hauses) in Aphorismen [1]), Essen 1850; 1907 ed. 17; *kurze Geschichte der Erziehung* und des Unterrichtes, Friburgi 1874; 1899 ed. 11, *pädagogische Mittheilungen,* 1853 t. 2; 1889 ed. 4; *Volksschulkunde* 1855; 1888 ed. 8; *Skizzen und Bilder* aus der Erziehungsgeschichte, 1862 t. 3; 1830 ed. 3; et utilissima autobiographia *Lebensblätter* 1891; 1897 ed. 3; *Lose Blätter* ed. a Görgen 1895.

798. Praeterea nominandi sunt: Jos. Schings Aquisgranensis (n. 1837;

---

surdo-mutorum apostolo, qui eorum curam gessit, celebre Senis institutum condidit, pluribus operibus de eorum institutione disseruit: *Metodica applicata* 1842; 1869 ed. prorsus retractata; Studi morali-storici-economici *sull' educazione dei Sordomuti,* 1855; *Corso di pedagogia speziale* cf. Picozzi Less. eccl. IV, 196 s. Vitt. Banchi, Tom. Pendola ed il suo Istituto, Siena 1893.

[1]) Cf. Lit. Hdw. 1876, 235; 341; 1874, 203; 1875, 78; 1878, 61; 1880, 247; 1881, 248; in primis Val. Kehrein, J. Kehrein Münster 1901.

[1]) Hülskamp lit. Handw. 1892 p. 436: Es ... sind los aufgereihte Gedanken über Erziehungsdinge, wie Kopf und Herz sie eingegeben. Aber ein klarer Kopf hatte sie durchgedacht und ein warmes Herz hatte sie durchempfunden, die reichste Lebens- und Amtserfahrung hatte beim Schreiben die Feder geführt, neben einigen kleinern, indess nur scheinbar unbedeutenden Dingen wurden die wichtigsten Interessen des Erziehungswesens berührt, und — was dem Ganzen erst die rechte Krone aufsetzte — es war dabei an Christenthum und Kirche nicht feig und kühl vorbeigegangen, sondern durch das Ganze wehte vor allem andern ein echt christlicher Geist. Daneben zeichnete das Büchlein sich aus durch jene ausserordentlich glückliche Sinnigkeit der Darstellung, Schlichtheit der Form und Klarheit des Ausdruckes, welche dann auf alle andern gleichartigen Bücher Kellners übergingen und denselben bei Gross und Klein, bei Hoch und Nieder so leicht und allgemein Einlass verschafften. — Vitam ejus narrant Beck 1893; Leineweber und Görgen 1897; Acker SJ. Stimmen aus M.-Laach LXXX (1911), 29—50. — Filius ejus est Car. Adamus Henricus Kellner professor bonnensis n. 26. Aug. 1837 studiis in Tertullianum aliisque operibus notus.

† 14. Maj. 1876) sacerdos, qui condidit 1868 et redegit *Christlich-soziale Blätter* — Ad. Pfister Hechingae n. 26. Sept. 1810 parochus et scholarum inspector († 29. Apr. 1878), cujus infra cum Rolfus mentionem faciemus — Gust. Ad. Lindner Bohemus in universitate pragensi paedagogiae prof. († 1887), cujus *Encyclopädisches Handbuch* der Erziehungskunde mit Berücksichtigung des Volksschulwesen, Wien 1885 Herbartum sapit et liberiorem sentiendi rationem. — Dr. Hauschel parochus et decanus harthausensis in Wurtemberga († 1878), qui condidit *Magazin für Pädagogik*[1]) Ulmae 1835 ss. — J. H. Fleischauer (1870) — Aloysius Car. Ohler Moguntinus director paedagogii, canonicus moguntinus et professor paedagogiae et catecheticae in seminario moguntino (n. 2. Jan. 1817; † 26. Aug. 1889), cujus *Handbuch der Erziehung* und des Unterrichts, eine systematische Darstellung des gesammten kath. Volksschulwesens für Geistliche u. Lehrer, Moguntiae 1861—85 decies prodiit; *Des Cajetanus von Bergamo Ermahnungen* im Beichtstuhl, aus dem Italienischen *(L' Uomo apostolico* istruito nella sua vocazione al confessionale) frei bearbeitet für deutsche Beichtväter, ib. 1872 ed. 4. — Gratianus de Linden exposuit Grundsätze der Erziehung, Augsburg 1892 juxta praelectiones Matthiae Merkle (n. 24. Febr. 1816) prof. a. 30 theologiae moralis in lyceo Dillingano (1844-74). Inde translatus est Merkle Passaviam († 10. Nov. 1881). Discipulis erat professor gratus ob praelectionum vivacitatem et methodum practicam. Ardens erat propugnator concilii vaticani: varia redegit folia literaria practica, in primis Augsburger Pastoralblatt a. 17, quod et solidis practicisque ditavit[2]) diss. A Pio IX dictus est praelatus domesticus (1871). — Georgius Mich. Pachtler SJ. apologeta dexterrimus causae catholicae, scriptor laboriosus, n. Mergentheimii 14. Sept. 1825, professor in gymnasio feldkirchensi, aliquamdiu capellanus castrensis tempore belli austro-italici (1866) et Romae 1869, unde expulsus ab invasoribus italis in Germaniam rediit; inde iterum ejectus in Hollandiam secessit, atque operam contulit in edendis fasciculis lacensibus, quos primus redegit egregiisque locupletavit dissertationibus († 12. Aug. 1889). Praecipuum ejusdem opus est: *Ratio studiorum* et institutiones scholasticae Soc. J. per Germaniam olim vigentes, quas ipse collegit, concinnavit, dilucidavit, Berolini 1887—1890 t. 3 inter *monumenta Germaniae paedagogica*[1]), ed. Car. Kehrbach; t. 4. adjecit Bernardus Duhr, 1894; *Das göttliche Recht* der Familie und der Kirche auf die Schule, ein Wort an die Christen Deutschlands[2]), Moguntiae 1879; *geistige Knechtung der Völker* durch das Schulmonopol[3]), Ambergae 1876; *der Götze der Humanität* oder das Positive der Freimaurerei, nach Documenten, Friburgi 1875; *der stille Krieg* gegen Thron und Altar oder das Negative der Freimaurerei, nach Documenten, ib. 1876 ed. 2. aucta; *Der Hammer der Freimaurerei* am Kaiserthrone der Habsburger, Ambergae 1875

[1]) Cf. tamen Lit. Hdw. 1887, 1848.

[2]) Cf. Specht Geschichte des k. Lyc. Dillingen pag. 174—77; 224—30; Gr. de Linden, qui alia ejusdem recenset scripta, in op. supra cit. — Augsb. Pastoralblatt continuavit Herm. Koneberg OSB. (n. 15. Aug. 1837; † 25. Nov. 1891) novitiorum magister, qui et plura opuscula pro populi aedificatione edidit.

[1]) Cf. Orterer hist. Jahrb. 1890 p. 99 ss.; 1892 p. 825 ss.

[2]) Cf. Rolfus Lit. Hdw. 1879, 254.

[3]) Cf. Contra hoc monopolium, quatenus complectitur obligationem adeundi scholas acriter impugnavit Jos. Lukas, Bavarus, parochus (n. 16. Jun. 1834; † 19. Febr. 1878) in l. *Der Schulzwang*, ein Stück neuer Tyrannei, 1865; *Der Schulmeister* von Sadowa 1878. In l. *Schiller*, sein religiöser Fortschritt und sein Tod 1863 nititur ostendere eum catholicum esse mortuum. Cf. Reusch allg. d. Biogr. 19, 631.

in 12., opuscula conscripta rigore logico et dictione mascula, documentis memoria dignis referta; *Das Christenthum* in Tonkin und Cochinchina dem heutigen Annamreiche von seiner Einführung bis auf die Gegenwart, Paderbornae 1861 in 8; des P. Al. v. Rhodes SJ. *Missionsreisen in China,* Tonkin, Conchinchina und anderen asiatischen Reichen, Freiburg 1858; *acta et decreta* s. et oecumenici con. vaticani, Friburgi 1871 etc. Plures libros edidit sub nomine ficto Annuari Osseg [1]).

799. Nominatissimus per Galliam fuit [2]) Felix Ant. Philibertus Dupanloup s. Felice n. in Sabaudia 3. Jan. 1802. Praeclaris ingenii dotibus ornatus Parisiis in seminario s. Sulpitii studiis operam dedit, ubi principis Rohan, postmodum archiepiscopi bisuntini et cardinalis, oculos in se convertit. Nondum sacerdos jam munere tradendi publice catecheses fungebatur magno cum plausu, quod deinde tota sua vita fructuosissime exercuit, eloquentissime quoque concionabatur. Famoso Talleyrand quondam episcopo augustodunensi et potentissimo Napoleonis I. ministro moribundo astitit. A D'Affre archiepiscopo parisiensi Romam missus in negotio gravi dictus est a Gregorio XVI. protonotarius apostolicus et s. theologiae doctor. Scriptis plurimis pugnavit eo tempore cum tot viris egregiis pro libertate instructionis publicae, nullaque erat controversia religionem, institutionem juventutis etc. spectans, cui ipse non egregiis libellis interveniret, qui propter stili splendorem et disserendi vim per universam Galliam, imo per orbem cultum innumeris editionibus diffundebantur. Hinc receptus est in academiam, sed cum postea admitteretur in eam Littré eo tempore adhuc incredulus, tanto honori renunciavit, renunciationem tamen academia non acceptavit. Electus est etiam in parlamentum 1871 et creatus 1876 senator. Factus est 6. Apr. 1849 episcopus aurelianensis, suamque sedem quam maxime illustravit: in primis sollicitissimus fuit de religiosa institutione juventutis, de promovenda vita et caritate vere christiana inter fideles, de formando clero, de tuenda causa catholica etc., hinc vel in ipsa sua domo episcopali tenuit scholam altiorem. Instituit plura seminaria et scholas, induxit multas congregationes pias, tenuit synodos, classicas emisit literas pastorales. Spiritu tamen gallicano imbutus acres concertationes literarias habuit cum L. Veuillot familiaritatemque iniit cum viris alioquin illustribus, qui catholicismum quendam liberalem profitebantur: hinc cum illis ardenter se opposuit definitioni infallibilitatis pontificiae [1]): sedi tamen apostolicae fuit addictissimus prompteque

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 53, 166.

[2]) Isidorus van de Kerkhove SJ. Flander (n. 15. Jun. 1790; † 24. Jan. 1871) ob fidelitatem erga suum pastorem militiae addictus, qua solutus totum se missionibus impendit, inter alia opera utilia concinnavit *Le bibliographe catholique:* Catalogue de livres en tous genres propres à former de bonnes bibliothèques et à être donnés en prix dans les collèges, pensionnats et écoles, Gandavi 1854 in 18; cum supplemento Tornaci 1856; cui alia supplementa adjecit, Gandavi 1870 in 18. — Augustus Damanet SJ. Belga (n. 26. Maj. 1809; † 4. Febr. 1892) composuit *Manuel du directeur spirituel* et de la jeunesse chrétienne pour le choix d'un état de vie, Parisiis 1862; germanice interprete Fugger-Glött, Paderbornae 1866. — De Timon-David canonico († 10. Apr. 1891) cf. Polybiblion 1891 I, 467; de Aug. Nisard rectore honorario academiae († 18. Febr. 1892), cf. ib. 1892, 275. — Alius ab hoc est Theodorus Nisard, proprie Theodulus Normand, cujus est *l'archéologie musicale* et le vrai chant grégorien, Paris 1890, opus posthumum. — Carolus Ansart secretarius universitatis catholicae insulensis († 1879), redegit *La Semaine religieuse* d'Arras, Boulogne et Saint-Omer.

[1]) Cf. Granderath Geschichte des vat. Conc. t. 1 l. 2 c. 10. Gla 1, II passim. Cum ipso stetit et Paulus Ge. M. Dupont des Loges episcopus metensis, praesul familia nobilis (n. 11. Nov. 1804), illustrior moribus et beneficentia († 18. Aug. 1886). Ejus

decreto vaticano adhaesit, limina apostolorum saepe invisit, pro pontificis juribus et commodis fortiter stetit et scripsit. Prodierunt *Oeuvres choisies,* Parisiis 1861 t. 4; *Nouvelles oeuvres choisies,* ib. 1873—75 t. 7, inter quae eminent: *La Souveraineté temporelle du Pape,* ib. 1849; *De l'éducation,* ib. 1850—62 t. 3 in 8., germanice 1867; *de la haute éducation intellectuelle,* 1855-57 t. 3, quae pro paedagogia magni semper erunt momenti et meriti. *Manuel de catéchisme,* ib. 1832; 1858 ed. 30; *Méthode générale de Catéchisme,* 1839 t. 2 in 8; 1861 t. 3 in 12. ex patribus excerpta; *le Christianisme présenté aux hommes du monde,* 1844 t. 6; *Eléments de Rhétorique sacrée,* 1841, utrumque ex Fénelon derivatum [1]); *Vie de J.-Christ,* Paris 1869; 1872 ed. 3., germanice 1884. Distinguitur in 3 pp.: apologeticam, historicam et exegeticam. Laboriosissimam semper duxit vitam, mensa et domestica suppellex paupertatem apost. spirabant, igne vel in hieme abstinuit; quotannis vacabat octiduanis exercitiis spiritualibus plerumque in monasterio einsiedlensi. Decessit illustrissimus praesul, expertus paedagogus, potens orator, strenuus propugnator libertatis, jurium Ecclesiae et pontificis, et institutionis publicae, quem Gallia universa planxit, 11. Oct. 1878. *Lettres choisies* prodierunt cura Lagrange, Parisiis 1888 t. 2; *Les vocations différentes* de la femme, cur. Chapon Paris s. d. — Jo. Petrus Langevin Quebecensis (n. 1821; † 31. Jan. 1892), episcopus s. Germani (1867) in ditione canadensi scripsit *Cours de pédagogie,* 1869 in 8.

800. Specialem mentionem meret Jo. Jos. Gaume[1]) multum nominatus propter suam aversionem ab auctoribus classicis in juventutis institutione. Natus est in oppido Fuans 1802 egitque professorem theologiae in seminario nivernensi et ob sua merita praesertim in promovendis institutis misericordiae factus est canonicus, vicarius generalis, a Gregorio XVI. dictus eques s. Silvestri et a Pio IX receptus inter protonotarios apostolicos ad instar participantium (1854). Socius quoque erat plurium academiarum literariarum. Ob singulares de studio classicorum auctorum opiniones cum suo episcopo non amplius convenit, hinc accepto commeatu, in dioecesim rotomagensem transiit, deinde in montalbanam atque in utraque vicarius generalis est renunciatus († 19. Nov. 1879). Plurima reliquit opera praeclara prorsus et classica, inter quae ex. gr. *Histoire de la société domestique,* chez tous les peuples anciens et modernes ou influence du christianisme sur la famille, Paris 1844; 1854 t. 2 ed. 2; germanice 1863 ed. 2. t. 3; *les trois Rome,* 1857 t. 4 ed. 2; 1865; germanice 1870; *le Manuel des confesseurs,* 1838; 1872 ed. 10., germanice 1861 ed. 2; *le Catéchisme* ou exposé de la religion, dictus Catéchisme de persévérance, 1838; 1872 t. 8 in 8. ed. 10., admodum vulgatus; cujus *Abrégé,* 1839, usque ad

Oeuvres choisies prodierunt Parisiis 1901. Vitam descripsit Klein, ib. s. d. opus ab acad. coronatum Cf. Fritsch KL. VIII, 1465. — Alius ab hoc est A. Dupont, cujus exstat *La philosophie de S. Augustin,* Louvain 1861.

[1]) Cf. Janner KL² 4, 23; Polybiblion 1878 II, 462; Précis hist. 1878, 716; Brancherau Journal intime de Mgr. Dupanloup, Paris 1910; Lagrange Vie de Mgr. Dupanloup, Parisiis 1883—84 t. 3; 1886 ed. 5., quae panegyrice magis quam historice est conscripta: hinc prae admiratione tanti viri quaedam silentio premit vel obiter tantum attingit. Quare U. Maynard (cf. supra p. 1539) opposuit *Mgr. Dupanloup et M. Lagrange* son historien, Parisiis 1884. Operum Dupanloup catalogum bene longum cf. in Polybiblion 1888 II, 463 ss.; Herluisson Liste bibliographique des écrits de Mgr. Dupanloup, Aureliani 1878. Posthuma prodiit *La vie de Msgr. Borderies* év. de Versailles († 1832), Paris 1905.

[1]) Cf. Pohle KL² 5, 118; Perrin Notice sur Mgr. Gaume, 1869 in 12; Ricard Etude sur Mgr. Gaume 1872; Polybiblion 1879 II, 541. De ejus fratre Alexio († 22. Mart. 1896) egimus supra p. 1243.

a. 1879 vicies jam prodierat; *Tr. du S.-Esprit* comprenant l'histoire générale des deux esprits qui se disputent l'empire du monde et des deux cités qu'ils ont formées, 1864 t. 2 in 8; 1869—70; *Biographies évangéliques* (104), Parisiis 1880—84 t. 10, opus minus solidum, in quo legendis nimium tribuit. Suas opiniones de eliminandis ex scholis libris classicorum subrogandisque operibus patrum coepit insinuare in op. *Du catholicisme dans l'éducation,* 1835, in primis vero in l. *Ver rongeur des sociétés modernes,* 1851, germanice Ratisbonae 1852; et in *Lettres* sur le paganisme dans l'éducation, 1852; germanice, Regensburg 1854; hinc coepit etiam *Bibliothèque des Classiques chrétiens,* latins et grecs, 1852—1855 t. 30. Ingens inde enata est animorum commotio et controversia literaria, non solum in Gallia, sed ultra ejusdem fines: aliis ipsi suffragantibus ut in primis Veuillot, Toursel etc. aliis iisque longe pluribus ipsi refragantibus ut Landriot, Martin, Leblanc, Cahour SJ., in primis Daniel SJ. (p. 1477) in op. *Des études classiques* dans la société chrétienne, Parisiis 1853, germanice interprete Gaiser Friburgi 1855. Huic praesertim opposuit Gaume *La Révolution . . .* depuis la Renaissance 1856—59 t. 12 in 8., opus eruditum, germanice Regensburg 1856—57 pp. 6; in quo nititur historice ostendere omnem rerum subversionem posteriorum trium saeculorum fructum esse studii auctorum classicorum. Ad pacandos animos emisit Pius IX. d. 21. Mart. 1853 literas encyclicas ad Galliae episcopos commendans studium auctorum classicorum tam christianorum quam et gentilium. Alia ejusdem opera sunt: *L'eau bénite* au XIX^e^ siècle, Parisiis 1865 in 18; germ. Ratisbonae 1866, l. utilis, cui tamen deest lima critica; *la Profanation du dimanche* considérée au point de vue de la religion, de la société, de la liberté, du bien-être, de la dignité humaine et de la sainteté, 1850 in 16; 1870 ed. 3: *La Religion dans le temps et dans l'éternité* ou Introduction à l'étude raisonnée du christianisme d'après le Catéchisme de persévérance, ib. 1855; germanice Regensburg 1856; *Credo* ou Refuge du chrétien dans les temps actuels, Paris 1867; Münster 1867; *le Signe de la croix* au XIX^e^ siècle, 1863; 1885; *l'Angelus* au XIX^e^ siècle, ib. 1873; *le Cimetière* au XIX^e^ siècle ou le dernier mot des solidaires, ib. 1874 in 18; *la Vie n'est pas la vie* ou la grande erreur du XIX^e^ siècle, 1869 in 18; *l'Evangélisation apostolique du globe,* preuve péremptoire et trop peu connue de la divinité du christianisme, ib. 1880 in 12; *la Génuflexion* au XIX^e^ siècle ou étude sur la première loi de la création, ib. 1877 in 18; *Histoire des catacombes de Rome* accompagnée d'un plan; suivie d'un Essai sur les inscriptions, ib. 1876 etc.

801. In re *catechetica* et *homiletica* versati sunt praeter Jo. Regnaud (cf. p. 1523) Ludovicus Mehler (n. 7. Mart. 1816; † 10. Apr. 1872) scholarchus regionalis et decanus ecclesiae collegiatae ad ss. Joan. B. et Ev. Ratisbonae, editor (1851—72) fasc. *Der Prediger und Katechet;* et prius *Ambrosius* (1848—50), concionum aliorum et operum utilium. — Gotfredus Lamberenz Fuldensis (n. 1802; † 13. Mart. 1875) studii biblici V. T. professor, dein theologiae pastoralis et paedagogicae, demum capituli decanus, qui disputavit etiam *de vera l. Jonae interpretatione,* Fulda 1836, edidit *kath. Homiletik,* 1844. — Leo Ascherfeld SJ. in urbe Essen (n. 11. Apr. 1828; † 13. Jul. 1886). — A. Henry (n. 1804; † 1881) canonicus honorarius s. Deodati (Saint-Dié) scripsit *Histoire de l'éloquence* avec des jugements critiques sur les plus célèbres orateurs et des extraits nombreux et étendus de leurs chefs-d'oeuvre, Parisiis 1866—75 t. 4 ed. 3; hujusque op. *Précis,* ib.

1875 ed. 5; *les Israélites convertis* à la foi chrétienne avec l'exposé des motifs qui les ont déterminés, ib. 1866 t. 5 in 12; *les Protestants revenus à la foi catholique* [1]) etc., ib. 1866 t. 2; *les Magnificences de la religion,* recueil de ce qui a été écrit de plus remarquable sur le dogme, sur la morale, sur le culte divin etc. ou Répertoire de la prédication, ib. 1859—82 t. 72 in 8. — Joseph Köllner concionator monacensis (1884) coepit *Geschichte der Predigt in Deutschland* [2]) von Karl dem Grossen bis zum Ausgang des 15. Jahrhunderts, quam retractavit et absolvit Ant. Linsenmayer, Monachii 1886. — Franc. Ser. Petz canonicus passaviensis (n. 1820; † 1. Jun. 1887) elaboravit *die Homiletik und Rhetorik* in Beispielen und kurzen Regeln, Passaviae 1878 in 8. Reliquit etiam scripta philosophica [3]). *Philosophie der Religion* oder Studien über Gott und das Göttliche mit steter Rücksicht auf die Lehren der grössten Philosophen aller Zeiten, Moguntiae 1878 in 8., in qua occurrunt assertiones minus accuratae; *Kosmos und Psyche* oder philosophische Untersuchungen über die Welt und die Seele, über deren Wesen u. Ursprung, Bestimmung u. Dauer mit besonderer Rücksicht auf Plato, Aristoteles und Thomas v. A. sowie auf andere ältere und neuere Philosopheme, ib. 1879. Philosophische Erörterungen *über die Unsterblichkeit der menschlichen Seele* und über den Zustand der abgeschiedenen Seelen im Jenseits mit steter Rücksicht auf die wichtigeren Philosopheme der älteren und neueren Zeit, ib. 1879 in 8. Minus commendari potest libellus, quem suppresso nomine edidit: *Das nächste allgemeine Concil* und die wahren Bedürfnisse der Kirche, ein Wort an alle wahren Christen geistlichen und weltlichen Standes [1]), Wenigen-Jena 1869; *der Bischof und das Domkapitel,* Passaviae 1875. *Erkenntnisslehre des hl. Augustinus* und des engl. Lehrers Thomas v. A., in Natur und Offenbarung 1881, 1—16; 65—80; 129—45; 1882 p. 36—50 etc. — Franc. Ser. Haegelsperger († 1877) edidit *Briefe eines jungen katholischen Geistlichen* an seine Freunde, Monachii 1824. 1825 pp. 2; Neue Briefe *über die Seelsorge,* Sulzbach 1833—43 t. 4 in 8; *Chrysostomus,* Monatschrift für Gottseligkeit und thätiges Christenthum, Landshut u. Regensburg 1835-38 t. 4; *Timotheus* theol.-praktische Monatschrift, Regensburg 1839, quae prodiit tantum per annum. Supersunt etiam plures conciones, homiliae opuscula, ascetica [2]) etc.

802. Jos. Jungmann SJ. Monasteriensis (n. 12. Nov. 1830; † 25. Nov. 1885) Romae studiis operam dederat (1850—56) atque in academia oenipontana prof. erat eloquentiae sacrae. Magna accuratione elaboravit *Theorie der geistlichen Beredsamkeit,* Friburgi 1877—78 t. 2 in 8; 1883 ed. 2. emendata; 1894 ed. 3., opus solidum, diuturni studii et ingenii sagacis fructus; ed. retractata et contracta a Gatterer 1908; *Die Schönheit und die schöne Kunst,* nach den Anschauungen der sokratischen und der christlichen Philosophie in ihrem Wesen dargestellt [3]), Oeniponte 1866; Friburgi 1884 ed. aucta et retractata, inscripta

---

[1]) Etiam Henricus Rizzoli superior congr. mission. Romae (n. 1815; † 1884) de his italice disserit (et de confessione auriculari).

[2]) Jo. Mayer (1873) descripsit *Geschichte des Katechumenats* und der Katechese in den ersten sechs Jahrhunderten nebst einer Erklärung des jetzigen römischen Taufritus aus der alten Katechumenatspraxis, Campodunae 1868 in 8., diss. a facultate theologica monacensi praemio digna declarata.

[3]) Cf. Hagemann lit. Hdw. 1881, 106.

[1]) Cf. Thes. p. 342.

[2]) Cf. Hülskamp lit. Handw. 1869, 73. Cf. Röhm Linzer Qtlschr. 1887, 997.

[3]) Cf. Baeumker liter. Handw. 1885, 487—98.

Aesthetik; 1886 t. 2 ed. 3; hispanice versa Matriti 1874; *Das Gemüth und Gefühlsvermögen* der neueren Psychologie [1]), Oeniponte 1868 in 8; 1885 ed. 2; *Fünf Sätze* und Erklärung zur wissenschaftlichen Begründung der Andacht zum heiligsten Herzen Jesu und zum reinsten Herzen Mariae, ib. 1869 in 8; *die Andacht zum heiligsten Herzen Jesu* und die Bedenken gegen dieselbe, ib. 1871; Friburgi 1885 ed. 3; *Gefahren belletristischer Lectüre,* Innsbruck 1872; Freiburg 1884. — Nic. Schleininger SJ. Klingnaviae in Helvetia natus (14. Oct. 1817; † 24. Nov. 1888) elaboravit *Grundzüge* der Beredsamkeit 1859: 1905 ed. 6. cur. Racke; *das kirchliche Predigtamt* nach dem Beispiele und der Lehre der Heiligen und der grössten kirchlichen Redner, Friburgi 1861 in 8; 1881 ed. 3; *Die Bildung des jungen Predigers,* nach einem leichten u. vollständigen Stufengange, ein Leitfaden zum Gebrauch für Seminarien, ib. 1864; 1908 ed. 6; *Muster und Quellen des Predigers,* eine praktische Schule der geistlichen Beredsamkeit, ib. 1865 in 8., 1895 ed. 3; opera utilia [2]); *Die Heiligenfeste,* 1888 t. 3; 1893 ed. 2. — Ant. Angelini-Rota SJ. in epigraphia latina auctor classicus (n. 26. Jan. 1809; † 12. Oct. 1892) eloquentiae sacrae in collegiis pluribus praesertim romano diu (a. 30) professor, plurium congr. consultor, reliquit [3]) *Lezioni di Eloquenza sacra,* quae prodierunt Romae 1892. Inscriptionum ab ipso concinnatarum prodierunt t. 5 ib. 1850—93; *Storia della vita del P. Carlo Odescalchi della Comp. di G.,* ib. 1850; *de vita et moribus Barthol. Pacca card.* (pag. 1262) commentarius, ib. 1859; elogia multorum aliorum virorum illustrium, opuscula ascetica, ut *Il pianto dei giusti* nella perdita dei loro cari, Romae 1893, ed. 16; diss. ut *Cenni* sopra i primi cimiteri di Roma, Romae 1844; *La schiavitù e la chiesa,* Romae 1861. — In Gallia pro clericis composuit Andr. Jo. M. Hamon [1]) congr. s. Sulp. n. 18. Maj. 1795, theologiae aliquamdiu lector et parochus parisiensis s. Sulpicii († 16. Dec. 1874) *Traité de la prédication,* Paris 1846 in 8; 1849 ed. 2; 1891 ed. 9; *Encyclopédie* de la prédication contemporaine, *Recueil de Conférences,* Sermons etc., Marseille t. pluribus. Descripsit *Vie du card. de Cheverus,* Paris 1837, saepius edita, 1883 ed. 7; anglice versa ab E. Stewart, Boston 1839; Philadelphia 1841, italice et germanice interprete Karker Freiburg (Sammlung historischer Bildnisse III, 5); 1876; *Vie de s. François de Sales,* Paris 1854 t. 2 in 8; 1896 ed. 8; ed. abrégée prodiit ib. 1855; 1889 ed. 5. *Notre Dame de France* ou Histoire du Culte de la S. Vierge en France depuis l'origine du Christianisme etc., Paris 1861—66 t. 7. Reliquit et *Méditations* in singulos dies, Paris 1872 t. 3 in 12; saepissime editae, ib. 1894 ed. 24 etc.

803. Lucidissimi sideris instar splendet quaquaversus Galliae praesul multiplici titulo praedicandus [2]) Carolus Aemilius Freppel, hoc nomen ejus. N. est 1. Jun. 1827 in Oberuhnheim oppido Alsatiae. Magno ardore et dili-

[1]) Cf. Hagemann lit. Hdw. 1868, 525.
[2]) Cf. Hagemann lit. Hdw. 1868, 334; Schrod ib. 1893, 53.
[3]) Cf. Sommervogel VIII, 1645—53.

[1]) Cf. Branchereau Vie de M. Hamon, Paris 1877 in 12; Bertrand II, 351—62.
[2]) Cf. Cornut SJ. Msgr. Freppel d'après des documents authentiques et inédits, Parisiis 1893, de quo refert Bellesheim lit. Handw. 1893, 456; Katholik 1893 II, 411—31, quam recensionem ita absolvit: Bischof Fr. gehört zu den geistvollsten Bischöfen der kath. Kirche im ausgehenden 19. Jahrhundert. Die Vorzüge von zwei Nationen, deutsche Tiefe und französische Eleganz der Form, feiern in ihm den schönsten Verein ... Für jeden, welcher die grossen Geistesströmungen unserer Zeit zu prüfen wünscht, bilden diese eine reiche Quelle, die nach Verlauf eines Jahrhunderts ihren alten Wert noch ungeschwächt besitzen wird.

gentia studiis operam dedit studiorumque specimen ostendit binis literis de traditionalismo fasc. *Annales de philosophie chrétienne* insertis, quibus animum archiepiscopi parisiensis in se convertit. Ab eo Parisios vocatus in seminario philosophiam docuit. Ecclesiae s. Genofevae addictus exhortationes habuit ad studiosam juventutem magno plausu. Obtento in Sorbona doctoratu 1854 factus est professor auxiliaris, dein titularis eloquentiae sacrae, postea patrologiae. Ex suis praelectionibus prodiit opus *Bossuet et l'éloquence sacrée* au XVII.e siècle [1]), Parisiis 1893 t. 2; inde transiit ad patres [2]): *Les Pères apostoliques* et leur époque, ib. 1859; *les apologistes chrétiens* au IIe siècle, ib. 1860 in 8; s. *Irénée* et l'Eloquence chrétienne dans la Gaule pendant les deux premiers siècles, ib. 1861; *Tertullien,* ib. 1864 t. 2; *Clément d'Alexandrie,* ib. 1865; *s. Cyprien* et l'Eglise d'Afrique au IIIe siècle, ib. 1865 in 8; *Origène,* ib. 1868. Posthumum prodiit: *Commodien, Arnobe, Lactance* et autres fragments inédits, 1893. Adversus impii Renan opus scripsit solidum *Examen critique de la Vie de Jésus* de M. Renan, 1864, quod 25 ed. prodiit: *Examen critique des Apôtres* de Renan, 1866. Romam fuit vocatus consultor congregationis praeparatoriae pro conc. celebrando (1869), et episcopus dictus andegavensis (1870); in concilio vaticano fortiter pugnavit pro infallibilitate pontificis: quem in finem etiam scripserat de *primatu pontificis* ejusque infallibili magisterio juxta ultima Galliarum conc. provincialia, Taurini. Bonum suae dioecesis plurimum promovit, scholas fundavit, universitatem Andegavi (1875) instituit. Mortuus est vere in acie fortis miles: etenim jam viribus fractus causam Ecclesiae eloquentissime in parlamento peroravit. Post aliquot dies apoplexia tactus obiit in Domino 22. Dec. 1891 praesul vere apostolicus, eloquens, doctus [1]). Ejus literae pastorales sunt classicae stilo et forma. Oeuvres orat. 1869 ss.; t. 12 oeuvres polémiques collecta prodierunt 1874—88 t. 10. — Hadrianus Lezat Tolosanus n. 20. Nov. 1832 ob ingenii talenta a Freppel Andegavum vocatus est professor historiae, inde translatus Tolosam († 17. Febr. 1886). Pro obtinendo doctoratu disputandum sibi proposuit *de la prédication sous Henry IV.,* 1871 in 8., necnon et *de oratore christiano* apud s. Augustinum, 1871 in 8; *Bourdaloue théologien et orateur* [2]), 1874 in 8. Reliqua sua scripta studio abnegationis igni dicavit. — Huc forte etiam referre potes L. Dacheux sacerdotem dioec. argentoratensis († 1903), cujus exstat l. *Un Réformateur catholique* à la fin du XVe siècle: Jean Geiler de Kaysersberg, prédicateur à la cathédrale de Strasbourg 1478—1510: étude sur la vie et son temps, 1876, opus diligens et utile pro historia ecclesiastica illius temporis [3]). Epitomen exhibuit Lindemann Friburgi 1874 in Sammlung hist. Bildnisse ser. III. t. 2. *Die ältesten Schriften Geiler's von Kaysersberg* mit Erlaubniss der Congregation des Index herausgegeben, ib. 1883.

804. Inter meliores hujus periodi *concionatores* referendus est Michaelis Breiteneicher Bavarus n. 11. Sept.

---

[1]) Cf. Polybiblion 1893 II, 250.

[2]) Cf. de operibus seqq. Katholik 1867 I, 243—52.

[1]) Vitam ejus scripserunt Lesur et Burnand, Parisiis 1893; Tailliez, ib. 1904; Ricard 1892; Charpentier 1893 etc. Cf. L'Episcopat p. 53 s. — Steph. Cornut quondam SJ., in qua docuit literas humaniores redegitque *Etudes religieuses;* ea tamen 1897 est egressus, edidit *Mgr. Freppel* d'après des documents authentiques, Paris 1893.

[2]) *Bourdaloue,* sa prédication et son temps, Anatolii Feugère rhetoricae prof. (n. 1843; † 1877) prodiit Parisiis 1874; 1889 ed. 5. cura ejus fratris Gastonis Feugère cum notitia de illo.

[3]) Cf. Falk Lit. Hdw. 1879, 219.

1827 concionator eccl. cathedr. (1862—67), can. (1869), qui amore curae animarum canonicatum cum parochia commutavit († 8. Apr. 1883). Cf. supra p. 1581. Reliquit quam plurimas conciones [1]) non solum pro dominicis et festis, sed et *Das A. Testament* und die christl. Grundlehren in Kanzelvorträgen dargestellt, Regensburg 1870 t. 2; *Die Stationen des Kreuzweges* 1866; 1902 ed. 3; *Die Passion des Gottmenschen* beleuchtet, ib. 1871—75; 1889 ed. 2. Ejus est et diss. *Ninive und Nahum* mit Beiziehung der neuesten Entdeckungen historisch-exegetisch bearbeitet, München 1861; *Juwelenkranz* zu Ehren der allerseligsten Jungfrau, 1886 ed. Spannbrucker etc. — Jos. de Lamezan SJ. Badensis (n. 4. Aug. 1816; † 8. Jul. 1873), sacrum suggestum in magnis urbibus illustravit. Non multae conciones prodierunt: inter has ex. gr. *Die Vollkommenheit Gottes,* Paderborn 1882 curante Drecker. — Lud. (Benedictus) Stroissnig OSB. in monasterio cremifanensi, n. Grafensteinii in Carinthia 13. Nov. 1804, concionator erat disertissimus, qui ubique magnum auditorum numerum attraxit. Hinc instantibus pluribus monasterii fratribus conciones a se habitas typis excudi fecit († 9. Mart. 1879), quae prodierunt Lincii 1832—45. t. 9. — Vincentius Thuille O. Cap. Tirolensis († 1878), cujus est *der Mensch,* eine Reihe anthropologischer Predigten (17 de corpore, 17 de anima), Wien 1870. — Eodem a. (19. Sept. 1878) decessit alter Tirolensis Augustinus Scherer OSB. in monasterio fiechtensi, parochus, qui utilia compilavit opera: *Bibliothek für Prediger,* 1853—67 t. 8; Friburgi 1901—6, cujus singuli t. saepe fuere editi; et hujus supplementum *Exempellexikon* 1871—88 t. 4; 1906—10. — Obiit a. sequenti (6. Aug. 1879) Thomas Wiser Straubingae n. 15. Apr. 1870, concionator, demum decanus ecclesiae collegiatae N. D. Ratisbonae, qui praeter conciones et meditationes reliquit *Vollständiges Lexikon* für Prediger u. Katecheten, Ratisbonae 1843-60 t. 15. Redegit etiam aliquamdiu (1845—49) folium inscriptum *Sion.* — Antonius Hungari n. 10. Maj. 1805, parochus rödelheimensis ab a. 1842 († 17. Dec. 1881) collegit *Musterpredigten* 1845—49 t. 26, 1873—84 t. 16 ed. 3; *Kath. Volksbibliothek* i. e. exempla 1868 ed. 2. t. 12; quam secuta est *Neue k. Volksbibliothek* 1870-4 t. 12; *Klostergeschichten* 1869 t. 2 etc. — Jo. Jac. Kraft n. 18. Mart. 1808 theologiae pastoralis professor in seminario trevirensi hujusque subregens, canonicus (1861) et concionator cathedralis, demum (1868) episcopus auxiliaris trevirensis († 9. Jun. 1884), edidit [1]) et suas conciones, Trier 1851—58 t. 6 et conciones Arnoldi episcopi, ib. 1867—70 pluribus t., descripsitque hujus praesulis vitam, *W. Arnoldi von Trier,* ib. 1865, et hujus epitomen in Leben ausgezeichneter Katholiken ed. Werfer t. 17., Schaffhausen 1866; *Mathias Eberhard* Bischof von Trier, Trier 1878. — Ex gallis huc referri possunt: Vincentius de Pascal OP., qui sermones habuit tribus annis tempore quadragesimae, quos edidit inscriptos *Conférences:* La Foi, l'Eglise, la Papauté 1877. 1878. 1879, Parisii 1880 ed. emendata. — Ejus sodalis Lavy tribus annis habuit Conférences *sur la théologie de s. Thomas,* sat philosophicas de Deo uno et trino et de Deo creante, quas Parisiis edidit 1884—88

[1]) Cf. E. Bierbaum, qui magno elogio easdem commendat Lit. Handw. 1885 p. 423—28. — Praetermittimus Ant. de Dannecker parochum stuttgartensem, legato regio apud aulam romanam in negotiis ecclesiasticis a consiliis (n. 8. Jun. 1816), cujus conciones prodierunt Tübingen 1856 t. 2 etc. Canonicus erat rothenburgensis et praelatus domesticus suae Sanctitatis († 21. Jun. 1881). Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 47, 619.

[1]) Lauchert Allg. d. Biogr. 51, 358.

t. 3; 1891; *sur l'histoire de l'esprit humain* pour servir à une étude de la vérité chrétienne, ib. 1893. — Franc. M. Josephi Le Courtier *Oeuvres posthumes* cur. Gregorio canonici quae multum laudantur, prodierunt Paris 1893 t. 3. Natus est 15. Dec. 1790. Mortis periculum exvasit terroris tempore, factusque est episc. montepessulanus (1861), dein archiepiscopus sebastenus (1873; † 20. Aug. 1885). Cf. alia opera L'Episcopat p. 374 s. — Feracissimus auctor est Chaffrey Martin n. 1813 professor rhetoricae, canonicus honorarius plurium capitulorum, philosophiae professor in seminario gapensi († 28. Mart. 1873). Praeter quam plurimas omnis generis conciones edidit *Panorama des prédications,* 1851—55 t. 3 in 4; 1863 ed. 8; *Répertoire* de la doctrine chrétienne 1857; 1859—63 t. 3; 1867—68 t. 4; *Portraits littéraires* des plus célèbres prédicateurs contemporains Paris 1858 in 12; *Mois de Marie* des prédicateurs, ib. 1858 t. 2; *Prédication ancienne,* moderne et contemporaine, 1857—68 t. 4; *Vie de Saints* à l'usage des prédicateurs, ib. 1861—68 t. 4. etc. Condidit et *Journal de la prédication* ab a. 1857 etc. — De Bernardo (Car. Jos. Franc.) Peeters O. Praem. in canonia tongerloensi (n. 26. Jun. 1819; 8. Maj. 1876) cf. Goovaerts II, 25. — Ribet post diuturnum magisterium et exercitium dedit *La parole sainte,* Guide oratoire dans le ministère de la Prédication, Paris 1891. — Celeberrimus concionator sec. XIX in Hibernia fuit Thomas Burke OP. (n. 8. Sept. 1830; † 2. Jul. 1882), qui dum ord. provinciam in statibus foederatis Americae visitaret, in defensionem suae patriae in praecipuis civitatibus sermones habuit. Prodierunt aliquot *Sermones, Lectures* etc., Neoeboraci. In America vere triumphos egit[1]), sed rediit viribus fractus in patriam. Reparatis viribus iterum concionatus est per Hiberniam, Scotiam, Angliam.

805. In *Italia* Jo. B. Centurione SJ. Genuensis (n. 22. Sept. 1816; † 6. Maj. 1882), bonus, disertus, omnigenis auditoribus acceptissimus concionator reliquit *Omelie brevi e popolari* sopra i Vangeli di tutte le domeniche dell'anno, Torino 1872 in 8; saepius editae; sicut et aliae ejusdem conciones, quae decies et vicies prodierunt; Prato 1885 ed. 6., Post ejus mortem prodiit *Piccola biblioteca predicabile,* Modena 1883—85 t. 7 in 16. — Thomas Gaudenzi OP. Bergomas, in magnis Italiae civitatibus conciones habuit, quae laudabantur ab expositionis nitore et argumentandi soliditate. Eae collectae prodierunt Bononiae 1885—87 t. 3. Socius erat academiae s. Thomae a Leone XIII. erectae. — Praecipuis sui temporis concionatoribus accensetur Julius Arrigoni O. Min. quondam in universitate pisana theologiae dogmaticae professor, archiepiscopus luccensis (1849; † 10. Jan. 1875), in cujus concionibus[1]) laudantur doctrina bene adhibita, imaginum splendor, linguae robur: Segneri enim sequendum sibi proponit; subinde tamen agit philosophum. — Jo. B. Giordano Taurinensis (1815—77) ingentem auditorum multitudinem suis concionibus ad populi captum accommodatis attraxit. — Laurentius de Aosta Cap., quondam procurator ord. generalis († c. 1880) habuit in multis dioecesibus *Conférences ecclésiastiques* (posthumae), Paris 1881, in quibus versat omni ex parte illud dictum: Sacerdos alter Christus. Annis 30 concionatorem egit libenter auditus. — Multum laudantur a Zanotti in storia della predic. inter concionatores Henr. Bindi Pistoriensis, patriae urbis episcopus, dein archiepiscopus senensis († 1878), cujus *Lettere pastorali* prodierunt, Mediolani 1874, cum *Omelie,* Pistoja 1884; *Pa-*

[1]) Cf. The cath. Encycl. II, 80.

[1]) Cf. Pagliaini I, 89 s.

negirici, Firenze 1861—62 t. 2, et Federicus M. Zinelli (1805—79), cujus *Lezioni teologali* sugli errori del giorno typis datae sunt Venetiis 1862 t. 2. — Vincentius Stocchi SJ. (n. 1820; † 22. Febr. 1881) concionator, cujus *prediche* prodierunt posthumae, Romae 1882; *Discorsi sacri,* ib. 1884; *Viaggio ed episcopato romano* di S. Pietro, 1867. — Dominicus M. Villa[1]) Bassani n. episcopus parmensis († 1882) reliquit praeter alia *Conferenze* per gli ecclesiastici, Parmae 1878. — Anton Tagliabue Mediolanensis († 1885 a. aetatis 54) orator potens edidit *Il duello,* Mediolani 1886; *il riposo festivo,* duo libelli, ib. 1876. 1877; *il suicidio*[2]), ib. 1872 ed. 2. — Steph. San Polparentibus natus 1822 nobilibus et opulentis fortis pro causa catholica athleta, folia publica bona vel redegit vel juvit, hinc et persecutiones, vexationes etc. sustinuit. Concionator pariter erat validus, cujus quadruplex Quadragesimale excitavit rumorem, duo coram aula Taurini, Firenze 1864; Prato 1868 ed. 5; Romae ib. 1881; unum *dinanzi il popolo sovrano,* ib. 1881 ed. 3; *L'Eremita di Ripaglia* ossia l'Antipapa Amadeo di Savoja, ib. 1887 ed. 2. Obiit Romae in publico nosocomio 26. Dec. 1880.

806. Sacram *liturgiam* excoluerunt: Jo. Bapt. Lüft in Hechtsheim 1801 natus, parochus et in academia giessena theologiae moralis et pastoralis professor, dein parochus Darmstadtii, consiliarius scholasticus et canonicus honorarius moguntinus († 24. Apr. 1870), qui concinnavit *Liturgik* oder wissenschaftliche Darstellung des kath. Cultus, Moguntiae 1844—47 t. 3, opus non absolutum, sed in suo genere bonum[1]). — Eodem a. (18. Oct. 1870) decessit Jo. Petrus Balth. Kreuser Coloniensis n. 4. Aug. 1795, vir solide eruditus sagacisque ingenii, jurium Ecclesiae scholaeque christianae tenax, gymnasii magister. Edidit inter alia: *Das h. Messopfer* geschichtlich erklärt, Cöln 1844; Paderbornae 1854 ed. 2. aucta, opus eruditum, sed non satis limatum et elaboratum, neque satis bene dispositum judice Thalhofer[2]); *Dombriefe* an Zwirner gerichtet, 1844; *Der christl. Kirchenbau*[3]), seine Geschichte, Symbolik, Bildnerei nebst Andeutungen für Neubauten, Ratisbonae 1860 ed. 2. aucta; Brixinae 1868—69 t. 2 ed. 3. inscripta: *Wiederum christl. Kirchenbau,* Geschichte der Baukunst, apostolische Baugesetze, Symbolik (seorsim Brixinae 1868), Ausstattung von Kirchen vorzüglich mit Bezug auf den Kölner Dom nach Gesetzen, 4 Vorlesungen nebst Zusätzen: 1. Basilika (seorsim Brixinae 1869); 2. Geschichte des Altars, 3. Taufhaus, opus quod magni aestimatur; *die drei Maler-Brüder,* eine neuere Künstlergeschichte, Oeniponte 1861; *Bilderbuch* als Leitfaden für Kunstschulen, Künstler, geistliche und weltl. Kunstfreunde zur Wieder-

[1]) Alius est Aug. Theod. Villa mediolanensis (1723-1794), cujus *Lezioni di eloquenza* saepius editae multum laudantur.

[2]) De hoc edidit Der Selbstmord hist.-dogm. Abhandlung Augsburg 1886 Matthias Inhofer n. 22. Nov. 1861 in lyceo dillingano historiae ecclesiasticae et juris canonici professor 1891, sed decessit jam 5. Jan. 1893.

[1]) Cf. Thalhofer op. mox cit. I, 120.

[2]) Ib. p. 125; cf. Lit. Hdw. 1870, 495: Merls allg. d. Biogr. 17, 143.

[3]) De hoc scripsit etiam J. Stockbauer in op. *Der christliche Kirchenbau* in den ersten sechs Jahrhunderten, Ratisbonae 1874. Ejus quoque est *Kunstgeschichte des Kreuzes,* die bildliche Darstellung des Erlösungstodes Christi in Monogramm, Kreuz und Crucifix mit erläuternden Holzschnitten, Schaffhausen 1870, de quo cf. Rump lit. Handw. 1872, 170. — Raymundus Bordeaux insignis juris consultus, sed et archaeologus et bibliophilus (n. 1821; † 1. Apr. 1877), huc referri potest ob ejus l. *Principes d'archéologie pratique* appliqués à l'entretien, la décoration et ameublement artistiques des églises, Caen 1852. Ob suam eruditionem multarum societatum doctarum erat socius. Cf. Polybiblion 1877 II, 85 s.

auffrischung altchristlicher Legende, Paderbornae 1863. — Xav. Schmid [1]) subregens passaviensis et parochus Traunsteinii († 1871) edidit *Liturgik der christkatholischen Kirche,* Passaviae 1832 t. 2; 1840—42 ed. retractata et inscripta *Kultus* der christkatholischen Kirche, opus nondum omnibus numeris absolutum, sed non sine merito. Impulit enim eruditos, ut disputationem de s. liturgia ad quandam unitatem revocarent et secundum certa instituerent principia [2]).

807. Eodem a. (12. Mart. 1871) mortem oppetiit Franciscus Jos. Mone Mingolsheimii prope Bruchsal 12. Mart. 1796 natus. Historiam docebat in universitate heidelbergensi (1819), praeerat et bibliothecae; Lovanium accitus professor historiae et statisticae 1827-31), post quadriennium rediit privatam agens vitam. Anno 1835 factus est director archivii, quo munere functus est ad a. 1868. Vir erat probe catholicus, admodum eruditus, in antiquitatis historia et philologia, indefessi laboris, hinc multa edidit et ex archivorum tenebris eruit. Praetermissis iis, quae ad nos minus spectant, laude digna sunt *Die lateinischen und griechischen Messen* aus dem 2. bis 6. Jahrhundert, Francofurti 1850; *lateinische Hymnen des Mittelalters* [3]) aus Handschriften herausgegeben und erklärt, Friburgi 1853—55 t. 3, opus praeclarum: utroque plurimum promovit studium s. liturgiae et poësis christianae. Edidit et t. 2. *episcopatus constantiensis* auctore Neugart (p. 994) 1868; *Quellensammlung der badischen Geschichte,* 1848—67 t. 1—4. fasc. 1, ex gubernii mandato; cum collegis Dambacher et Bader redegit *Zeitschrift* für die Geschichte des Oberrheins, 1850—68 t. 21. Pro re catholica edidit, erat enim Ecclesiae ex corde addictus, suppresso nomine *Die katholischen Zustände in Baden* 1841, cum responso 1843 ad ejusdem impugnationem [1]). — *Lateinische Hymnen des Mittelalters* (568) grösstentheils aus Handschriften schweizerischer Klöster, als Nachtrag zu den Hymnensammlungen von Mone, Daniel u. A., Einsiedeln 1867—68 pp. 2 edidit Gallus Morel OSB. in monasterio einsiedlensi, collectio vere pretiosa. Natus est ipse in Fiden suburbio sangallensi 24. Mart. 1803, vir cultissimus, poeta, bonus, scholae et lycei monasterii rector, quod ad floridissimum provexit statum, erat enim ultra a. 50 docendae juventuti deditus. Erat etiam bibliothecae, quam plurimum locupletavit, et archivi, unde multos eruit thesauros, praefectus. Recensuit *Einsiedler-Handschriften* der lateinischen Kirchenväter bis zum 9. Jahrhundert, Viennae 1867; *die Regesten* der Benedictiner-Abtei Einsiedeln, Curiae 1848; *die Legende von St. Meinrad,* Einsiedeln 1868; *Eremus sacra* oder die h. Wüste, ib. 1840; *Annales einsiedlenses majores* 814—1226; *minores* 814—1298 in Geschichtsfreund u. Mittheilungen des hist. Vereins der fünf Orte 1843 I, 1, 99 — 144 — 50; *Offenbarungen der Schwester Mechtild von Magdeburg* oder das fliessende Licht der Gottheit, Ratisbonae 1869, et alia earundem editio mit unverändertem Texte in jetziger Schriftsprache, ib. 1869 cum introductionibus et annotationibus textum illustrantibus. Decessit lucidum bene-

[1]) Alius a Fr. Ser. Schmid, qui iterum edidit *Concordantias SS. Bibliorum* vulg. ed. Hugonis card. OP. recensitas atque emendatas a Fr. Luca et Hub. Phalesi, Wien 1825.

[2]) Cf. Thalhofer ib. p. 119.

[3]) S. P. Pimont edidit *les Hymnes du Bréviaire romain,* études critiques, littéraires et mystiques, Parisiis 1874—84 t. 3 in 8. Eine gründliche um die Geschichte, Textkritik und Erklärung der Hymnen verdiente Arbeit, inquit Thalhofer p. 128.

[1]) Cf. de Weech allg. d. Biogr. 22, 165; Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins; biographiam a filio suo Fredegario conscriptam 1872.

dictini religiosi exemplar[1]) 16. Dec. 1872, relictis quam plurimis libellis utilibus pro juventute, poematibus etc.

808. Herenaeus Haid (n. 15. Febr. 1784; † 7. Jan. 1873) Bavarus, concionator ecclesiae cathedralis monacensis, vir admodum pius et de vita Monachii catholica bene meritus strenue se opposuit innovationibus malesanis in rebus liturgicis, hinc scripsit *Einleitung in das Ritual* nach dem Geiste der kath. Kirche[2]), Monachii 1812; *der canonischen Horen Alter,* Geist u. Wesen, Landshuti 1835 ed. 2; *die gesammte christl. Lehre* in ihrem Zusammenhang in Katechesen vorgetragen, München 1841—45 t. 7; 1844—47; et quam plurimas edidit conciones et opuscula ascetica[3]). — Matthias Henr. Kirch professor in seminario coloniensi et canonicus († 3. Dec. 1874) suppresso nomine edidit *die Liturgie der Erzdiöcese Köln,* ein Beitrag zur Geschichte der Erzdiöcese, Coloniae 1868. — Populi captui accommodatus est liber praeclarus Franciscus Xav. Menne[1]) parochi († 27. Dec. 1879) *Das allerheiligste Sacrament des Altars* als Opfer und Communion, Paderbornae 1873 pp. 3. — Sed praeprimis solide et accurate de s. eucharistia disseruit Willibaldus Apollinaris Maier in Pfalzpaint prope Eichstadium n. 19. Febr. 1823. Egregie institutus fuit in philosophia et theologia Romae in collegio germanico, studiorumque curriculum absolvit splendidissima disputatione publica de universa theologia. Aliquamdiu animarum curam egit, deinde redegit folia politica, quae tamen prodire cessarunt. Ab episc. Senestrey receptus est (1854) in secretarium et consiliarium intimum, factus quoque 1860 canonicus († 5. Maj. 1874). Vir erat vere doctus et operosus, strenuus et fortis rei catholicae apologeta. Scripsit[2]) praeter alia *Die liturgische Behandlung des Allerheiligsten* ausser dem Opfer der h. Messe, Ratisbonae 1860; *Gedanken* über die Restauration der Kirche in Deutschland, ib. 1859 suppresso nomine, liber

---

[1]) Meier KL² 8, 1902; allg. d. Biogr. 22, 220—22; Rump. lit. Hdw. 1871, 435; Alius est a Julio Morel canonico honorario andegavensi, consultore congregationis Indicis († 1890), cujus exstat *Somme contre le catholicisme libéral,* Parisiis 1876 t. 2 in 8; *Débats théol. et politiques,* Paris 1882, scil. collectio diss., quas variis fasciculis literariis inseruerat.

[2]) Multum vituperatus fuit hic l. ab Ulmer Jahrschrift rationalismo infecta propter laudes liturgiae romanae inpensas III, 644—97.

[3]) Longum eorum habes elenchum in thes. p. 344 s.; cf. Streber KL. 5, 1452. — Alius ab auctore nostro est Henricus Hayd Monacensis n. 11. Jan. 1829. Delectabatur juvenis philosophiae studio, cui triennium impendit sub magistris Baader, Görres, Lasaulx, Fallmerayer, Becker, in primis M. Deutinger. Post animarum curam designatus est philosophiae et aestheticae professor in Lyceo frisingensi, quam cathedram magna animi contentione ab a. 1866 ad mortem usque (23. Apr. 1892) rexit in corpore admodum infirmo. Sequebatur in suis praelectionibus systema rosenkrantzianum, schellingianismum modificatum, hinc non omnibus arrisit. Edidit *Abälard* und seine Lehre im Verhältniss zur Kirche und ihrem Dogma, Regensburg 1863; *das Buch Job* (München 1859) et *das Buch der Psalmen* 1863, in versus elegantes utrumque redactum, studiorum programmata philosophica, ut *Wesen und Unsterblichkeit der menschl. Seele* (1888); inseruit diss. philosophicas in fasciculos literarios *Ueber Vereinbarkeit* oder Unvereinbarkeit der wissenschaftl. Forschung mit einem dogmatisch bestimmten kirchlichen Glaubensbekenntniss (philos. Jahrbuch der Görres-Gesellschaft III, 1—32; 353—90); vertit plurium patrum opera germanice pro collectione campidunensi, et reliquit multa msc. de argumentis scholasticis in primis et philosophicis. Cf. A. Koch allg. d. Biogr. 50, 84—87, qui in kath. Handl. I, 1863 eum dicit einen gemässigten Idealisten; persönlich eine speculative, hoch edelsinnige Natur.

[1]) Alius ab Engelberto Menne de quo egimus p. 1066.

[2]) Cf. Hülskamp allg. d. Biogr. 20, 100; Steinhuber Geschichte des Koll. Germ. II, 497.

utilis, attentione dignissimus, et libellos quosdam in syllabi defensionem et explicationem (ib. 1865. 1866). — Philippus Hartmann parochus kallmerodensis († 1883) condidit utile *Repertorium rituum* oder übersichtliche Zusammenstellung der wichtigsten Ritualvorschriften für die priesterlichen Funktionen, nach den Quellen bearbeitet [1]), Heiligenstadt 1857; Paderbornae 1880 t. 2 ed. 4. plurimum aucta: ib. 1886 ed. 5. in 1 t. cura ejus nepotis cognominis Ph. Hartmann decani ita retractata et limata, ut priores ed. antiquatae merito censeantur; 1893 ed. 7; 1908 ed. 11. — Jo. de Matha parochus (n. 1819; † 12. Nov. 1890) exposuit *Gebräuche und Ceremonien der katholischen Kirche* in Predigten auf die Sonn- und Feiertage des ganzen Kirchenjahres, Viennae 1862 t. 2 ed. 2; *Liturgisches Lesebuch* für Volksschulen, auch als Hausbuch verwendbar, Lincii 1874.

809. Prae primis laudandus est Valentinus Thalhofer n. 21. Jan. 1825 in Unterroth dioec. augustanae prope Ulmam. Thema a facultate theologica propositum *Ritus und Wirkung* der unblutigen Opfer des A. B. bene solvit, diss. suam edidit inscriptam: *Die unblutigen Opfer* des mosaischen Cultus, Ratisbonae 1848, eaque promeruit doctoratum in universitate monacensi. In lyceo dilingano tradidit disciplinas biblicas (1850—63), inde Monachium vocatus praefuit instituto Georgiano rexitque cathedram theologiae pastoralis. Factus est 1876 decanus capituli eichstettensis [2]), 1885 praelatus domesticus suae Sanctitatis, 1889 praepositus, simul tamen s. liturgiam in seminario docebat († 17. Sept. 1891). Edidit: *Bibel und biblische Wissenschaften* in ihrem Verhältnisse zur katholischen Kirche, Dillingae 1850 diss.; *Die Opferlehre des Hebräerbriefes* und die kath. Lehre vom h. Messopfer, ib. 1855 diss. aucta et ampliata in l. *Das Opfer des A. und N. Bundes* mit besonderer Rücksicht auf den Hebräerbrief und die kath. Messopferlehre exegetisch-dogmatisch gewürdigt [1]), Ratisbonae 1870; *Erklärung der Psalmen* mit besonderer Rücksicht auf deren liturgischen Gebrauch im römischen Brevier, Missale, Pontificale u. Rituale nebst einem Anhang, enthaltend die Erklärung der im römischen Brevier vorkommenden alttestamentlichen Cantica, ib. 1857; 1889 ed. 5; 1895 ed. 6. cura Schmalzl retractata et aucta, liber utilis; *Handbuch der katholischen Liturgik,* Friburgi 1883, opus plane egregium, reliqua in hoc argumento praecellens, quod dolemus non esse absolutum: prodiit enim t. 1. complectens s. Liturgiam in genere, et t. 2. p. 1. et 2., in qua de liturgia sacrificii missae et breviario: ex ejus tamen schedis Schmid p. 3. de sacramentis et sacramentalibus, et 4. de anno ecclesiastico synoptice saltem adjecit et ita prodiit t. 2. ib. 1890—93. Novam ed. coepit Dr. Adalb. Ebner [2]), Friburgi 1894. Edidit praeterea *hermeneuticam* Reithmayr auctam et insigni auctoris vita ditatam (p. 1391), Kempten 1894, hujusque loco praefuit editioni versionis operum ss. patrum (cf. ib.),

[1]) Cf. Schrod lit. Handw. 1881, 393; 1886, 421; 1893, 253.

[2]) Rationes graves et tristes, quae tam insignem virum coegerunt utique muneri renunciare, refert Knöpfler allg. d. Biogr. 37, 647.

[1]) Cf. Rohling lit. Handw. 1871. 193.

[2]) Ad. Ebner natus est Straubingae 16. Dec. 1861. Insignis erat archivarius et in re liturgica optime versatus. Factus est prof. liturgiae et patristicae in lyceo Eistettensi, sed mortuus est in flore aetatis 25. Febr. 1898. Suae eruditionis et diligentiae reliquit testimonia praeter ed. in textu laudatam diss. *Die ältesten Denkmale* des Christenthums in Regensburg in röm. Qtlschr. für christl. Arch. VI (1902). 151—79; *Quellen* u. Forschungen zur Geschichte und Kunstgeschichte des Missale rom. in Mittelalter. *Iter italicum,* Freiburg 1896, opus ejus praecipuum.

quam ipse fere integram curavit (a fasc. 35—419) atque ad felicem perduxit exitum [1]). Scripsit *Beiträge* zur Geschichte des Aftermysticismus und insbesondere des Irvingianismus im Bisthum Augsburg, Ratisbonae 1857, quem sollerter et cum fructu impugnavit etc. Redegerat etiam ab a. 1860-63 *Augsburger Pastoralblatt,* et multas diss. inseruit variis fasciculis literariis. Ex ejus concionibus de sacrificio missae msc. concinnavit Schmid l. *die h. Messe* und das Priesterthum der kath. Kirche, Kempten 1893.

810. Omnium tamen liturgicorum clarissimus natus est in Gallia 4. Apr. 1805 in oppido Sablé-sur-Sarthe dioecesis cenomanensis Prosper Lud. Paschalis Guéranger. A pueritia prodidit ingenium sagax impensumque studendi ardorem. Susceptis sacris ordinibus docendae s. theologiae adhibebatur suique episcopi de la Myre erat secretarius. Incidit in ejus manus missale et breviarium romanum, cujus gravitate ita captus est, ut seposito ritu dioecesano de episcopi licentia ritu uteretur romano. Exinde studio inflammabatur propagandi ritum romanum per Galliam bellumque indicendi angustiis libertatum gallicanarum ritibusque particularibus dioecesanis: neque quievit donec referret victoriam illustrem [2]). Quare Pius IX. eum salutavit restauratorem liturgiae romanae in Galliis. Operum primum fuit *Traité de l'élection et de la nomination des évêques,* 1831, in quo propendet in praxin, qua capitula eligunt suos pastores. Ut efficacius finem assequeretur, cogitavit de restaurando ordine s. Benedicti in patria sua, sociorumque pecuniis et orationibus suffultus emit (1833) monasterium jam ab a. 1802 desertum Solesmes ibique cum illis vitam egit ad regulam s. Benedicti expressam. Ut vero rite omnia gererentur, ipse Romam profectus est (1836), tirocinium, ex regula in abbatia s. Pauli peregit, professione solemni emissa rediit abbas constitutus et praepositus congregationis a se restaurandae (1837). Ex tenuibus initiis ea miro profectu laetissime adolevit crevitque. Neque contentus fuit restaurare vitam religiosam sed et spiritum recuscitavit literarium, quo seculis praeteritis ordo s. Benedicti in Gallia excelluit. Qua in re ipse exemplo praeivit ingensque est numerus librorum et diss., quos fontis inexhausti instar effudit [1]). Praetermissis libris minoribus et articulis doctis potiora haec videntur: *Institutions liturgiques,* Cenomanis 1840—51 t. 3, opus non completum [2]), Parisiis 1878—85 t. 4 ed. 2; germanice interprete Fluck, Regensburg 1854. Ingentem commotionem excitavit hoc opus, quod sat acriter impugnabat abusus liturgiarum particularium in singulis fere dioecesibus adhibitarum: hinc vel episcopi quam plurimi (c. 60) illi adversabantur, in primis D'Astros archiepiscopus tolosanus (cf. p. 1184) in op. *L'Eglise de France* injustement flétrie dans l'ouvrage: Institutions liturgiques, Tolosae 1843, et Jo. Fayet episcopus aurelianensis († 1849) in *Examen des institutions liturgiques,* Parisiis 1846. Hinc coactus est Guéranger respondere pluribus scriptis [3]); inter quae sunt: *Dé-*

[1]) Hülskamp lit. Handw. 1891, 451. Specht Geschichte des k. Lyceums Dillingen p. 179—82; Schmid V. Thalhofer eine Lebensskizze Kempten 1892; Pruner KL. XI, 141 s., et Ebner in praef. suae ed. De op. cf. Suit. Baeumer in Ztschr. für kath. Theol. XIII (1889, 349—63).

[2]) Cf. Baeumer hist. Jahrb. 1890, 46; Thalhofer 1, 121.

[1]) Accuratissimum horum indicem sub n. 126 reperies in Bibliographie des Bénédictins de la Congr. de France, Paris 1906 p. 55—71.

[2]) Harum institutionum tabulam analyticam exhibet Jo. Lud. Pradié OSB. (n. 29. Oct. 1820; † 30. Jan. 1889), Paris 1878—84.

[3]) Cf. scripta in hac controversia edita Roskovány de coelibatu et breviario V, 1239 ss.

fense des Institutions etc., ib. 1844; *Nouvelle défense,* ib. 1846. 1847 pp. 3. Opus vero ipsius praedilectum et admodum utile non solum pro populo sed et pro clero est: *L'année liturgique*[1]), première section: L'Avent liturgique, Cenomanis 1841 in 12; Parisiis 1887 ed. 9; 1900 ed. 15; deuxième section: le Temps de Noël p. 1. t. I, Cenomanis 1845; Parisiis 1887 ed. 9; p. 2. t. II, ib. 1847; 1886 ed. 8; 1902 ed. 14; Troisième section: Le Temps de la Septuagésime, ib. 1851; 1905 ed. 13; Quatrième section: Le Carême, ib. 1854; 1905 ed. 17; Cinquième section: La Passion et la Semaine sainte, ib. 1857; 1905 ed. 20; Sixième section: Le Temps pascal ib. 1859—65 t. 3; 1903—5 ed. 14. Reliquos t. curavit sodalis Lucianus Fromage, scil. Septième section: Le Temps après la Pentecôte t. 2 ib. 1878—83; 1892—3 ed. 9; cum Supplément ib. 1884, in quo agitur de s. Felice nolano deque sanctis recenter in breviarium receptis. T. 3. continuationis complectens sanctos a 2. Juni—7. Jul., ib. 1888; 1903 ed. 9; t. 4. complectens sanctos ab 8. Jul.—22. Aug., ib. 1893; 1901 ed. 6; t. 5. a 23. Aug.—31. Oct. ib. 1898; 1905 ed. 6; t. 6. complectens sanctos Novembris ib. 1901; 1902 ed. 5. *Table générale* hujus op. concinnavit Reginald Biron, Paris 1904. Hoc duplici opere victoriam romana liturgia de gallicanis particularibus retulit factumque hinc est, ut illa gradatim ubique induceretur. Opus versum fuit in linguam anglicam interprete Jac. Laurentio Shepherd OSB. († 30. Jan. 1885), Dublinii 1867 ss., germanice, Moguntiae 1875 ss. et continuatio 1902, et (ex parte) italice, Taurini 1884. *Pontificale romanum* . . . auctore Jos. Catalano (IV, 1653), recognovit et novis commentariis et annotationibus locupletavit cum Nicolao Brémon, Parisiis 1850—52 t. 3 in f.; *Explication des prières* et des cérémonies de la messe[1]), opus posthumum collectum ex ejus collationibus, Solesmes 1884; 1885; germanice, Moguntiae 1884. Ad theologiam dogmaticam spectant *Mémoire* sur la question de l'Immaculée Conception de la très sainte Vierge, Parisiis 1850, quam ut effacissimam dogmatis demonstrationem Pius IX. laudavit; *De la Monarchie Pontificale* à propos du livre de Mgr. l'évêque de Sura (Maret cf. p. 1532), Paris 1870, germanice Moguntiae 1870, quod Pius IX. Brevi collaudavit, et aliquot articuli pro infallibilitate pontificia adversus Gratry et Dupanloup. Historiam attingunt *Origines de l'Eglise Romaine,* Parisiis 1836, quo in op. multum tribuit monumentis artis; *Histoire de s. Cécile* vierge et martyre, Parisiis 1849; 1853; 1874 ed. aucta, 1879 ed. 5; 1884 etc. pulcherrimus libellus, germanice Ratisbonae 1851; prorsus retractata secundum recentiora inventa *S. Cécile et la société romaine* aux deux premiers siècles, Parisiis 1874 cum plurimis illustrationibus, a Pio IX. collaudata brevi ad auctorem dato; 1897 ed. 8; *Essais sur le naturalisme contem-*

[1]) Cf. Schrod Lit. Handw. 1882, 649 ss. Heinrich in praef. versionis germanicae inter alia ad hujus op. laudem scribit: Es fehlt uns nicht an guten Uebersetzungen, theils vollständigen, theils auszugsweisen, der liturgischen Bücher; auch besitzen wir werthvolle Darstellungen u. Erklärungen der Liturgie des Kirchenjahres sowohl für das Volk als für die gebildeten Klassen. Allein wir haben kein Buch welches, wie das vorliegende, die ganze Liturgie des h. Jahres, so wie die Kirche sie feiert, in solcher Vollständigkeit enthält, deren Verständniss so vollkommen erschliesst und zu der Mitfeier so praktisch anleitet (p. III). Est quidem opus accuratum, notitiis historicis et archaeologicis refertum, sed laicis et aedificationi institutionique potius destinatum, quam doctum.

[1]) Non dissimile est opus sodalis Gerardi van Caloen abbatiae Maredsous *Missel des fidèles* comprenant le texte du missel romain avec traduction française et notices explicatives, liturgiques et historiques, Tornaci t. 2; cujus et epitomen confecit ib. 1882.

porain, ib. 1858, ex plurimis (24) articulis insertis foliis periodicis collecta adversus de Broglie, qui propagationem christianae religionis more rationalistarum explicare nititur. Ad ascesim referuntur: *Enchiridion benedictinum* complectens vitam et laudes sanct. occidentalium monachorum patriarchae: accedunt exercitia s. Gertrudis M. et Blosii speculum, Andegavi 1862 cooperante Nic. Brémon; *Conférences* sur la vie chrétienne, typis s. Petri de Solesmis 1880: quibus adde *Mélanges de Liturgie,* d'Histoire et de Théologie, collectio opusculorum jam antea editorum, ib. 1887; plures diss. *de Maria de Agreda* et civitate mystica in fol. Univers 1858. 1859. Demum viribus laboribusque attritus in suum se recepit monasterium plenusque meritis decessit 30. Jan. 1875. Praetermittimus encomia de ipso prolata [1]). Sufficiat nobis Pium IX. speciali Brevi ejus extulisse merita [2]).

811. Huic addantur praeter Th. Bernard et alium Bernard (p. 1709 a.), J. Corblet et Rohault de Fleury pag. 1737, Melch. du Lac comes de Montvet vir plenus fide et admodum eruditus († 1872), cujus sunt *La Liturgie romaine* et les liturgies françaises, Cenomani 1849 in 8; *l' Eglise et l' Etat,* Paris 1850. 1851 t. 2, in quo sequitur Suaresii principia. — Jo. Hadrianus de Conny Moulinensis n. 1817, ecclesiae moulinensis decanus, congregationis s. rituum consultor, qui disseruit etiam *sur la distribution intérieure* des églises, Moulins 1876 in 12. — Sub nomine C. H. T. Jamar tres sacerdotes dioecesis mechlinensis ediderunt *Les Fêtes chrétiennes* [1]) considérées dans leur objet, leur institution, leur utilité spirituelle, Lovanii 1888—89 t. 2 in 8; *Marie, mère de Jésus,* histoire de la très-sainte Vierge d'après la s. Ecriture, les monuments de l'antiquité, les écrits des Pères et des théologiens, Bruxellis 1872; 1874 in 4; *le Livre du pèlerin* ou Histoire, apologie et pratique des pèlerinages, Leodii 1884 in 8. — Franc. Maria Jo. Le Courtier Parisiensis n. 15. Dec. 1790, parochus, canonicus theologus parisiensis, concionator aulicus (1854) dein episcopus montispessulanus. In conc. vaticano illis se adjunxit episcopis, qui definitionem infallibilitatis pontificiae inopportunam censebant. Resignavit suae sedi (1873) dictusque est archiepiscopus sebastenus († 20. Aug. 1885). Praeter homiletica et ascetica, quae habes inter Migne Orat. sacrés ser. II. t. 19., utile et historicum dedit *Manuel de la messe* ou Explication des prières et des cérémonies du s. sacrifice, Parisiis 1835; 1854 ed. 3; *Explication des messes* du paroissien romain pour tous les dimanches de l'année, pour les fêtes d'obligation et pour les fêtes solennelles qui peuvent se rencontrer et se célébrer le dimanche, ib. 1876—77 t. 2 in 16. — Jos. Prosper Maugère professor in magno seminario lingonensi, n. 1825, explicavit *Notions générales* sur la liturgie 1882 in 12; *le Bréviaire commenté,* ib. 1886. — Jo. Lud. Boucarut seminarii nemausiensis director et vicarius generalis (n. 1793) collegit *Instructions historiques* et théologiques

[1]) Léon Gautier de ipso ita pronunciat: Il a fait triompher en théologie les doctrines romaines, en histoire le surnaturel, en liturgie l'unité. Il a beaucoup fait pour son temps, pour son pays, pour l'Eglise. Cf. Kaulen KL. 5, 1341; Hülskamp lit. Hdw. 1875, 355. Biographiam habes in Studien und Mitth. XXVI (1905), 95 ss.; 275 ss.; 573 ss.; D. Guéranger, Paris 1909 t. 2 sine auctoris nomine.

[2]) Illud reperies in Katholik 1875, 38 ss. ubi germanice invenies pulchram orationem funebrem episcopi Pictaviensis Pie 1—38.

[1]) Hac eadem inscriptione edidit Pradier Insulis 1891 librum, ejusque etiam est *La vie des Saints* pour tous les jours de l'année, 1889 in 8. — Alius ab hoc est Petrus Pradié advocatus († 1892), de quo cf. Polybiblion 1892 I, 366.

sur les sacrements, Nemausii 1858 t. 5 in 8. ex patribus et scriptoribus ecclesiasticis priorum 12 sec. — Le Vavasseur SJ. († 1892) edidit [1]) *Exposition des rubriques* du bréviaire romain, 1861 in 12; *les Fonctions Pontificales* selon le rite romain, 1865 t. 2 in 12. Le *Cérémonial selon le Rite romain,* Paris 1899 t. 2 ed. 8. aucta et retractata cur. Haegy. — Magni momenti pro re liturgica est *Bibliothèque liturgique.* Description des livres de liturgie imprimés aux XV^me^ et XVI^me^ siècles faisant partie de la bibliothèque de S. A. R. Mons. Charles-Louis de Bourbon (comes de Villafranca), auctore Anatolius Alès, Paris 1878, liber rarissimus, cujus ed. tantum sunt ex. 150. Porro bibliotheca haec est ditissima, cujus duae tertiae partes constant libris liturgicis et historicis religiosis, hinc in suo genere fere unica. Auctor autem accuratione diligenti libros de quibus agit describit.

812. Pius Martinucci congr. ss. rituum a secretis, custos bibliothecae vaticanae, caeremoniarius in aula pontificia et praelatus domesticus 1884, edidit Deusdedit presb. card. *collectionem canonum* e cod. vatic. et composuit *Manuale ss. caeremoniarum* [2]), Romae 1869—73; 1879—80 t. 6 ed. 2; *Manuale decretorum s. congr. rituum,* utile et practicum, saepius editum, Romae 1853 ed. 3; Ratisbonae 1878 ed. aucta et melius cura W. A. Maier disposita. — Fr. Stella P. d. M. director collationis liturgicae florentinae compilavit *Introduzione* allo studio della sacra liturgia; Senis 1887 ed. 2. opus utile et concinnum. — A. Carpo collegit compendiosam *bibliothecam liturgicam,* Bononiae 1878; 1885 ed. 3., *caeremoniale* juxta ritum romanum, ib. 1867; Romae 1885 ed. 4; et *calendarium* perpetuum, Ferrariae 1866; 1875 ed. 2. — De celebratione missarum disseruit F. P. van den Burgt director seminarii ultrajectini, Ultrajecti 1871. — Joannes B. de Herdt canonicus mechlinensis († 16. Apr. 1883) descripsit *sacrae liturgiae praxim* juxta ritum romanum in missae celebratione, officii recitatione et sacramentorum administratione servandam, Lovanii 1851 t. 3 in 8; saepius editam, 1889 ed. 8; 1903 ed. 10; *Praxis pontificalis* seu Caeremonialis etc. practica expositio, ib. 1873; *Praxis liturgica* ritualis romani, ib. 1876 ed. 2. — Bouvry professor tornacensis edidit *expositionem rubricarum* breviarii, missalis et ritualis romani, 1860 t. 2 in 8. — Similiter et Jo. Bapt. Falise canonicus et professor tornacensis († 2. Jan. 1881) dedit *ss. rituum rubricarumque missalis,* breviarii et ritualis compendiosam *elucidationem,* 1876, quae saepius prodiit; *s. congr. indulgentiarum resolutiones authenticae,* Lovanii 1862; Diss. *sur l'obligation des décrets de la s. Congr. des rites,* Tornaci 1878; *Cérémonial Romain* et cours abrégé de Liturgie pratique, Parisiis 1861; 1865 ed. 4. — Jas. M. Meagher Americanus edidit *Teaching Truth* by signs and ceremonies or the Church, its Rites and Services; *The Festival Year* etc.

813. Sequuntur plures in Germania [1]) qui de re liturgica methodo magis ad populi captum tractarunt. Marcus Adamus Nickel [2]) Moguntinus n. 9. Jun. 1800, Liebermanni discipulus, theologiae moralis professor et seminarii regens, canonicus, qui fere ad mortem usque in illo docebat homileticam et liturgicam († 31. Oct. 1869), exposuit *Die heiligen Zeiten und Feste* nach ihrer Geschichte und Feier in der Kirche, Moguntiae 1836—38; 1863 t. 6; *Das N. Testament:* Zweck

[1]) Alius ab eo est Achilles le Vavasseur († 10. Jan. 1893) qui meruit de fasc. Polybiblion, de quo cf. ib. 1893 I, 170.

[2]) Cf. Schrod Lit. Hdw. 1877, 373.

[1]) Cf. de his omnibus Thalhofer l. c. pag. 117 ss.

[2]) Cf. Weiss allg. d. Biogr. 23, 572; lit. Hdw. 1868, 185; thesaurus 586 s.

Plan und Zergliederung aller einzelnen Bücher, ib. 1846 t. 4; *die evangelischen Perikopen* exegetisch-homiletisch bearbeitet, ib. 1847—54 t. 18; *Das göttliche Gesetzbuch.* Zusammenstellung der in der hl. Schrift zerstreuten bürgerlichen Gesetze unter die Titel des justinianeischen Kodex und der Pandekten mit archäologischen und exegetischen Einleitungen u. Erläuterungen, Mainz 1853 t. 2; *Das Evangelium J. Christi* ... aus den Evangelien zusammengestellt und kurz erläutert, Mainz 1852; *Das römische Pontifikal* aus dem Lateinischen mit archäologischen Einleitungen und liturgischen Bemerkungen, ib. 1836 in 8; *Das Messbuch* der römisch-katholichen Kirche ... übersetzt, Francofurti 1844; *Das Brevier* etc., ib. 1842, et innumera opuscula ascetica. Cum Kehrein *Beredsamkeit* der Kirchenväter nach Jos. Weissenbach (p. 678), ib. 1844 t. 4. — Leop. Kopp OSB. e monasterio cremofanensi n. 27. Sept. 1809 in civitate Wels, parochus († 7. Jan. 1871) dedit *Versuch einer liturgischen Abhandlung* über die Gebräuche und Ceremonien der kath. Kirche, Wels 1854. — Hier. Antonii Jarisch consiliarii scholastici caesarei in Bohemia est *Liturgik,* Erklärung der Gebräuche und Ceremonien der h. kath. Kirche für Bürger- und Mittelschulen, Viennae 1876; *Populäre polemische Dogmatik* oder populäre Apologie in Gesprächsform (dialogi 51), Wien 1852; Regensburg 1880 ed. 2; *Biblische Alterthümer,* ib. 1849 in 8; Biblisch-patristische *Konkordanz* ... über die Glaubens- und Sittenlehre, Wien 1854 in 8; *Stunden der Andacht* für Katholiken, Wien 1855; 1858 t. 4; oppositum operi famoso auctore Zschokke. Erat insignis paedagogus, praesertim pro surdomutis[1]). Reliquit quam plurima opera paedagogica, catechetica, ascetica etc. — J. A. Schmitz professor in lyceo ratisbonensi, bene admodum illustrat integram liturgiam (missam, sacramenta, annum ecclesiasticum) in op. *Die Kirche* in ihren gottesdienstlichen Handlungen, Friburgi 1856. — Fr. Goebel pariter bene, solide et systematice disserit in op. *Der Gottesdienst der katholischen Kirche,* Ratisbonae 1857; 1880 ed. 2. — B. Mette professor brilonensis scripsit katholische *Populärliturgik,* Ratisbonae 1874 pro laicis, Ratisbonae 1874. — Franc. Xav. Schild catechetis et magistris destinavit *Der öffentliche Gottesdienst* im kath. Kirchenjahr oder Erklärung der festlichen Zeiten, der gottesdienstlichen Gebräuche und Verrichtungen in denselben, Ulmae 1856 ed. 2; *Manuale liturgicum,* sive explicatio ss. rituum juxta rubricas ex probatis auctoribus desumpta, Stuttgart 1859 t. 1., in quo tantum de missa agit. — Ex Jo. Bapt. Eisenring, seminarii sangallensis regentis († 1874) schedis collectum fuit *Das hl. Messopfer* Katholiken und Nicht-Katholiken besonders der gebildeten Stände zur Prüfung und Erwägung vorgelegt, Einsiedeln 1880. — Jos. Koessing Badensis n. 12. Sept. 1804 regens seminarii et canonicus friburgensis (1862; † 3. Jun. 1891) dedit *liturg. Vorlesungen über die h. Messe*[1]), Ratisbonae 1869 ed. 3. (1. prodierat Villingae 1843). Explicatio haec non tam historica est et archaeologica quam potius ascetica. Diss. liturgicas inseruit fasc. literariis. — Jos. Sutor *liturgia sacra Ecclesiae romanae* seu ritus exacte servandus in celebratione missae, recitatione divini officii et administratione sacramentorum prodiit, Pader-

[1]) Cf. Wurzbach 10, 101—3.

[1]) Thalhofer l. c. p. 125: Eine Arbeit, die um ihrer Klarheit und Gründlichkeit willen einen bleibenden Werth hat. Für die mystische, moralisch-ascetische Deutung der Messriten hat Kössing wenig oder keinen Sinn, legt aber um so grösseres Gewicht auf die grammatisch-historische Auslegung; sein Buch war auf liturgischem Gebiet in gewissem Sinn epochemachend. Cf. Lit. Hdw. 1870, 21.

bornae 1872. — Henr. Liemke illustravit *Die Quadragesimal-Fasten der Kirche,* Paderbornae 1854 in 8. — K. A. Oberle sagaciter collegit *Ueberreste german. Heidenthums im Christenthume* oder die Wochentage, Monate und christlichen Feste etymologisch, mythologisch, symbolisch u. historisch erklärt, Baden-Baden 1883 in 8., in quo libello auctor erudite nititur ostendere, quomodo Ecclesia pro sua prudentia retinuerit mores et usus veterum Germanorum, qui per se non essent mali, sed potius idonei ad exprimenda interna sensa, iisque substituerit significationem christianam [1]).

814. Cum liturgia *s. musica* cohaeret, quam excoluerunt praeter alios [2]) Bernardus Quante [3]) Coesfeldae n. 1812, vicarius et chori cathedralis director († 7. Oct. 1874). — Felix Clément [4]) Parisiensis n. 1822 († 23. Jan. 1885), cujus plurima sunt opera [1]), ut *Rapport sur l'état de la musique religieuse* en France, Parisiis 1849 in 4; *Carmina* e poetis christianis excerpta cum annotationibus, ib. 1854; *Histoire générale* de la musique religieuse, ib. 1860 in 8; *les Musiciens célèbres* depuis le XVI^e^ siècle jusqu'à nos jours, ib. 1868 cum 44 imaginibus etc. — Nic. Cloet, parochus et decanus [2]), canonicus († 13. Aug. 1891). — Jo. Lambert Anglus, laicus (n. 4. Febr. 1815; † 27. Jan. 1892) a gubernio in variis negotiis gravis momenti adhibitus, promovit cantum gregorianum pluribus operibus [3]). Hinc receptus in academiam romanam s. Caeciliae et a Pio IX numismate aureo fuit donatus. — Aug. Guil. Ambros († 1876) in suo opere classico *Geschichte der Musik,* 1880—82 t. 5 ed. 2. aucta plurimum cura Ott. Kade praeclare disserit de musica sacra, sed pertingit tantum usque ad Palaestrinae tempora. Ed. 3. Lipsiae 1887—93 curarunt Sokolowsky, Reimann et Kade. — Raymundus Schlecht n. 11. Mart. 1811, seminarii ludimagistrorum eistettensis inspector (1838) et consiliarius ecclesiasticus († 24. Mart. 1891) praeter alia scripsit utilem [4]) *Geschichte der Kirchenmusik:* zugleich Grundlage zur vorurtheilslosen Beantwortung der Frage: Was ist Kirchenmusik, Ratisbonae 1871; 1879 ed. 2. Multum meruit de restauratione genuini cantus choralis. — Non minora sunt merita Anselmi Schubiger OSB. monasterii einsiedlensis, Uznacensis (n. 5. Mart. 1815; † 14. Mart. 1888), qui insignis musicus etiam theoretice excultus inclaruit opere *Die Sängerschule St. Gallens* vom 8.—12. Jahrhundert, ein Beitrag zur Gesangsgeschichte des Mittelalters, Einsiedeln

---

Alius ab eo est Fridericus Koessing professor theologiae moralis et encyclopaediae in universitate friburgensi (n. 15. Febr. 1825; † 9. Jan. 1894), cujus est *das christliche Gesetz:* über Jacobus 2, 8—12, 1862; Heidelbergae 1867; *der reiche Jüngling im Evangelium:* Erörterungen über die Grundlehren der allgemeinen Moral, Friburgi 1868; *de a. quo mortem obierit Jacobus* frater Domini, Heidelbergae 1857; *de suprema Christi coena,* 1858 etc. Cf. de utroque Lauchert allg. d. Biogr. 51, 341 s.

[1]) Cf. Holzherr Lit. Handw. 1883, 46; opus tamen Thalhofer pag. 130 non sine exceptione laudat.

[2]) De Edmundo de Coussemaker († 1876) cf. supra p. 566 a. et Desplanque Etude sur les travaux d'histoire et d'archéologie de Msgr. E. de Coussemaker, 1876.

[3]) Cf. Lit. Handw. 1875, 53; Baeumker allg. d. Biogr. 27, 13; et generatim de hoc argumento Utto Kornmüller O. S. Ben. in monasterio mettensi de musica sacra optime meritum in *Lexikon der kirchlichen Tonkunst* 1870; 1891 ed. 2.

[4]) Alius ab eo est J. F. Clement O. Praem. Batavus (n. 1823; † 1892) cujus sunt *Semita christianae perfectionis,* Oosterhout 1893, opus posthumum; *Compendium synodorum* scil. ultrajectensis et buscoducensis, 1871. Cf. Mannl lit. Handw. 1894. 303.

[1]) Cf. Polybiblion 1891 II, 267.

[2]) Cf. Polybiblion 1885, 168.

[3]) Ea recenset Gillow IV, 97—108.

[4]) Cf. Baeumker allg. d. Biogr. 34, 719—21.

1858, pars tantum operis majoris, quod mansit ineditum [1]). — Ferdinandus Krieger edidit *Musica ecclesiastica catholica*, die katholische Kirchenmusik, eine leichtfassliche Darstellung der allgemeinen Musik-Harmonie und Compositionslehre nach den Grundsätzen der Meister wahrer kirchlicher Tonkunst, Friburgi 1872 in 8. — Carolus Severinus Meister († 1881) praeclare prorsus describit *das katholische deutsche Kirchenlied* in seinen Singweisen von den frühesten Zeiten bis gegen Ende des 17. Jahrhunderts, ib. 1862 t. 1., cont. a Baeumker. Scripsit etiam *Kritische Ermittelung* der Abfassungszeit der Briefe des Paulus, Regensburg 1875, quae diss. praemio digna fuit judicata a fac. wirceburgensi. — De priori argumento egit Bernardus Hölscher gymnasii reklinghusani director (n. 24. Apr. 1800; † 18. Aug. 1890), in libello, judice Baeumker, pretioso *das deutsche Kirchenlied* vor der Reformation, mit alten Melodien, Monasterii 1848; *niederdeutsche geistliche Lieder* und Sprüche aus dem Münsterlande nach Handschriften aus dem 15. und 16. Jahrhundert, Berolini 1874. Accurata quoque studia instituit de Thoma a Kempis [2]). — Maxime de restauratione sacrae musicae per Germaniam invicta sua energia meruit Franciscus Witt n. 9. Febr. 1834 in Walderbach oppido palatinatus superioris, in seminario ratisbonensi homeleticae et catecheticae professor et magister cantus, canonicus honorarius Palestrinae († 8. Dec. 1888), fundator associationum, quae a s. Caecilia nuncupantur, cujus praeses generalis ipse fuit: editis etiam foliis literariis de hoc argumento, scil. *Musica sacra* ab a. 1867; *fliegende Blätter für kath. Kirchenmusik* ab a. 1865, quae ipse redegit, sicut et *Caecilien-Kalender*, quibus continentur egregiae subinde diss., quae Franciscus Xaverius Haberl condigne prosecutus est compositis egregiis melodiis, instructionibus, exhortationibus etc., quas in suis itineribus haud raris frequentes habuit, condita demum Romae Scuola Gregoriana. Verus erat reformator cantus sacri ejusque fervens apostolus [1]).

815. Denique ex *ascetis* innumeris ut saltem aliquos nominemus, laudari merent P. Seraphinus O. Pass. generali a secretis, vir piissimus, illustrandae et exponendae passioni Domini plurimum intentus († 1879), cujus exstat *Théologie mystique*, 1873: *La Vierge Marie* divine maîtresse des vertus, 1870 in 8. etc. Libenter utitur in suis operibus civitate mystica Mariae de Jésus de Agreda [2]). — Jac. Brucker SJ. alsata (n. 20. Febr. 1821; † 30. Sept. 1890) innotuit egregiis opusculis asceticis, inter quae laude digna: *Kunst mit Gott zu verkehren*, ib. 1875; 1889 ed. 2; *Lehre des hl. Franz v. Sales* von der Frömmigkeit, ib. 1875; 1893; *Geist des hl. Franz v. Sales*, ib. 1884; *das innere Seelenleben*, ib. 1882; *Worte des Lebens*, ib. 1882; *Das gottselige Leben*, 1889; *Pflichten des christlichen Lebens*, 1890 ex lingua gallica germanice vertit. — Alexander Teppa O. Barn. n. 8. Mart. 1806, sui sodalitii superior generalis, cujus plura exstant opuscula ascetica et cujus *dialoghi* sulla lettura dei libri proibiti saepius prodierunt, 1846. Obiit 27. Jul. 1871. — Jo. Don Bosco (n. 15. Aug. 1815; † 31. Jan. 1888) alter Vincentius a Paulo sec. XIX. operibus magis quam scriptis [3]) celebrandus. — Nominatissimus per universam Germaniam et merito quidem fuit Albanus Isidorus Stolz n. 3. Febr. 1808 in Bühl ditionis ba-

[1]) Cf. Baeumker ib. 32, 638; Studien und Mittheilungen IX (1888), 303.
[2]) Cf. hist. Jahrb. 1891 p. 461.

[1]) Cf. Baeumker allg. deutsche Biogr. 43, 573 ss.
[2]) Cf. Polybiblion 1879 II, 271.
[3]) Ea admodum utilia et saepissime edita recenset Pagliaini I, 299.

densis. Superatis divina gratia dubiis gravibus contra fidem ortis ex tristi conditione facultatum theologicarum elegit statum sacerdotalem, quem tota sincere et bonae voluntatis energia arripuit. Post curam animarum vocatus est ad docendam religionem in gymnasio, dein in convictu et universitate friburgensi, professor theologiae pastoralis et paedagogicae ab a. 1847 ad mortem usque (16. Oct. 1883). Vir erat admodum pius, beneficus, vitae exemplaris; sollicitus de opificibus[1]) condidit conferentias s. Vincentii. Id quo vere excelluit non adeo erat doctrina, quae minus erat solida, sed scribendi ratio vulgi captui ita accommodata, practica et saepe eloquens ut vel rudes, non solum catholicos sed saepe etiam protestantes caperet et raperet, ad vivendi rationem vere christianam instigaret et moveret[2]). Hinc immensum fructum protulit celeberrimis suis calendariis *Kalender für Zeit und Ewigkeit,* quae ab a. 1843—84 fere singulis annis in lucem emisit. Avidissime excipiebantur, latissime diffundebantur centenis millium exemplarium, varias in linguas vertebantur, reimprimebantur, adeo ut revera essent scripta non solum pro anno currente, sed et pro futuris generationibus. Prodierunt collecta 1861—82 t. 4. Praetermissis aliis libellis popularibus contra rongeanos, francomuratorios, protestantes, neoprotestantes, incredulos etc. nam semper paratus erat ad praelianda praelia Domini, mentione adhuc digni sunt: *Legende* oder christl. Sternenhimmel, Friburgi 1851—62 fasc. 12; 1865 ed. 3; opus plane egregium; 1894 ed. 10; *die hl. Elisabeth,* ib. 1864, saepius edita, 1909 ed. 16. l. utilissimus magna unctione conscriptus; *Die Kunst christlicher Kinderzucht,* ib. 1874; ed. 2. eodem a. inscribitur *Erziehungskunst;* ed. 7. cur. Mayer 1900; *Homiletik* als Anweisung, den Armen das Evangelium zu predigen, ib. 1885; 1899, opus posthumum[1]). Opera ejus collecta prodierunt[2]), ib. 1872—1895 t. 19; 1898—1909 t. 12 pro populo. — Eodem a. 1883 Dec. 22 decessit in Helvetia Xav. Herzog diu (a. 42) pastor apostolicus, demum canonicus Beromonasteriensis alter fere Stolz, qui quam plurima edidit pro populo opuscula utilia[3]), inter quae *achtzehn lustige Briefe* zwischen einem katholischen und ref. Geistlichen, Luzern 1845; *Geistlicher Ehrentempel* oder Pyramide der Unsterblichkeit d. h. Lebensbeschreibung etwelcher (82) Geistlicher aus dem katholischen Luzernergebiet, Luzern 1861—68 fasc. 3, quae biographiae non omnes ejusdem sunt pretii, sed aliquae excellunt. Redegit fasc.

---

[1]) De his in Gallia sollicitus fuit, qui eodem vixit tempore *Tounissoux* sacerdos plurium societatum membrum († 1884), cujus sunt *Le Bien-être de l'ouvrier,* quod admodum vulgatum fuit; *L'homme dans sa triple vie* d'être intelligent, social et religieux, 1860; et aliud, quod supra laudavimus p. 1804. Cf. Polyb. 1885 I, 69.

[2]) Es ist der erste unserer neueren Volksschriftsteller, ein Meister von Gottes Gnaden in der Kunst, zum Herzen zu reden. Jetzt ist das allbekannt und unbestritten zugestanden. Alb. M. Weiss O. Pr. Benjamin Herder pag. 76. Cf. Sauer Neue Alb. Stolz Literatur in der Lit. Rundsch. 1910 Sp. 214 ss., 263 ss.

[1]) De quo ita Keppler KL² 6, 207: Die trefflichen praktischen Winke des edlen Volksmannes und Volksschriftstellers sind sehr geeignet, einer schädlichen Ueberwucherung der Theorie auf diesem Gebiete entgegenzutreten; die Absonderlichkeiten und Einseitigkeiten aber, welche dieser Homiletik anhaften, sind nur ein Beweis mehr, wie unentbehrlich eben im Interesse der Praxis auch auf diesem Gebiet eine gründliche Untersuchung der theoretischen Fragen ist.

[2]) Cf. Hägele A. Stolz, Friburgi 1889 ed. 3; et ipsius autobiographia (usque ad a. 1852) *Nachtgebet meines Lebens,* continuata a J. Schmitt, ib. 1885; 1908, quem cf. etiam in KL. XI, 846—51.

[3]) Cf. K. A. Kopp, qui tribus art. magna laude de eo ejusque scriptis disserit hist.-pol. Bl. CXLVII (1911).

suo tempore utiles *Kath. Luzernerbieter,* ib. 1852—71 fasc. 18. *Der Idealist* oder eine Pastoral aus dem Leben in Form einer Novelle pro sacerdotibus junioribus, ib. 1859; *Fridolin ein Vikar,* Mainz 1862; *Der Melancholiker* und wie es ihm mit dem Bauern (Selbstbetrieb der Landwirtschaft) ergangen. Zwei Erzählungen, ib. 1863 etc.

816. Utilissimos quoque libellos ad populi captum accommodatos [1]) in lucem dedit Jo. Bap. Zwerger, e quibus potiores sunt: *Der Glaube* als göttliche Tugend oder die Pflicht zu glauben in ihrer Begründung, Erfüllung und Uebertretung, Graecii 1888 ed. 2; *die wahre Kirche J. Christi* in ihrer Wesenheit und in ihren Beziehungen zur Menschheit, ib. 1880; *die Schätze des römisch-kath. Christen,* 1874; 1892 ed. 3., quae se mutuo complent; *die schönste Tugend* u. das hässlichste Laster, ib. 1891 ed. 4; *Die Reise in die Ewigkeit,* ib. 1872; 1893 ed. 5. *Die gegenwärtige Empörung* der Welt gegen Gott und unser Verhalten dabei, ib. 1873 etc. Natus est Joannes Bapt. Zwerger in oppido Altrei in Tiroli 23. Jun. 1824; sub egregiis professoribus studiorum curriculum absolvit. Mox admotus Tridenti cathedrae theologiae pastoralis factusque est spiritualis director Frintanei Viennae (1857). Inter canonicos tridentinos receptus 1863, factus est capituli praepositus 1865, demum electus episcopus secoviensis (1867; † 14. Aug. 1893). Praesul erat operosus, vicies et septies limina adivit apostolorum, jura Ecclesiae adversus liberales zelavit, bonum in sua dioecesi quacunque poterat ratione promovit. — Jos. Schneider SJ. Friesheimensis [2]), Ratisbonae theologiae pastoralis et liturgiae professor, congr. indulgentiarum et rituum membrum (n. 5. Sept. 1824; † 7. Jan. 1884) praeter *Manuale sacerdotum,* in quo ii quibus cura animarum commissa est ad manum habent tum quae in privata devotione, tum quae in missae celebratione, sacramentorum administratione et quorundam aliorum sui muneris executione usui esse possunt, Coloniae 1862, opus valde practicum, hinc saepe editum, post ejus mortem cura P. Lehmkuhl S. J. ib. 1885 ed. 10; 1910 ed. 17; *Manuale clericorum,* Ratisbonae 1868, 1907 ed. 6., opus asceticum. Plurimum meruit opere utilissimo P. A. Maurel *die Ablässe* [1]), ihr Wesen und ihr Gebrauch, aus dem französischen mit Genehmigung des Verfassers übersetzt mit vielen Zusätzen aus der von der S. C. Indulg. approbirten Uebersetzung der Raccolta and andern authentischen Quellen bereichert, Paderbornae 1860 in 8., quod saepe editum fuit; post auctoris mortem cura P. Beringer († 1909) SJ.,

[1]) Cf. Bierbaum lit. Hdw. 1888, 479. Cf. de ipso Oer J. B. Zwerger sein Leben und Wirken, Graz 1897; Lauchert allg. d. Biogr. 45, 529 ss.

[2]) Alius ab eo est Jo. Nep. Schneider Bavarus n. 14. Aug. 1832, aliquamdiu Dillingae theologiae dogm. prof. (1863—74), de quo Specht Geschichte des k. Lyceums Dillingae pag. 182: Schneider war dem Posten, auf den er gestellt war, nicht vollkommen gewachsen. Es fehlte ihm, zumal im Anfang, nicht am besten Wollen, allein er war mehr Schöngeist als Gelehrter. Die bei dem wichtigen Fache der Dogmatik doppelt nothwendigen Eigenschaften der Klarheit u. Präcision fehlten ihm. Dazu kam, dass er die kirchl. Lehre nicht immer korrekt darstellte († 21. Dec. 1881). Scripsit *Die Versöhnung der Welt* durch das Blut Christi nach Kol. 1, 20, Schaffhausen 1857; diss. a facultate monacensi praemio coronata; *Die chiliastische Doctrin* und ihr Verhältniss zur christl. Glaubenslehre, ib. 1859; *Joachim v. Floris* und die Apokalyptiker des MA., Dillingen 1873. Nostri opera recenset Sommervogel VII, 827—33 sub n. 52.

[2]) Ceterum de indulgentiis haud contemnendum est opus Jo. Henrici Schoofs *Die Lehre vom kirchlichen Ablasse* in geschichtlicher Darstellung, dogmatischer Rechtfertigung und praktischer Anwendung für das religiös-sittliche Leben der Gläubigen, Monasterii 1857 in 8. diss. praemio coronata.

ib. 1893 ed. 10. eaque authentica declarata a s. congr. indulgentiarum; cum supplemento 1910. *Decreta authentica* s. congr. Indulgentiis et reliquiis praepositae ab a. 1868 ad a. 1882, edita jussu et auctoritate Leonis PP. XIII., Ratisbonae 1883, prima collectio authentica, hinc admodum pretiosa, qua opus Aloysii Prinzivalli Resolutiones seu decreta authentica s. congr. ... accurate collecta, Romae 1862, perficit et continuat; *Rescripta authentica* S. C. indulgentiarum et rel., 1885 cur. Beringer; *de visitatione* sacr. Liminum instructio 1883 t. 3 ed. 3. — Ant. Maurel SJ., cujus opus Schneider germanice vertit (n. 6. Apr. 1803; † 26. Dec. 1874), Aptensis fuit et praeter *le Chrétien éclairé* sur la nature et l'usage des indulgences, Lugduni 1856 in 12; 1882 ed. 23., composuit *Guide pratique* de la liturgie romaine, Lugduni 1864; 1878 ed. 7; *le livre des jeunes congréganistes* de la s. Vierge, Divione 1866 in 32; *l'Eglise et le Souverain Pontife,* catéchisme raisonné, ib. 1868 in 12; germanice Regensburg 1871.

817. In *Gallia* plurimum meruit de vita vere christiana promovenda Lud. Gaston Hadrianus comes de Ségur n. Parisiis 15. Apr. 1820. Legationi gallicae apud sedem apostolicam addictus 1842, gratiam vocationis ad statum clericalem in se est expertus, cui obsecutus theologiae studio se dedit atque sacerdos fuit ordinatus 18. Dec. 1847. Romae rotae auditorem egit 1852, sed jam anno sequenti utroque orbatus est oculo. Quare munere se abdicavit 1856 receptusque est inter canonicos capituli s. Dionysii Parisiis. Hic etsi coecus vitam operosissimam egit vereque apostolicam, nullumque fere fuit institutum vel opus misericordiae, cujus ipse non esset director, fautor, socius. Coecus dictavit amanuensi libellos quam plurimos vere utiles et pios, quibus maximum protulit fructum inter fideles, ut innumerae testantur eorum editiones. Ejus l. *Réponses courtes et familières* aux objections les plus répandues contre la religion, 1851, hoc anno quindecim habuit ed., et usque ad a. 1881 ed. 194 successu inaudito; germanice 1906 ed. 12; Praetermissis aliis sufficit hic memorasse *La très sainte Communion,* 1860 ed. 107: 1906 ed. 148; germanice 1908 ed. 20; *le Pape,* question à l'ordre du jour 1860; 1899 ed. 76; *l'Eglise,* 1861 in 18. ed. 53; 1903 ed. 61; germanice 1861 ed. 2; *la piété* et la vie intérieure 1864; qui l. tamen ob singulares opiniones prohibitus fuit, auctor vero laudabiliter se subjecit et opus reprobavit; *La présence réelle,* 1865 ed. 18; *la s. Vierge,* 1867; *le mois de Marie,* 1870 ed. 19; *l'enfer:* s'il y en a un: ce que c'est; comment l'éviter, 1876 ed. 21; 1905 ed. 39; germanice 1889 ed. 3. *Jésus-Christ,* 1856 ed. 19; 1907 ed. 24. etc. Opera collecta prodierunt 1876 t. 10; Lettres 1882 t. 2. Decessit optimus et infatigabilis vir, quem Pius IX. inter praelatos domesticos receperat, plenus meritis [1]) 9. Jun. 1881.

818. Franciscus Xav. Gautrelet SJ. rector et dein praepositus provinciae lugdunensis, superior missionum Algeriae et Syriae, director fasciculo-

[1]) Cf. Polybiblion 1881 II, 77, quod eum appellat un prélat d'un zèle infatigable et d'une vertu angélique, ardent lutteur pour la cause de la vérité, écrivain populaire par excellence, homme aux convictions profondes, cherchant à propager la religion par la diffusion de tous les écrits capables de ramener la foi dans les coeurs, la vérité dans les intelligences, homme d'action et de bon conseil, apôtre de la jeunesse et de la classe ouvrière, inflexible sur les questions de principe et de la plus aimable douceur dans ses relations avec tous. Cf. de Ségur Souvenir et récits d'un frère par le marquis de Ségur, Parisiis 1882 pp. 2. Hic Anat. Henr. Phil. de S. (n. 25. Apr. 1823; † 1902) erat et ipse scriptor pius. Cf. de nostro Katholik 53 (1885), 196—209; 320—34.

rum *Etudes* (n. 15. Febr. 1807; † 4. Jul. 1886), suo opere *l'apostolat de la prière,* Parisiis 1846, auctor exstitit piae associationis jam per orbem diffusissimae, quam dein P. Henricus Ramière[1]) quam maxime promovit, et qui hujus l. alias curavit editiones. *Traité de l'état religieux* ou Notions théologiques sur la nature de cet état et les devoirs qu'il impose à l'usage des supériers et des confesseurs des communautés relig., Lugduni 1847 t. 2 in 12; 1872 ed. 5. etc.; *le blasphème* et des moyens de l'extirper, Parisiis 1849 in 18; *Nouveau mois du s. Coeur de Jésus* ou les trente-trois années de la Vie du divin Sauveur honorées pendant le mois de Juin, ib. 1850 saepissime editum; *Méthode pour assister les malades* et les disposer à la mort, Lugduni 1847 in 12; *Correspondance* entre un prêtre catholique et un ministre calviniste ou le principe fondamental de la réforme vingt fois démontré insoutenable et faux, Clermont 1853 in 18; *La divinité de l'Eglise Catholique* démontrée et vengée contre les principales objections du Protestantisme reproduites dans une brochure de M. Puaux ministre de Rochefort, ib. 1854 in 18; aliaque opuscula apologetica de Ecclesia et romano pontifice. — Petrus Chaignon SJ. (n. 8. Oct. 1791; † 20. Sept. 1883) innotuit plurimis opusculis, inprimis *le Prêtre à l'autel* ou le saint sacrifice de la messe dignement célébré[1]), 1853; 1863 ed. 5; germanice Moguntiae 1854; 1894 ed. 7; *Nouveau cours de méditations sacerdotales* ou le prêtre sanctifié par la pratique de l'Oraison, 1858; 1879 t. 5 in 12. ed. 10 etc. — Bruno Vercruysse SJ. Cortracensis (n. 2. Jul. 1797; † 1880) innotuit piis et utilibus *Nouvelles méditations pratiques* pour tous les jours de l'année sur la vie de N. S. J.-C., Bruxellis 1867 t. 2 in 12; *Manuel de solide piété* ou nouvelles méditations pratiques pour tous les jours de l'année sur la vie de N. S. J.-Christ à l'usage des fidèles qui aspirent à la perfection dans le monde, ib. 1871 t. 2, in alias linguas versum, germanice interprete Jo. B. Lohmann SJ. sed retractatum, Paderbornae 1884 ed. 3; 1894 ed. 5. t. 4. — Specimen majoris op. quod morte praeventus (c. 1881) perficere non potuit, exhibet Aug. Cochin in l. *Les espérances chrétiennes* posthumo ed. ab ejus filio Henrico C., Paris 1883. — Jo. Berthier missionarii opera ascetica laudantur (cf. Polyb. 1883 II, 386 ss.). Plurima autem prodierunt usque ad initium sec. 20. — His adde Lud. Paquelin OSB. congr. solesmensis (8. Sept. 1889), qui edidit *Revelationes gertrudianas ac mechtildianas* Parisiis 1875 t. 2 in 4. easque etiam gallice vertit ib. 1878 t. 4 in 12.

819. Juventuti plurimum commendandus est Adolphus de Doss SJ. bavarus (n. 10. Sept. 1825; † 13. Aug.

[1]) Hujus apostoli apostolatus orationis (n. 10. Jul. 1821; † 3. Jan. 1884) plura alia exstant opera. *Le directoire du chrétien* ou recueil des principaux moyens de sanctification à l'usage des personnes appelées à vivre dans le monde, Lugduni 1870 in 18. ed. 3; *l'Eglise et la civilisation moderne,* Le Puy 1861 in 8; *de l'unité de l'enseignement* de la philosophie au sein des écoles catholiques d'après les récentes décisions des congrégations romaines, ib. 1862 in 8; *les doctrines romaines* sur le libéralisme envisagées dans leurs rapports avec le dogme chrétien et avec les besoins des sociétés modernes, Parisiis 1870 in 8. Inseruit quoque multos articulos fasciculis literariis, inter quos diss. *De la théologie scholastique* in Etudes 1858 III, 3—98, etiam seorsum Cenomanis impressa. Redegit quoque ad mortem usque *Le Messager du s. Coeur de Jésus,* Parisiis 1861, quem aluit egregiis articulis theologicis et asceticis. Cf. Sommervogel VI, 1416—32; IX, 794 s. sub n. 76.

[1]) Deppe lit. Handw. 1894, 254: Ich halte P. Chaignons »Priester am Altar« und namentlich den exegesirenden II. Thl. desselben für einen kostbaren Schatz, der noch immer zu wenig gewürdigt d. h. gebraucht und ausgenutzt wird.

1886), qui annos 18 prudentissime rexit juvenum congregationes. Stilo florido et nitido proposuit *Gedanken und Ratschläge* gebildeten Jünglingen zur Beherzigung, Monasterii 1861; 1894 ed. 9; (1910) ed. 19; libellus aureus; *Die Perle der Tugenden* Gedenkblätter für christliche Jünglinge[1]), Moguntiae 1873; saepius editum; 1896 ed. 7; *Die Standeswahl* im Licht des Glaubens und der Vernunft betrachtet, 1874; 1885. — Bellissima pietatis opuscula in lucem emisit Joannes Nep. Stoeger SJ. Klagenfurtensis (n. 5. Nov. 1792; † 16. Apr. 1880), quorum potiora sunt: *Die Himmelskrone,* das höchste Ziel der christl. Hoffnung[2]), Ratisbonae 1847 in 8; *Die Pilgerreise* zum Himmelreich und leitende Gedanken zur Selbstbetrachtung bei den geistlichen Uebungen, ib. 1869 ed. 2. plurimum aucta; *Maximilian Erzherzog von Oesterreich-Este,* Hoch- u. Deutschmeister, ein Lebensbild, Viennae 1865 in 8. Collegit quoque *historiographos Soc. Jesu* ab ejus origine ad nostra usque tempora, Ratisbonae 1851; *Scriptores provinciae austriacae Soc. Jesu* ab ejus origine ad nostra usque tempora, ib. 1856 in 8., quo opere exhibet labores Stephani Katonae, Michael Paintner et Ant. Eglauer, quos repererat mscr. eosque continuat. — Innumeros libellos asceticos in fidelium utilitatem compilavit, recudit, germanice vertit Jo. Michael Sintzel (n. 24. Dec. 1804; † 29. Aug. 1889) sororum caritatis aliquamdiu confessarius, inter quos forte praecipuum *Vollständige Anleitung zur christlichen Vollkommenheit* oder ausführlicher Unterricht über alle christlichen Tugenden, ihre Hindernisse und Mittel, aus den Schriften der Väter und Geisteslehrer der katholischen Kirche[1]), Straubingae 1839—1846 t. 4 in pp. 6. — Magnus Jocham (n. 23. Mart. 1808; † 4. Mart. 1893) parochus et professor (1841—78) in lyceo frisingensi theologiae moralis multa opuscula ascetica germanice vertit[2]). Huc spectant versiones op. utilissimi Alph. Rodriguez: *Uebung der christl. Vollkommenheit,* Ratisbonae 1862 t. 3; 1894 ed. 4; s. Theresiae operum, Sulzbach t. 5 ed. 2. (1. est G. Schwab) 1851—53; 1868—70 ed. 3; operum S. Francisci Salesii 1881; 1893; Lud. Blosii t. 9 Sulzbach 1835—46; 1840-61 ed. 2; Lud. de Ponte ib. 1841 t. 4; s. Joannis de Cruce, ib. 1858; *Moraltheologie* 1852-54 t. 3; *Bavaria sancta,* 1861 t. 2; scripsit et vitas G. Fr. Wiedemann 1864; Al. Buchner 1870; Haneberg 1874; *vom Besitzthum der Geistlichen* Regensburg 1845. — Lud. Jung beneficii provisor (n. 22. Mart. 1812; † 1893) plura vertit ediditque opuscula ascetica, quae cf. in Keiter kath. Literaturkalender 1892 p. 70. — Henricus Coleridge SJ. quondam presbyter anglicanus, sed ad fidem catholicam conversus (n. 20. Sept. 1822; † 13. Apr. 1893) praeter plura alia[3]) meditandam proponit *Theology of the Parables,* Londini 1871; *Vitam vitae nostrae,* Londini 1868 in 12., quam deinde fusius evolvit *The life of our Life,* in 7 distributam partes, quarum quaelibet iterum pluribus constat tomis. Prolixe enim ad fidelium instruc-

[1]) Cf. Pfülf Ad. v. Doss als Freund der Jugend geschildert, Freiburg 1896 ed. 2.

[2]) Affinis est libellus consideratione dignissimus Florentini J. Boudreaux SJ. professoris in universitate ludovicopolitana († 8. Febr. 1885) *The Happiness of Heaven,* Baltimorae 1870; germanice interprete Michelić, Moguntiae 1874.

[1]) Weiss B. Herder S. 98: Ihr Werth liegt darin, dass er kein Wort aus Eigenem beigefügt hat. Die überaus reichhaltige Zusammenfügung ist mit Geschick angelegt und die Benützung durch einen besondern Registerband sehr leicht gemacht. Cf. prolixum catalogum (incompletum) ejus librorum in thes. rei cath. p. 828—31.

[3]) Cf. autobiographia *Memoiren* eines Obscuranten ed. a Sattler Kempten 1896; hist. pol. Bl. 118 (1896) 554—62; Lauchert allg. d. Biogr. 50, 676—79; Hdl. II, 112.

[4]) Sommervogel IX, 63; Polybiblion 1893 I, 462.

tionem et aedificationem prosequitur praeambula incarnationis, ipsam Jesu Christi infantiam, vitam absconditam et publicam, passionem et resurrectionem Jesu Christi. Ab a. 1864-80 redegit fasciculos menstruos literarios *The Month*. — De Jos. Coelho da Silva Geraz congr. miss. (n. 25. Oct. 1796; † 26. Oct. 1877) cf. Notices Bibliogr. sur les Ecr. de la Congr. de la Miss. pag. 31.

820. Hisce addantur Antonius Maria Claret missionarius vere apostolicus, Isabellae reginae Hispaniae a confessione, archiepiscopus insulae Cubae, praesul virtutibus et bonis operibus adeo conspicuus, ut post ejus mortem (1870) jam cogitaretur de instituenda causa pro ejusdem beatificatione. Instituit congregationem missionariorum immaculati cordis Mariae, sollicitus fuit de instituenda juventute atque plurimos composuit libellos in utilitatem spiritualem populi, ut a nonnemine diceretur ‚Hispaniae Ségur[1]'. — Carolus Gay[2] (1815—1892) vicarius generalis pictaviensis et episcopus i. p. i., de quo passim Lorenz. Ita disserit *Da la vie et des vertus chrétiennes* dans l'état religieux, Pictaviis 1874 t. 2; 1875 t. 3. *Elévations* (124 piae et nobiles) sur la vie et la doctrine de N. S. J.-C. 1879 t. 2. — Victor Alet SJ. n. 19. Jan. 1827 postquam literas humaniores docuit, totum se dedit animarum curae († 5. Apr. 1890) relictis quam plurimis opusculis vel articulis asceticis, quos inseruit variis foliis literariis[3]). — Alexis Possoz SJ. Duacenus disseruit de variis Belgii et Galliae sanctuariis, descripsit vitas virorum et sodalium illustrium, et plura reliquit ascetica, quae recenset Sommervogel VI, 1094—97 sub n. 31 (n. 25. Aug. 1803; † 27. Jun. 1870). — Plurima opuscula in populi utilitatem composuit Jo. Bapt. Paeps Belga (n. 29. Mart. 1801; † 20. Apr. 1874), qui infirmae semper valetudinis otium dedicavit erudiendis pueris et scribendis libellis[1]) lingua flaminga. — Jos. Riva Mediolanensis n. est 1803, Rivetta vulgo dictus, quia statura pusillus erat. Canonicus poenitentiarius erat et plura composuit pulchra opuscula, inter quae *Manuale* di Filotea Mediolani, quod brevi tempore ultra quinquagies editum fuit. *Conferenze* sui doveri degli ecclesiastici, ib. 1875 t. 2; *La Cristologia* ossia le grandezze di G. Cristo, ib. 1876; *La vera chiesa* di G. Cristo, ib. 1874 etc. Obiit 7. Febr. 1876. — Industrius admodum in propagandis bonis libris fuit Lud. Donin sacerdos viennensis, quem in finem instituit ‚parvum apostolatum' et ultra 80 opuscula typis dedit, milliesque millenis exemplaribus quaquaversus diffudit. Obiit 20. Aug. 1876. Beneficentissimus fuit in discipulos eorumque ingentem numerum in catechismo instituit[2]). — Alex. Jelowicki n. in Houbnick Podoliae oppido 1804, in rebellione patriae suae infelici miles pro libertate fortis, ea sopita secessit in Galliam, factusque est sacerdos seque addixit congregationi, quae a Resurrectione denominatur. Dictus est missionarius apostolicus et superior pro Polonis Parisiis degentibus. Zelo vere apostolico curam gessit Polonorum per Gallias et Belgium dispersorum in eorumque utilitatem quam plurimos pios stilo eleganti composuit libros, qui magna etiam aviditate lecti-

[1]) Cf. egregium *Resumen* de la admirable Vita del ... D. Ant. M. Claret auctore Jacobus Clotet ejusdem congr. sodali Barcelona in 4. s. a.

[2]) Ab hoc distinguitur Victor Gay archaeologus illustris, cujus est *Glossaire archéologique* du moyen âge et de la Renaissance († 12. Dec. 1887). De nostro cf. G. de Pascal Mar. Gay ... d'après sa correspondence, Paris 1910.

[3]) Cf. Sommervogel VIII, 1605—8, qui ea recenset sub n. 29.

[1]) Eos sub n. 55 recenset Goemans Bibl. nat. XVI, 453—57.

[2]) Cf. Wurzbach 3, 358.

tabantur. Decessit hic pius et ardens suae nationis apostolus 15. Apr. 1877. — Aug. Maria Ilg Ord. Cap. Bavarus clarus erat concionator, sed infirmae semper valetudinis (n. 12. Mart. 1845; † 25. Febr. 1881). Ejus praeter alia est *Geist des h. Franz von Assisi,* 1876-82. — Eug. Desjardins S. J. Tolosanus, n. 12. Dec. 1820 historiae ecclesiae aliquamdiu prof. et intentus redigendis *Etudes,* quibus inseruit diss. doctas, devotionem ss. Cordis Jesu promovere sategit († 6. Jun. 1878). Huc spectant *Le Coeur de Jésus,* principe et modèle de la perfection chrétienne, Paris 1869 ed. 3; 1877; *La semaine sanctifiée* par la dévotion au s. Coeur de J., quod ultra 60 ed. habuit, Bruxellis 1866 ed. 41., etc. — Idem ss. Cor Jesu pluribus operibus celebrat Toussaint Dufau SJ. (n. 31. Oct. 1807; † 21. Oct. 1881) concionator [1]). — Ascesim ad scientiae formam redegit L. Chevalier s. theologiae magister et in seminario nancejensi professor in op. *de scientia regiminis* animarum supernaturalis, Paris s. a. (1889), in quo agit 4 cc. de constitutione — generatione — educatione hominis supernaturalis — deque variis statibus vitae christianae. — Alexis Lefebvre SJ. Remensis n. 20. Mart. 1804 vir praedicationi aliisque deditus laboribus apostolicis (28. Nov. 1882) docet *La Science de bien mourir,* Paris 1864; 1890 ed. 7; La science *de bien vivre,* Paris 1865; 1867; 1870; *De la folie* en matière de religion, 1866 in 8. — In Anglia Henr. Aug. Raves quondam pastor anglicanus n. 11. Dec. 1826 sed conversus (1856) ingressus est congr. Obl. s. Car. et factus sacerdos (1857). Plures libellos [2]) in utilitatem et ad aedificationem fidelium scripsit († 24. Apr. 1885. — Jos. Mach SJ. Barcinonensis (n. 3. Naj. 1810; † 26. Jul. 1885) opuscula composuit saepissime edita: *Norma de vida cristiana,* Barcelona 1853; 1866 ed. 7; *Ancora de Salvación,* ib. 1854; 1861 ed. 7; 1897 ed. 69; *Tesoro de sacerdote* ó repertorio de las principales cosas que ha de saber y praticar el sacerdote etc., ib. 1861 cum supplemento 1862; Madrid 1876 ed. 7; Barcelona 1891 ed. 11. correcta secundam decreta recentiora etc., etiam in alias linguas versus.

821. Car. Erhard Schmöger congr. SS. Red. Ehingae ad Danubium 24. Febr. 1819 n., philosophiae et theol. lector, provinciae praepositus († 14. Aug. 1883), ex schedis Clementis Brentano concinnavit *Das Leben Jesu* nach den Gesichten der sel. A. Catharina Emmerich 1858—60; 1879—80 t. 3; in compendium redacta 1864; 1879 ed. 3; *Das Leben der gotts. A. C. Emmerich,* 1867—70 t. 3; 1873; epitome 1885. — Edm. Waterton Anglus, laicus, archaeologus (1830—22. Jul. 1887) a Pio IX. insignibus Christi honoratus libellum collegit inscriptum *Pietas mariana britannica.* A History of English Devotion to the most Blessed V. Mary, Roehampton 1879. — Jo. Petr. Laur. Gaduel Massiliae n. 10. Aug. 1811, aliquamdiu congr. s. Sulp., can. theologus aurelianensis, sollicitus fuit de clericorum institutione [1]), quem in finem plures composuit libellos, quos collectos edidit sub inscriptione *Le Livre du Séminariste,* Paris 1888; 1891 ed. altera († 27. Sept. 1888). — Eodem a. obiit 14. Aug. Melchior Hausherr SJ. Helvetus n. 9. Apr. 1830. Magistrum novitiorum egit († 14. Aug. 1888). Praeter libellos asceticos, praesertim de ss. Corde Jesu, et biographias SS. juvenum edidit *Die geheiligte Handarbeit,* Lebensbilder aus dem Stande der Laienbrüder der Ges. J., Mainz, 1873; *Die wahre und falsche Ascese,* mit besonderer Rücksicht auf die alten und neuen Orden (sub nomine P. Seedorf), 1874; *Der h. Pasch. Radbertus.* Eine Stimme

[1]) Cf. Sommervogel III, 257.
[2]) Cf. Bertrand II, 462; III, 359—65.

über die Eucharistie vor tausend Jahren, ib. 1863. — Eusebius Godefroy (n. 15. Dec. 1817; † 4. Apr. 1889) SJ. praeter libellos asceticos edidit diss. *De l' Exégèse rationaliste,* Paris 1856, quae prius prodierat in Etudes I (1856), 63—184. — Henricus Pottier SJ. (n. 15. Jul. 1819; † 11. Nov. 1860) plurium veterum ascetarum opuscula vertit vel iterum edidit. Ea recenset Sommervogel VI, 1112—16 sub n. 76. — Bernardus Henr. Grundkötter Guestphalus (n. 17. Mart. 1827; † 17. Apr. 1894) parochus monasteriensis dedit *Anleitung zur christlichen Vollkommenheit,* Münster 1867; 1896 ed. 4; *Die Verfassung der Kirche,* 1870; *Fastenpredigten,* ib. 1879 et 1882; 1885 ed. 2. — Paulus Stub Bergenae in Norvegia parentibus lutheranis natus 17. Jun. 1814 puer Genuam venit et gratia duce ad fidem catholicam est conversus ac O. Barn. ingressus. Rediit postmodum in patriam atque operosum egit missionarium decessitque in urbe patria 13. Jan. 1892. Reliquit opera ascetica et *Addio al protestantismo* con dichiarazioni storiche e teologiche, Mediolani 1871. — Ant. Denis SJ. Belga operarius pro fidelium salute (n. 5. Aug. 1818; † 20. Nov. 1892) praeter opuscula, quae devotionem fovent *commentarios in exercitia spiritualia* s. P. Ignatii concionatoribus accommodavit, Mechlinae 1891—93 t. 4 in 8. — Franc. de Paula Maruri SJ. Hispalensis (n. 24. Oct. 1820; † 30. Oct. 1893), praeter libros, quibus devotionem erga ss. Cor Jesu fovere nititur, composuit quoque *Manuál de Retorica* Sagrada pro clericis, Madrid 1882; 1886.

VII.

Theologi annorum 1894—1910.

I. Apologia religionis christianae.

In editione altera t. III. (nunc t. V.) Nomenclatoris supplementi instar adjecimus sec. tertio posttridentino theologos a conc. vaticano ad a. 1893. Liceat nunc in ed. III. supplementum hoc continuare ad a. 1910, a. quo coepta fuit nova editio. Addemus igitur ordine chronologico potiores saltem philosophos christianos, uberius dein theologos, qui hac periodo obierunt, nisi eorum jam facta sit mentio in praecedentibus.

822. *Philosophis* celebrioribus accensere licet[1]) Fr. Zephyrinum Gonzales y Diaz Tunon OP., cujus mortem 29. Nov. 1894 Hispania luctu nationali prosecuta est. Natus is est Villoriae in Asturia (28. Jan. 1831). Ingressus est adolescens Ord. s. Dominici 28. Jan. 1844. Manilae in insulis philippinis philosophiae et theologiae operam dedit, ibique et professorem et priorem egit: post reditum in Hispaniam provinciae harum insularum procuratorem. Dictus est episcopus malacensis (1874), mox (1875) translatus ad sedem cordubensem, inde ad sedem archiepiscopalem hispalensem (1884), et jam post a. ad sedem primatialem toletanam: sed valetudinis gratia huic sedi renunciavit rediitque Hispalim (1885). A Leone XIII. creatus est cardinalis (10. Nov. 1884); receptus quoque est in senatum et consilium regium. Inter ejus opera eminent[1]): *Philosophia elementaris* ad usum academicae praesertim ecclesiasticae juventutis, Matriti 1868 t. 3; 1877, quam optimis libris philosophicis scholae thomisticae accenset judex in hac materia competens Matth. Schneid[2]); etiam hispanice, ib. 1873 t. 2; *Estudios sobre la filosofia de s. Tomás,* Manila 1864; germanice cur. Nolte 1885; *Historia de la filosofia,* Matriti 1879 t. 3; 1885 t. 6; *Estudios Religiosos,* Filosoficos, Cientificos y Sociales, ib. 1873 t. 2; *La Biblia y la Ciencia,* ib. 1891 t. 2; 1894 ed. 2. — Alius Hispanus antiqui prorsus moris et solide scholasticus est Jo. Jos. Urráburu SJ., philosophiae professor in collegio romano († 11. Aug. 1904), qui composuit prolixas *institutiones philosophiae* t. 8 comprehensas. Immortuus est diss. *El principio vital* y el Materialismo ante la Ciencia y la

[1]) De Orti y Lara Hispano infra loquemur.

[1]) Cf. Frühwirth Analecta OP. II, 34 ss. Hdl. I, 1732.

[2]) Lit. Hdw. 1881 c. 228.

Filosofia, quam inseruit fasciculis lit. Razón y Fe IX (1904) 325 ss.; X, 219—231. — P. M. Lopez y Martinez canonicus edidit *Logica fundamental,* Valentiae 1906 ed. 2; *Metafisica, Cosmologia, Psycologia y Teodicea,* ib. 1899 t. 2. — Ant. Hernandez y Fajarnes[1]) sagacissimi ingenii prof. in universitate caesaraugustana († 27. Mart. 1909) edidit *Principios de Metafisica.* Ontologia, Zaragoza 1887; *Psicologia,* ib. 1889. Cf. Revue des scienses phil. et théol. III, 394.

823. Hac epocha Germania gloriari potest haud paucis catholicis, qui sanae philosophiae incubuerunt studio. Huc praeprimis spectat Alb. Stoeckl Bavarus n. 15. Mart. 1823. Puer emicuit inter condiscipulos ingenii talentis, alacritate studendi, pietate et morum comitate ita ut a gymnasii initio per a. 57 nullum habuerit parem. Factus est professor philosophiae Eichstadii, dein juxta consilium moribundi Clemens Monasterii, cui et in cathedra successit (1862). Electus est canonicus eichstettensis (1871) ac docuit iterum in lyceo eichstettensi philosophiam et paedagogicam. Primum ejusdem opus est *Die speculative Lehre vom Menschen* und ihre Geschichte im Zusammenhange mit den obersten Grundsätzen der Philosophie und Theologie, Würzburg 1858. 1859, in quo exhibet historiam philosophiae veterum et temporis patrum. Hanc pro medio aevo fusius elaboravit in *Geschichte der Philosophie des Mittelalters*[2]), Mainz 1864-66 t. 3; *Geschichte der neuern Philosophie,* ib. 1883 t. 2; *Grundriss der Geschichte der Philosophie,* ib. 1894; *Lehrbuch der Philosophie,* Mainz 1868 t. 3; 1905 ed. 8. cur. G. Wohlmuth; hujus supplementum est Lehrbuch der Religionsphilosophie, ib. 1878 ed. 2; et hujus epitome *Grundzüge der Philosophie,* ib. 1892, 1910 ed. retr. *Die Infallibilität des Oberhauptes* der Kirche und die Zustimmungsadressen an H. v. Döllinger, namentlich die münstrische, Münster 1870, qui libellus admodum pupugit quosdam collegas, qui acriter eum impugnaverunt, hinc factum est, ut redierit in suam dioecesim dimissa cathedra. *De psychologia Tertullianea,* Münster 1862—63 diss. duae; *Das Christenthum und die grossen Fragen* der Gegenwart auf dem Gebiete des geistigen, sittlichen und socialen Lebens, Mainz 1879—80 t., stilo populari scriptum sicut et *Das Christenthum und die modernen Irrtümer,* ib. 1886; *Lehrbuch der Geschichte der Philosophie,* ib. 1889 t. 2; *Lehrbuch der Apologetik,* ib. 1895 ultimum ejusdem opus; *Lehrbuch der Aesthetik,* ib. 1889 ed. 3; *Lehrbuch der Pädagogik,* ib. 1880 ed. 2. Inseruit quam plurimos articulos fasc. lit. Katholik, in primis contra materialismum, quem sub omni forma in suis praemissis et consectariis impugnavit et libellis etiam seorsim editis, ut *der Materialismus geprüft* in s. Lehrsätzen und deren Consequenzen, Mainz 1877, Darwinismum, Liberalismum etc. Omnia haec scripta spiritum spirant vere catholicum miramque prae se ferunt stili claritatem. Vir enim erat piissimus, morum comitate conspicuus, zelo ardens pro catholica causa non solum scriptis sed et operibus. Studiis consumptus magno omnium discipulorum praesertim luctu 15. Nov. 1895 obiit[1]). — Huic addimus collegam in eodem lyceo optimum ejusdem indolis et spiritus Franc. de Paula Morgott (n. 12. Jun. 1829), qui totam ibidem transegit vitam ut praefectus, dein ut professor philosophiae et theologiae. Factus est et canonicus (1872), dein (1896) capituli

[1]) Antea jam diss. elaboraverat *Liturgie der alttest. Opfer* pro praemio obtinendo a facultate theol. monacensi proposito; 1861 ed. aucta et retractata.

[2]) Cf. Gla 1. II, 394.

[1]) Cf. Pruner Katholik 1896 I, 1—11. De ejus operibus Gla passim 1, II.

decanus († 3. Mart. 1900). Fuit insignis thomista, cujus sunt *Geist und Natur im Menschen,* Eichstaett 1860; *Die Theorie der Gefühle* im System des h. Thomas 1864; *Die Mariologie* des h. Thomas 1878; *Der Spender der h. Sakramente,* nach der Lehre des h. Thomas 1886. — Inseruit quoque diss. doctas fasc. Katholik: *Studien* über die ital. Philosophie in der Gegenwart (1868-70, 1873 et 1874); *Eine Studie* über den Thomismus in der Gegenwart ib. 1874—77); disseruit de *Bañez* in KLex. 1, 1948—65; *de Molina* (ib. VIII, 281—92); *de congregatione* de auxiliis (III, 897-920). Elaboravit biographias: Dompropst *Dr. Jos. Ernst,* Eichstätt 1888; *Raym. Schlecht,* weil. Seminardirector in Eichstätt, Donauwörth 1891, Dr. Fr. Leop. Freih. v. *Leonrod Bischof von Eichstätt*[1]), Ingolstadt 1892 etc. — Paul. Leop. Haffner Horbensis in regno würtenbergensi n. 21. Jan. 1829 philosophiae prof. et apologeticae in seminario moguntino, canonicus et a. 1886 episcopus moguntinus († 2. Nov. 1899), vir admodum operosus erat pro causa catholica. Cum aliis viris doctis condidit societatem literariam, quae a Görres nomen habet. Edidit *Grundlinien der Philosophie,* Moguntiae 1881—83 t. 2; *Der Materialismus in der Kulturgeschichte,* 1865, multosque libellos[2]) in fidelium utilitatem, quorum plures collecti prodierunt 1886. Inter quos *Die deutsche Aufklärung,* eine hist. Skizze, Mainz 1864 ed. 3. libellus sagax stilo sarcastico conscriptus; *Eine Studie über G. E. Lessing,* Cöln 1878. — Alius insignis philosophus[3]), qui eodem decessit a. (18. Oct. 1899) fuit, Tilmannus Pesch SJ., Coloniae n. 1. Febr. 1836. Sodales docuit philosophiam, partem quoque habuit in edendis foliis literariis Stimmen aus Maria-Laach, strenuus simul fuit operarius pro salute animarum. Plurimum contulit ad promovendum studium sanae philosophiae scholasticae. Hinc condidit *Philosophiam* quam dixerunt *lacensem,* pro qua concinnavit *Institutiones philosophiae naturalis* secundum principia s. Thomae Aq., Friburgi 1880; 1897 ed. 2. t. 2; *Institutiones psychologiae* etc., 1896—98 t. 3; *Die grossen Welträthsel,* Philosophie der Natur allen Naturfreunden dargeboten, ib. 1883; 1892; 1907 ed. 3; *Die moderne Wissenschaft* betrachtet in ihrer Grundfeste, ib. 1876 fasc. supplementarius pro coll. Stimmen aus M.-Laach; *Die Haltlosigkeit* der mod. Wissenschaft; eine Kritik der Kant'schen Vernunftkritik, ib. 1877 fasc. 3; *Das Weltphänomen.* Eine erkenntnisstheoretische Studie zur Säcularfeier von Kant's Kritik der reinen Vernunft, 1881, fasc. 16. Egregium est opus quod suppresso nomine primum edidit: *Briefe aus Hamburg.* Ein Wort zur Vertheidigung der Kirche gegen Angriffe von sieben Läugnern der Gottheit Christi, Berlin 1889 ed. 3; 1893; 1905 ed. 5., quod constituit t. 1. op. *Christ oder Antichrist* etc., cui adjecit t. alterum: *Der Krach von Wittenberg.* Blicke auf den religiösen Wirrwarr der Gegenwart, ib. 1890; 1894 ed. 2. Accedunt et diss. philosophicae in laudatis fasc. lit. et libelli in utilitatem populi christiani, et libelli egregii ascetici: *Das religiöse Leben.* Ein Begleitbüchlein mit Ratschlägen und Gebeten für die gebildete Männerwelt, Freiburg 1878; 1911 ed. 15; *Christliche Lebensphilosophie,* ib. 1895; 1906 ed. 9; *Der Christ im Weltleben* und seine kleine Unvollkommenheiten, Cöln 1896 ed. 3; 1906 ed. 16; ex gallico op. A. Baudon retractatum. Auctor quoque fuit utilissimae collectionis, opusculorum scil. in defensionem religionis pro populi instructione sub inscriptione Flugschriften *zur Lehr und Wehr,* quorum magnus prodiit nume-

[1]) Cf. Lauchert biogr. Jahrb. V (1900), 303 s.

[2]) Cf. Gla passim 1, II.

[3]) Stimmen aus Maria-Laach 57 (1899) 461—75; Lauchert allg. deutsche Biogr. 53, 19 s.

rus. — Georgius Hagemann [1]) n. in Beckum 17. Nov. 1832, philosophiae in academia monasteriensi professor typis dedit *Elemente der Philosophie,* 1868—70 t. 3, quae laudantur a claritate: ea saepius prodierunt; *Psychologie* seu t. 3. Freiburg 1897 ed. 6; 1905 ed. 7. retractata a Dyroff. Inseruit quoque diss. apologeticas fasc. Natur und Offenbarung, et historico-literarios de spiritismo in lit. Handw. († 6. Juni 1903).

824. His ex Germanis adhuc addantur Vincentius Knauer OSB. bibliothecarius in monasterio viennensi Scottorum, philosophiae in univ. lector († 1894), alterius a praecedentibus genii, cujus sunt [2]), *Grundlinien* zur aristotelisch-thomistischen Psychologie, Wie 1885 in 8; *über den Unterschied* von Traum und Wachen, Prag 1874; *Geschichte der Philosophie* mit besonderer Berücksichtigung der Neuzeit, Wien 1876; 1882 ed. 2. in 8. Disseruit quoque contra Car. Vogt (ib. 1870). — Jul. Costa Rosetti SJ. (n. Venetiis 2. Jun. 1841; † 1900) philosophiam docuit sodales. Reliquit *philosophiam moralem,* Innsbruck 1886 ed. 2; hujusque synopsin ib. 1883; *Die Staatslehre* der christl. Philosophie, Fulda 1890. — Lud. Schütz philosophiae prof. in seminario trevirensi n. 27. Apr. 1838; canonicus 1897 († 9. Dec. 1901) insignis erat philosophus, ejusque studii sunt fructus: *D. Augustinum non esse ontologum,* Münster 1857; *Der sogenannte Verstand der Thiere* oder der animalische Instinkt, Paderborn 1880; *Vernunftbeweis* für die Unsterblichkeit der menschlichen Seele, ib. 1874; *Hypnotismus,* Fulda 1897; *Unfreiheit und Freiheit* des menschl. Willens, Würzburg 1877; *Einleitung in die Philosophie,* Paderborn 1879; *Das Thomaslexikon,* 1881; 1895 ed. 2., quo theologiae et philosophiae studiosis profuit explicatione terminorum technicorum, etsi non in omnibus satis fuerit felix [1]). — Aloysius Otten philosophiae et apologeticae professor paderbornensis († 9. Mai 1900) scripsit *Allgemeine Erkenntnisslehre* des h. Thomas, Paderborn 1882; *Einleitung in die Geschichte der Philosophie.* Die Gottesidee die leitende Idee in der Entwicklung der griech. Philosophie, Paderborn 1895; *das Reich des Geistes und Stoffes,* Wien 1899 etc. Redegit et fasc. literarios Der kath. Seelsorger, quos pluribus diss. philosophicis et theologicis aluit [2]). — Henricus Haan SJ. Coloniensis (n. 10. Maj. 1844; † 2. Apr. 1909) concinnavit *philosophiam naturalem* Friburgi 1894, quae est pars VI cursus philosophici, quem in usum scholarum professores collegiorum exaetensis et stonyhurstensis SJ. (B. Boedder, V. Cathrein, Car. Frick, H. Haan) composuerunt. — Alphonsus Lehmen SJ. Westphalus (n. 5. Febr. 1847; † 1910) scripsit *Lehrbuch der Philosophie* 1899—1901 t. 2; cujus nova ed. prodiit Friburgi 1911 cur. Petro Beck. — Aliqui in suis discussionibus philosophicis disciplinarum naturalium rationem habuerunt. Ita Guilelmus Hahn auctor est op. *Die Entstehung der Weltkörper* im Sinne der bezügl. Rundschreiben Leo XIII. untersucht und beleuchtet, Regensburg 1895, quo in op. non favet mundi evolutioni per longiores periodos. — Bonum est opus *Der Mensch, die Krone der irdischen Schöpfung.* Zeitgemässe Betrachtungen über Verbreitung, Einteilung, Abstammung und Alter des Menschengeschlechtes mit einer kritischen Beleuchtung der Affentheorie, Freiburg 1890, auctore Ant. Jakob rectore scholae realium. Cum quo op.

[1]) Cf. Hdl. I, 1832; Gla 1, II passim. Alius ab eo est Hermann Hagemann Hannoveranus, de quo egimus supra p. 1529.

[2]) Cf. Studien und Mittheilungen 1894 p. 742.

[1]) Cf. Gla 1, II passim, Hdl. II, 2004.

[2]) Cf. Gla 1, II passim.

cf. quae disputat Frid. Westhoff philosophiae doctor et docens privatim zoologiam in academia monacensi († 1896) in Natur und Offenb. XXXVII (1891) 536—45 *Dryopithekus* Fontani Lartet, ein Menschenaffe der Vorzeit; XL (1894), 21—32: *Anthropopithecus erectus* Dubois, ein neuer Menschenaffe; ib. XXXVII (1891), 663—74: *Das Alter des Menschengeschlechtes;* 738—51: *Ist der Mensch ein Zeitgenosse* des Mammuth [1])? — Fr. Xav. Pfeifer Bavarus n. 16. Mart. 1829 a. 35 professor erat philosophiae in lyceo dillingano multum laudatus et bibliothecarius [2]). Versatus erat in disciplinis naturalibus, de quibus plurima edidit opuscula et diss. inseruit fasc. literariis Hofmanni Zeitschr. für mathemathischen Unterricht, Nat. u. Offenb., Jahrbuch für Philosophie ed. Commer, Philosophisches Jahrbuch, theol. prakt. Monatschr., quae Passaviae prodit († 17. Oct. 1902). *Harmonische Beziehungen* zwischen Scholastik u. moderner Naturwissenschaft mit spezieller Beziehung auf Albertus M., Thomas von A. etc., Augsburg 1881; *der goldene Schnitt* und dessen Erscheinungsformen in Mathematik, Natur und Kunst, ib. 1885 etc.

825. In Italia plures reperimus, qui praesertim Leonis XIII. hortatu exciti sedulo incubuerunt studio philosophiae scholasticae, eamque tueri, illustrare et dilatare adnisi sunt [3]). Ita Jo. Bapt. Tornatore Congr. miss. n. 1820, Placentiae theologiae professor [1]), qui in odore obiit sanctitatis (31. Jan. 1895). Disputavit *de humanae cognitionis modo,* origine et profectu ad mentem s. Thomae, Piacenza 1885; 1892 ed. 2 cum supplemento; *Expositio principii* traditi a s. Thoma A. ad naturam investigandam rei substantialis, ib. 1883. — Insignis thomista erat Alb. Barberis Monferratensis Laz., professor philosophiae (n. 16. Jan. 1847; † 2. Jul. 1896), qui subtiles inseruit diss. fasc. *D. Thomas,* quos ipse condidit [2]). — Multos articulos praesertim philosophicos inseruit Civiltà Cattolica Fr. Salis-Seewis SJ. Mutinensis (25. Maj. 1835 — 16. Jan. 1898), quam etiam redegit ab a. 1874—98). Prodierunt illi etiam seorsim *Le estasi,* le stimmate e la scienza, Prato 1892 in 12; *Visioni e allucinazioni,* ib. 1892; *Le azioni e gl' istinti degli animali,* ib. 1896; La vero dottrina di S. Agostino, di S. Tommaso e del P. Suarez *contro la generazione spontanea primitiva,* Romae 1897. Majus jam opus est: *Della conoscenza sensitiva.* Scripsit etiam contra Curci. — Philosophiam juxta s. Thomae principia ultro profitebatur Alph. M. Vespignani Imolensis n. 19. Dec. 1825. Dictus est a. Leone XIII. episcopus caesenatensis 1888. Receptus fuit inter decem socios academiae romanae s. Thomae († 11. Febr. 1904). Fructus ejus studii praeter alia sunt: *Sugli universali,* 1868; *Dell' exemplarismo Divino,*

---

[1]) Folio lit. Natur und Offenb. inseruit plures art. apolog. Bern. Altum monasteriensis (n. 31. Dec. 1824; † 1900) sacerdos, insignis zoologus, qui animo vere christiano contemplabatur naturam. Plurimum laudatur ejus opus *Der Vogel* u. sein Leben, Münster 1896. ed. 6 adversus Brehm. Cf. Gla Repertorium passim 1, II; Wolkenhauer Biograph. Jahrb. V (1900), 31.

[2]) Cf. Specht Gesch. des k. Lyceums Dillingen pag. 212—16; Gla Repert. 1, II passim.

[3]) Ad hos non spectat Thomas Mora Desanae in ditione vercellensi 16. Mart. 1815 n., theologiae in seminario vercellensi professor, et canonicus († 1895), qui de populi quidem erat sollicitus institutione, sed relicta via traditionali philosophabatur et vestigia philosophorum recentiorum (Rosmini in primis, etiam et Germaniae) sectabatur. Scripsit inter alia *La Encyclopedia scientifica,* 1856; *La vita dell' essere,* saggio d'una sintesi della teologia e della filosofia, 1857.

[1]) Cf. A. G. Tononi Biografia del Prof. G. B. Tornatore, Piacenza 1895.

[2]) Cf. A. G. Tononi Biogr. di A. Barberis etc., Piacenza ib. 1896; Polybiblion 1896 II, 271.

1861; *de Materia prima; Il rosminianismo* ed il lume intellettuale, Bologna 1887; *due Memorie* relative all'agitata q. circa l'origine dell'anima umana, con app. sulla mente di S. Tommaso d'A. intorno all'immacolata concezione della b. M. V. — Nic. Taccone Gallucci Calaber (n. 13. Oct. 1847; † 30. Aug. 1905) laicus, insignis plane philosophus, magni factus a Pio IX., qui eum octo saltem literis honoravit et equitem ordinis piani creavit, et a Leone XIII., qui eum numismate aureo donavit. Socius erat jam a. 1869 academiae religionis catholicae aliarumque societatum doctarum. Multa (ultra 40) composuit opera, etiam in alias conversa linguas, circa argumenta philosophica, politica, socialia, artistica, literaria [1]). Inter haec diuturni et indefessi studii operum patrum fructus exstitit *L'Uomo Dio,* studii filosofici estetici, Milano 1881. — Ardens thomista erat David Parmigiani Parmensis (1827—1901), in seminario patrio professor: hinc condidit *L'Eco di s. Tommaso d'A.,* quod et multis disputationibus philosophicis locupletavit. — Multum deplorat Rivista di filosofia neoscolastica 1, 403 ss. (1909) mortem Jo. Petri Rossignoli n. 3. Sept. 1851, qui prius quidem medicinae studuerat, sed vitam amplexus est sacerdotalem. Strenue laboravit pro restauranda philosophia scholastica per Italiam secundum principia s. Thomae ratione tamen habita temporis praesentis. Canonicus erat novariensis et socius academiae romanae s. Thomae († 1909). Plura reliquit opera et opuscula philosophica. Inter illa *Principî di filosofia* esposti ad uso dei Licei in armonia con lo stato presente della coltura, 1906 t. 2 ed. 6; *La famiglia,* il lavoro e la proprietà nello stato moderno, Novara 1907; *La scienza della religione; Concetto dell'autorità politica* nella sociologia cristiana, S. Benigno 1900 etc. aliaque sociologica: ipse enim de sociologia erat sollicitus, hinc pro ipso instituta fuit de ea cathedra in seminario novariensi. — V. Remer SJ. origine quidem Helvetus Neapoli tamen natus est et in Italia transegit vitam († 14. Julii 1910), atque *Summam praelectionum philosophiae scholasticae,* quas in universitate gregoriana Romae habuerat publicae luci ib. 1895 t. 2 dedit. — Ern. Fontana Mediolanensis n. 1830, in seminario patrio, dein Romae in seminario s. Apollinaris theologiae professor, episcopus demum cremensis († 3. Nov. 1910 a. aet. 80) membrum erat activum academiae s. Thomae romanae, in cujus actis plures prodierunt ejusdem diss., commentarii scil. selectorum s. Thomae art. In populi utilitatem composuit dialogos inscriptos *I tre Montanari* pro defensione articulorum fidei [1]). — Januarius Portanova Neapolitanus n. 11. Oct. 1845, in seminario neapolitano prof., archiepiscopus reginensis et cardinalis (1899; † 25. Apr. 1908), edidit *Corso di filosofia speculativa,* qui aestimatur; *Errori e delirî del Darvinismo,* Napoli 1872.

826. In Gallia [2]) quoque plures juxta principia s. Thomae philosophati sunt. Ita Petrus Maria Brin Gallus n. 19. Jan. 1843, congr. s. Sulp., quam ingressus est post a. 4 in animarum cura transactos. Mox adhibitus est ad docendam philosophiam, dein Constantiae theologiam dogmaticam: cui muneri tamen ob nimis affectam valetudinem post aliquot annos renunciare debuit obiitque jam 30. Mart. 1894. Ejus sunt [3]) *Methodus analytico-synthetica* in scientiis metaphysicis. *De Intellectualismo* juxta mentem syllabi vaticanique conc. adversus errores philo-

[1]) Molteni Lessico eccl. IV, 838.

[1]) Cf. La Scuola Catt. 1910 p. 913.

[2]) De Jo. Bapt. Jaugey († 1894) jam supra p. 1606 egimus.

[3]) Cf. Bertrand Bibl. Sulpic. II, 512—17, quia alia ejusdem recenset opera.

sophicos, praecipue rationalismum, Positivismum et novam criticen, Paris 1874—76 t. 3 in 12; cujus ed. altera inscribitur *Philosophia scholastica*, ib. 1879 t. 3; ed. 3: *Philosophia s. Thomae A.* 1881 t. 2 prorsus recognita; 1894—95 ed. 4. curantibus Barbedette et M. Farges gallice 1898. Adjecit *Histoire générale* de la Philosophie, Paris 1882—84 t. 2 in 12; *Histoire* de la philosophie contemporaine, ib. 1886 in 12; *La vie des Saints illustrée* pour chaque jour de l'année, ib. 1886; *Vie de Léon XIII.*, son siècle, son Pontificat, son influence d'après des documents authentiques, cum illustrationibus, ib. 1887; 1890 ed. 2; *La civilisation chrétienne,* Etude sur les bienfaits de l'Eglise, quod opus ex ejus schedis complevit editque Laveille sub inscriptione *L'Eglise et le progrès littéraire,* ib. (1895) t. 2 in 8. — Villard OSD. juxta doctrinam s. Thomae tractat *Dieu devant la science* et la raison, Paris 1894. 1898 t. 2 ratione habita scientiae modernae. — Flavian Abel Ant. Hugonin n. 3. Jul. 1823 aliquamdiu rexit scholam philosophicam, et factus est 1867 episcopus bajocensis. In concilio vaticano iis adhaesit, qui definitionem infallibilitatis minus opportunam censuerunt. Binam tenuit synodum dioecesanam, partem habuit in fundatione univ. parisiensis; canonicus erat honorarius duodecim dioecesium et eques legionis honoris († 2. Maj. 1898). Disputavit [1]) *de materia et forma* juxta s. Thomam, Paris 1854; *Ontologie* ou Etude sur les lois de la pensée, ib. 1856. 1857 t. 2; *Dieu est-il inconnaissable?* ib. 1895; *Etudes philosophiques* sur la première const. dogmatique du Vatican, Bajeux etc. — Elias Delmas SJ. auctor est op. solidi: *Ontologia*: Metaphysica generalis, Paris 1896. — P. Chabin SJ. concinnavit *Cours de philosophie* et histoire de la philosophie, Paris 1896 ed. 4; *Les vrais principes* du droit naturel, politique et social, ib. 1901; *La science de la religion,* ib. 1898, utilis apologia pro studiosa juventute. — Elisaeus Vinc. Maumus OP. n. 1842 auctor est op. *S. Thomas d'Aquin* et la philosophie chrétienne, études de doctrines comparées, Paris 1890 t. 2 in 12., in quo varia systemata philosophica recentiora confert cum s. Thomae doctrina; *L'Eglise et la France moderne,* ib. 1897; *La crise religieuse* et les leçons de l'histoire, Paris 1902, in quo modernae sentiendi rationi favet; *Les Modernistes,* ib. 1909, adversus Loisy. — Multum inclaruit inter Gallos Leo Ollé-Laprune Parisiensis n. 25. Jul. 1839, laicus, bonus catholicus, professor in lyceo versaliensi, qui iniquis gubernii adversus religiosos decretis adeo fortiter se opposuit, ut disciplinarem incurrerit censuram († 13. Febr. 1898). Disputavit de Aristotele et Malebranche. Reliquit *La Raison et le Rationalisme,* Paris 1906, opus posthumum et incompletum, sed lucidum, accuratum, elegans. — Alius laicus parisiensis fuit Edm. Car. Eugenius Domet de Vorges comes (n. 1829), membrum academiae romanae s. Thomae, societatis scientificae bruxellensis et praeses honorarius academiae s. Thomae A. parisiensis († 1910 a. aet. 81), qui etsi altis muneribus publicis detentus usque ad aetatem provectam studio philosophiae peripateticae et thomisticae se impendit illudque promovere nisus est pluribus articulis, diss. in variis fasc. lit. et operibus [1]): inter quae est et illud *Abrégé de métaphysique.* Etude historique et critique des doctrines de la métaphysique scholastique d'après les enseignements des principaux docteurs, 1906 t. 2. — Multum laudat Carolum Charaux professorem philo-

[1]) Cf. L'Episcopat p. 10.

[1]) Cf. ea recensita in Rivista di filosofia neo-scol. II (1910) 588; Revue des sciences, phil. et théol. IV (1910), 836; Polybiblion 1910 II, 271.

sophiae gratianopolitanum Mussiponte n. 23. Sept. 1828 († 1908) Polybiblion 1908 II, 465, quod plurima ejusdem opera recenset, deque eo censet Professeur des plus remarquables et écrivain de premier ordre . . . laisse de nombreux ouvrages, qui méritent tous d'être loues, autant pour l'harmonieuse élégance du style, que pour la hauteur de la pensée et la delicatesse du sentiment. — Ex aliis nationibus nominare licet Ant. H. H. Dupont (n. 6. Mart. 1836) professorem lovaniensem, qui theses statuit (gallice) de metaphysica christiana, Lovanii 1874; 1885; de Ontologia, 1885. Plurimas diss. philosophicas in foliis literariis publicavit[1]). — Leo Bossu n. 9. Jan. 1837 lovaniensis professor philosophiae et religionis forma magis populari dedit *Sommaire de philosophie* Lovanii 1889 ed. 3; 1893 ed. 4; *Réfutation du matérialisme* (adversus Büchner), ib. 1891 ed. 4; *Galerie de métaphysiciens contemporains,* Lovanii 1872. Quam plurimas diss. philosophicas inseruit Revue catholicae de Louvain [2]). — Fr. Pendado canonicus abulensis in op. posthumo *El Ateismo* y la syntaxis y el positivismo, Leon 1895, Balmesii vestigia premit. Prodiit illud cura Hier. Lucas professoris in seminario leonensi.

827. Jam ad religionis christianae *apologiam* accedamus, pro qua quam plurimi calamum arripuerunt. Initium ducamus a *Gallia,* in qua maxime fervebat haec pugna. Prius celebriores recenseamus, quibus alios subjiciemus ordine fere servato chronologico. Augustus Theod. Paulus de Broglie miles erat prius classicus. Militiae tamen valedixit, ut se totum causae Christi manciparet. Suscepto sacerdotio factus est professor apologeticae in instituto catholico pariensi. Verbis et scriptis operibusque misericordiae zelum vere apostolicum exercuit, donec sicarii manu 11. Maj. 1895 exstinctus est. Conférences *sur la vie surnaturelle* habitae 1878. 1880. 1881, Paris 1878—83 t. 3; *La science et la religion,* leur conflit apparent et leur accord réel, 1883 in 18; *La Morale indépendante,* ib. 1885; *La Morale évolutionniste,* 1886; *La Morale sans Dieu:* ses principes et ses conséquences, 1886 in 8; *Les nouveaux historiens* d'Israel à propos du dernier l. de M. Renan, 1888 in 8; Etude *sur les généalogies bibliques,* 1888; Conférences *sur l'idée de Dieu* dans l'Ancien T., 1872; *les prophéties messianiques,* 1904 t. 2; *Le positivisme* et la science expérim., 1880—81 t. 2; *Problèmes et conclusions* de l'histoire des religions, 1904 ed. 4: *Religion et critique,* opus posthumum ex ejus schedis collectum a C. Piat, Paris 1896, sicut et *Questions bibliques,* ib. 1897; 1904 ed. 2; *Fondements intellectuels* de la foi chrétienne, ib. 1905; *Monothéisme,* henothéisme, polythéisme, ib. 1905; *Preuves psychologiques* de l'existence de Dieu, ib. 1905. — Jos. Christianus Ernestus Bourret n. 9. Dec. 1827 Guiberto archiepiscopo turonensi quondam a secretis, juris canonici in Sorbona professor, electus est episcopus ruthenensis (Rodez 1871). Induxit plures ordines in suam dioecesim, studia ecclesiastica promovit et sub ejus cura pastorali abundarunt mirum in modum vocatiönes ad statum clericalem in utilitatem vel aliorum dioeceseon. A Leone XIII. creatus est cardinalis 12. Jun. 1893 († 10. Jul. 1896). Plura reliquit opera, ut *De schola Cordubae christiana* sub gentis ommiaditarum imperio, Paris 1855; *L'Ecole chrétienne* de Séville sous la monarchie des Visigoths, ib. 1855 Essai *sur l'origine du pouvoir civil* d'après

[1]) Cf. Univ. cath. Biogr. p. 79, Louvain 1900.

[2]) Eas recenset Univ. cath. Biogr. 1900 pag. 241.

[1]) Cf. Polybiblion 1895 I, 539; praeprimis A. Largent L'Abbé de Broglie. Sa vie, ses oeuvres, Paris 1900.

S. Thomas et Suarez, ib. 1857; *Réponse aux principales attaques* qui ont cours contre l'Eglise, Rodez 1877, quod secutum est *Réponse aux principaux sophismes* contre le droit de l'Eglise à l'enseignement, ib. 1877; *du Respect* qui est dû à la religion, à ses ministres et à ses institutions, ib. 1880; *des principales Raisons* d'être des ordres religieux dans l'Eglise et dans la societé et des injustes attaques auxquelles ils sont en butte en ce moment, ib. 1880; *381 instructiones et literas pastorales* egregias de argumentis et controversiis praesentis temporis, quarum plures E. Ricard, qui ejus vitam descripsit[1]) Paris 1896, collectas edidit, Rodez t. 2. — Fr. Lud. Mich. Maupied n. 1814 theologiae et juris canonici doctor, multorum operum fuit auctor. Hinc eruditionis fama inclaruit Romamque fuit vocatus ad paranda decreta pro futuro concilio. A Pio IX. dictus est praelatus domesticus et ab aliquot capitulis receptus canonicus honorarius († 18. Jan. 1898). Ex ejus operibus[2]) huc spectant: *Dieu, l'homme et le monde connus* par les trois premiers chapitres de la Génèse ou Nouvelle esquisse d'une philosophie positive au point de vue des sciences dans leurs rapports avec la théologie. Cours de physique sacrée et de cosmogonie mosaique professé à la Sorbonne de 1845—48, Paris t. 3 in 8; *Réconciliation* de la raison et de la foi: défense des quatre prop. émanées de la s. congr. de l'Index 1859; Commentaire dogmatique et moral des cinq premiers chapitre de l'Ev. selon s. Matthieu et s. Luc avec la concordance des deux généalogies de J.-C., 1856; *Le Syllabus* et l'Encyclique Quanta cura du 8. Dec. 1874, commentaire théologique, canonique, historique etc. 1877; *Juris canonici universi* per faciliorem methodum ad veram praxim sincere redacti *compendium* ex probatissimis auctoribus catholicis, ib. 1861 t. 2; *L'Eglise* et les lois éternelles des sociétés humaines, ib. 1863; *La vraie Religion,* Saint-Brieuc 1864 in 32; *Le futur Concile* selon la constitution de l'Eglise et la plus grave question actuelle improprement appellée la séparation de l'Eglise et de l'État devant le concile Paris 1860; *Devoirs de chrétien* devant l'infallibilité doctrinale du Pontife Romain, ib. 1870; *L'immaculée Conception* de la Très Sainte Vierge, Tourcoing 1874 in 16; *L'infaillibilité* du Pape, ib. 1874; *L'Eglise* ou la Société à laquelle il faut nécessairement appartenir pour être sauvé, ib. 1875; *de l'Origine du pouvoir civil,* Saint-Brieuc 1875 in 8; *La secte antichrétienne,* Tourcoing 1877; *L'Eglise,* Lamballe 1893 etc. — Pro infallibilitate rom. pontificis strenue stetit alius theologus gallus, qui eodem hoc a. (7. Maj. 1898) Nicae decessit, scil. Benjamin Marcellinus Constant (n. 1820) convictus institutionis rector. *L'Histoire et l'infaillibilité des Papes* ou Recherches critiques et historiques sur les actes et les décisions pontificales que divers écrivains ont crus contraires à la foi, Lyon 1859 t. 2 in 8; *L'infaillibilité du pape* et le dernier des gallicans. Réponse a Msgr. Maret, Lyon 1870 in 8; *Les Contradictions de M. Renan* ou Simple Parallèle de réponses diamétralement opposées que l'auteur de la Vie de Jésus a données à diverses questions, Paris 1863 in 8; *Le Mystère de l'Eucharistie.* Aperçu scientifique, ib. 1897 in 12. Nisus etiam est asserere *L'Apostolicité* de l'église de Viviers, 1866. — Pariter a. 1898 (3. Jan.) senex decessit Ant. Franc. Felix comes Roselly de Lorgues (n. 1. Aug. 1805), cujus l. *Le Christ devant le siècle* ou nouveaux témoignages en faveur du Catholicisme, Paris 1835, prodiit 1847 ed. jam 16; et saepius deinceps, et juxta ed. 15.

[1]) Cf. L'Episcopat p. 535; Polybiblion 1896 II, 169 s.

[2]) Cf. Polybiblion 1898 I, 173; Lorenz III, 422; VI, 242; X, 244 etc.

germanice versus a Dr. J. Röttinger, Regensburg 1845; *De la femme et du serpent,* ib. 1842. Plura reliquit opera de Columbo, cujus pietatem commendat et beatificationis causam egit. *La Croix dans les deux mondes* ou la Clef de la connaissance, ib. 1852 ed. 3. — Franc. Duilhé de Saint-Projet Tolosanus n. 15. Jul. 1822, in Instituto catholico patrio patrologiae, dein apologeticae professor atque decanus. Instituit et promovit cum d'Hulst congressus scientificos internationales († 17. Maj. 1897). Plura condidit opera solida apologetica, inter quae eminet *Apologie scientifique* de la foi chrétienne, Tolosae 1885; 1899 ed. 5. pp. 4, opus magno plausu acceptum, in 8 linguas versum, germanice a Braig pretiosis additamentis auctum 1888, in quo arma pro fide catholica haurit ex ipsis disciplinis naturalibus [1]). *Du principe d'unité* dans les recherches philosophiques, Tolosae 1855; *L'Année religieuse,* philosophique et littéraire, Tolosae 1861—66 t. 6; *L'Histoire* et les historiens de la France, ib. 1877 in 16. — Magnam in Gallia nominis famam ut apologeta, orator et criticus promeruit Ferdinandus Brunetière, qui decessit 9. Dec. 1906. Academiae erat membrum. Priori quidem vitae periodo alienus erat a religionis christianae apologia, criticum potius agebat gravem et aequum. Ex audientia apud Leonem XIII. habita in alium fere hominem est mutatus. De ea agit in articulo fasc. Revue des Deux Mondes 1895 p. 97—118: Après une visite au Vatican, in quo prae primis scientiarum naufragium (banqueroute) proclamat. Hinc incredulorum sibi concivit irrisionem. Methodo tamen utebatur non probanda, rationem enim nimis deprimit, ut extollat fidem, philosophiam quasi contemnit. Potenter egit non tam operibus quam sermonibus eloquentibus (Conférences) et sagacibus, quas pluribus in locis magno plausu habuit (Discours de combat, Paris 1903; Les Raisons actuelles de croire) etsi stilus esset implexus et impeditus [1]). Opera alia ejusdem laude digna sunt [2]): *Etudes critiques* sur l'hist. de la Littérature franc., Paris 1880—98 t. 6, ex quibus quaedam ab academia praemio fuerunt coronata; *Histoire et Littérature* ib. 1884—85 t. 2; *Questions de crit.,* 1889, et *Nouvelles quest.* de crit., 1890; *Questions actuelles,* 1907; *Essais* sur la Littér. contemp. 1893; *Nouv. essais,* 1895; *Le roman naturaliste* 1883; 1897 ed. 2; *L'évol. des genres* dans l'histoire de la Littér., 1890 t. 4; *Manuel* de l'hist. de la Littér. franç., 1897. — Eugenius Portalié SJ. quamvis nullius majoris op. auctor mentione est dignus. Natus est Mimati (Mende) 30. Jan. 1852. Sodales docuit theologiam, eandemque professus est in Instituto catholico tolosano († 20. Apr. 1909). Theologus erat admodum eruditus et perspicax, qui praesertim prae oculis habuit protestantes Galliae, contra quos scripsit *La crise du protestantisme français; les Fêtes de Nantes* et l'Impopularité du protestantisme français; *l'Action protestante* en France, in Etudes intra a. 1896—1900. Etiam Modernistas jam in antecessum aggressus est in diss. *Le Dogme et l'Histoire;* l'Explication morale des dogmes, et l'Evolutionnisme religieux, in Bulletin de Littérat. eccles. 1904. *L'Hypnotisme* [3]) au moyen âge d'Avi-

[1]) Cf. Gla 1. II, 56 ss.; Granderath Stimmen aus M.-Laach 41 (1891), 94—102; Polybiblion 1897 I, 541.

[1]) Cf. Gisler Fr. Brunetière als Apologet Katholik VI (1910), 409—436; Polyb. 1907 I, 77; J. A. Chollet Les Idées religieuses de M. Brunetière, Paris 1907.

[2]) Cf. Herders Konversationslex. II, 252.

[3]) De hoc disputavit etiam Coconnier OP. quondam in universitate friburgensi in Helvetia professor († 1908), qui edidit *L'Hypnotisme franc,* Paris 1897; *L'Ame humaine,* 1890. Magnam partem habuit in editione et directione fasc. lit. *Revue Thomiste.*

cenne à Richard de Middletown, in Etudes 1892. Sed praesertim laude digni sunt propter accurationem, soliditatem et plenitudinem ejus articuli *Augustin,* Augustinisme in Dictionnaire de théologie cath. ed. Vacant-Mangenot [1]). — Ejus sodalis Lodiel SJ. philosophiae professor et insignis apologeta († 1909) libellos apologeticos inseruit collect. Science et Religion, et praeterea luci dedit *Nos raisons de croire,* motifs de crédibilité que présente l'Eglise catholique, 1896; *Valeur historique* de l'Evangile; *Marie* Mère de Dieu, notre mère etc.

828. Hisce addantur Fr. A. Portmans O. Praed., qui adversus rationalistas nostri temporis, Renan in primis bene probat *La divinité de J.-Christ,* Paris 1887. — Concinnum et utile apologiae Compendium habes in l. *Notions élémentaires* d'apologétique chrétienne auctore Gourand, ib. 1889 in 12. — Thomas vicarius generalis virodunensis († 8. Jan. 1899) praeter alia scripsit *Le régne du Christ,* l'Eglise militante et les derniers temps, Paris 1892, quo in opere chiliasmum aperte quidem non profitetur, sed nonnihil sapit; *Les temps primitifs* et les Origines religieuses d'après la Bible et la science, 1889 t. 2. — Jos. Léman Divinionensis praeter alia proponit *La religion de combat,* illius scil. apologiam, Paris 1891. — Th. Ortolan congr. Obl. theologiae et juris canonici doctor [2]) in op. *Savants et chrétiens* ou Etudes sur l'origine et la filiation des sciences, Paris 1898 in 8., quo in op. nititur ostendere, quantum Ecclesia singulis seculis foverit scientias. *Astronomie et Théologie* ou l'erreur géocentrique, la pluralité des mondes habités et le dogme de l'Incarnation, 1894, opus ab instituto catholico parisiensi praemio coronatum. — Pugnam inter spiritum antichristianum et religionem revelatam ostendit Cam. Quivreux libellis, quos inscripsit *Le paganisme,* Abbeville 1895 s., diversis scil. temporibus historiae humani generis. Habuit et *Conférences* L'incarnation ou le Dieu-homme, Paris 1900. — Multum laudatur [1]) opus *Christianisme et Liberté* Introduction à l'étude de la foi chrétienne, Lyon 1889 t. 2 in 8. auctore H. Dunand canonico honorario lycei tolosani capellano. — J. Fontaine [2]) SJ. exponit *L'Irreligion contemporaine* et la défense catholique, Paris 1895. — Maria Bened. Schwalm O. Praed. (n. 1860; † 7. Nov. 1908) doctrina s. Thomae bene imbutus eique deditus. Revue Thomiste pluribus irrigavit diss. de theologia, sociologia et apologia, in quibus jam modernismi rationem habet [3]); *Le Christ d'après S. Thomas,* ed. a Menue, Paris s. d. (1910); *La vie privée du peuple juif* à l'époque de Jésus-Christ, opus posthumum cur. Gardeil, Paris 1910; *L'Acte de foi* est-il raisonnable? ib. 1911. — Petrus Courbet, proponit *Introduction scientifique* à la foi chrétienne, Paris 1903. — Sermones apologeticos ad populum, praesertim operariis destinatos, habuit G. Frémont canonicus pictaviensis, Pictavii n. 1852, dedit Démonstration scientifique *de l'existence de Dieu,* Paris 1896; *Les Origines de l'Univers* et de l'homme selon la Bible et les sciences, 1898; *Les Principes* ou Essai sur le problème des destinées de l'homme, ib. 1901—5 t. 6. — Sermones apologeticos habuerunt L. Poulin et A.

---

[1]) Cf. Mausbach Die Ethik des heiligen Augustin, Freiburg I p. VIII; Etudes 119 (1909, II) p. 297—302.

[2]) Cf. Lorenz XV, 387; XIX, 387.

[1]) Cf. Polybiblion 1890 I, 138.

[2]) Alius ab eo est J. Fontaine, cujus est *Les infiltrations protestantes* et l'Exégèse du N. T., Paris 1905 t. 3, in quo Loisy aggreditur, opus minus solidum; *La Théologie du N. T.* et l'Evolution des dogmes, ib. s. a. (1907).

[3]) Cf. Revue thom. XVII (1909) 95 ss., ubi eae diligenter recensentur; Rivista di Filos. Neoscolastica (1909) p. 401; Revue de Sciences phil. et theol. III (1909), 185.

Loutil, Paris 1898. — Amedeus de Margerie[1]) quondam philosophiae professor, decanus facult. literarum in universitate insulensi (n. 1825; † 1905) edidit *Theodicée,* études sur Dieu, la création et la Providence, Nancy 1865; 1874 t. 2 ed. 3; *La Philosophie négative* et la Philosophie chrétienne, ib. 1864. Scripsit et 5 ep. ad Gratry et Hefele in controversia de infallibilitate rom. pontificis, ib. 1870. — Collectionem admodum concinnam adornavit M. Mazuel *Les Meilleurs Ecrivains français* classiques et modernes apologistes de la foi chrétienne, Paris 1898. — Duplessy collegit *Les Apologistes laiques* au XIX^e^ siècle, ib. 1893, qua in coll. recenset testimonia et jam incredulorum pro fidei christ. veritate. — M. A. de Lapparent Bituricensis n. 30. Dec. 1839, professor geologiae et mineralogiae in instituto catholico pariensi, membrum academiae scientiarum ejusque secretarius perpetuus († 5. Maj. 1908) in pluribus suis operibus revelationis apologetam agit: *Science et Apologétique,* 1910 ed. 8; *Les Silex taillés* et l'ancienneté de l'homme, t. 2 in 16. in coll. Science et Religion; *La Providence créatrice,* ib. et art. foliis lit. insertis[2]).

829. Magnus quoque fuit apologetarum in *Germania* numerus, praesertim contra rationalistarum ausus, quos plus minusve ordine chronologico recensebimus. Ita Petrus Hake (n. 29. Dec. 1827; † 1894) religionis prof. in gymnasio arnsbergiensi pro suis discipulis scripsit (sed eorum captui et indoli minus accommodate) *Katholische Apologetik,* Freiburg 1890; 1892 ed. 2; *Die Religion* als tiefstes Fundament der socialen Ordnung, 1891; *Handbuch der allgemeinen Religionswissenschaft,* ib. 1875—1887 pp. 2; *Pragmatisch - systematische Darlegung der Apostelgeschichte* nach ihrem Hauptinhalt, zugleich als Apologetik der Kirche und allgemeine Einleitung ins N. T. Mit besonderer Berücksichtigung des neueren Kriticismus, Paderborn 1867; *Die Apostelgeschichte* übersetzt und erklärt, ib. 1868. — Ludgerus Kleinheidt capituli coloniensis decanus et vicarius generalis († 1894) scripsit *Die Wunder* und ihre Beweiskraft, Köln 1862 in 4. — Huc referri potest Jos. Hanimair gymnasii magister et director convictus (n. 28. Jan. 1832; † c. a. 1895), sacerdos beneficiatus, *Bibel der natürlichen Religion* (praeambula fidei). Lehr- und Betrachtungsbuch für Jedermann etc., Linz 1887. Collegit quoque hymnos sacros in usum studiosorum, 1868. — Christianus Hold parochus et decanus brevem sed sagacem et popularem offert apologiam religionis catholicae in l. *Vernünftiges Denken* und katholischer Glaube, Kempten 1896. In Katholik 1872 II, 455—488; 559—84 disserit *zum Verständniss der organ. Welt* mit besonderer Berücksichtigung der Lehre Darwins, scil. de speciebus et varietatibus, de origine organismi[1]). — Plures libellos apologeticos[2]) emisit Adolphus Roettscher parochus Huysburgi prope Erfordiam, canonicus honorarius paderbornensis († 1896), inter quos ex. gr. *Die Segnungen* (12) der Reformation, Francofurti a. M. 1883. — Andreas Schill n. 9. Jun. 1849 in oppido Brisgoviae Siensbach, Hettinger etiam et Hergenroether discipulus Wirceburgi, ubi 23. Jul. 1873

[1]) Cf. Polybiblion 1905 II, 360. Alius ab eo est C. A. Margerie, cujus exstat *L'Eglise glorifiée,* par les Saints, Lyon 1899 t. 3 — et Eug. de Margerie Parisiensis n. 1820; cujus praeter alia est *Histoire de l'Eglise* pour faire suite aux causeries sur l'Ancien T. et le N. Testament Paris 1878; 1894 ed. 2.

[2]) Cf. Revue des Sciences phil. et théol. 2, 624.

[1]) Cf. Gla 1, II, 186; 511. — Contra eundem disseruit etiam Franc. Resch SJ. professor gymnasii linc. scientiae naturalis († 25. Jun. 1891).

[2]) Cf. ib. passim in Natur und Offenb. Cf. Gla 1, [illegible] passim.

theologiae doctor est creatus. Post animarum curam obtinuit 1889 Apologeticae cathedram Friburgi atque director convictus theologici friburgensis est constitutus (1889). Non diu duplici huic muneri vacare potuit morte abreptus 9. Maj. 1896. Concinnavit[1]) *Theologische Principienlehre.* Lehrbuch der Apologetik, Paderborn 1895; 1903 ed. 2. novis curis Oscari Witz ed. 3 curante H. Straubinger 1909; *Die Constitution Unigenitus,* ihre Veranlassung und ihre Folgen. Ein Beitrag zur Geschichte des Jansenismus, nach den Quellen dargestellt, Freiburg 1876. — Philippus Wasserburg Moguntiae n. 11. Octobris 1827 († 1897) sub nomine Phil. Laicus plura edidit[2]). *Atheismus und Gottesglauben.* Gläubige Antworten auf atheistische Fragen, Mainz 1887; *Kreuz und Kelle,* 1880; *Kreuz und Halbmond,* 1883; *Was will die Socialdemocratie,* 1891; *Liberale Phrasen* beleuchtet, Mainz 1871; *Das Evangelium* der liberalen Toleranz unter kritischer Sonde (adversus Lessing), ib. 1873. Condidit et redegit folium menstruum *Die Wahrheit* spiritu apologetico. — Herm. Jos. comes de Fugger-Glött SJ. (n. 3. Febr. 1833; † 1902) praeter alia edidit[3]) *Krezufahrer-Blätter,* 1894—97 t. 3, libelli utiles adversus incredulos. Ediderat jam antea *Kreuzfahrer-Lieder* 1893; *Christus der Weg, die Wahrheit und das Leben,* Mainz 1867; *Der alte Christusglaube* voll und ganz auf der Höhe des 19. Jahrh.; *Warum sind wir römisch-katholisch?* weil wir vernünftig sind, Regensburg 1874; *Die Staatsgefährlichkeit* der röm.-katholischen Kirche, ib. 1874. — Parochus Jos. Hössle in ducatu badensi publicae luci utiles dedit *Abendunterhaltungen* über religiöse Zeit- u. Streitfragen in Zwiegesprächen zwischen Bauersmann, Fabriksarbeiter u. Pfarrer, Freiburg 1898 ed. 2. — Ingeniosam apologiam religionis christianae instituit Emilius Lingens SJ. Aquisgranensis quondam in universitate oenipont. dogmaticae prof. († 17. Nov. 1899) in opusculo *Die innere Schönheit* des Christenthums, Freiburg 1895; 1902. — Huc referri potest F. A. Car. Krauss, qui carceribus detentorum curam gessit pastoralem Friburgi in Brisgoja († c. 1900), qui describit *Die Gefangenen und die Verbrecher* unter dem Einflusse des Christenthums. Geschichtl. Ueberblick umfassend die ersten 17 Jahrh., Heidelberg 1889, qui libellus eruditus merito viris arrisit doctis, quare auctor haec studia prosecutus est, quorum fructus fuit opus jam majus[1]): *Im Kerker vor und nach Christus.* Schatten und Licht aus dem profanen und kirchlichen Kultur- und Rechtsleben vergangener Zeiten, Freiburg 1895. — Jos. Wick canonicus wratislaviensis (n. 28. Aug. 1820; † 1903) edidit *Sieg der Wahrheit* über alte und neue Irrthümer, Regensburg 1858; *Die wahre Religion.* Ein kath. Volksbüchlein, der Wahrheit zum Schutz, der Lüge zum Trutz, ib. 1862 ed. 3., egregium opusculum; *Glaube und Wissenschaft.* Vorträge aus dem Gebiete der Religion und der Natur, Breslau 1888; *Das Büchlein vom Papste* oder Antwort auf 32 Aber, auctore Ring, auctum Regensburg 1862; *Christus der Sohn Gottes,* Kanzelvorträge. Als Einleitung, eine kurze Abhandlung über Echtheit der Evangelien, Breslau 1850; *de principio traditionis cath.* s. Scriptura et universa antiquitate christiana comprobata, ib. 1847. — Huc referri potest Nic. G. Edm. Hardy Moguntinus n. 9. Jul. 1852, Friburgi in Br. philosophiae, dein scientiae comparativae religionum Friburgi in Helvetia professor (1894—97; † 10. Oct. 1904), versatissimus in scientiis Indorum religiosis, de quibus multa

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 54, 15; Mayr Dr. A. Schill, Freiburg 1896.

[2]) Cf. Kürschner Deutscher Lit. Kal. XVI (1894) 1266.

[3]) Cf. Gla 1, II passim.

[1]) Cf. Gla 1, II, 258.

edidit et inseruit fasc. literariis Darstellungen aus dem Gebiet der nichtchristl. Religionsgeschichte *Archiv für Religionswissenschaft*[1]). Pro theologis utilis praesertim est libellus: *Der Buddhismus* nach ältern Pâli-Werken dargestellt, Münster 1890; *Buddha* 1903 etc.

830. Jam sequuntur auctores, qui in hac disciplina maxime inclaruerunt singularemque nominis famam sunt adepti. Ludov. de Hammerstein n. est in arce Gesmode regni Hannoverani 1. Sept. 1832, atque prius juri erat addictus muneribusque publicis, gratia vero Dei juvante fidem amplexus est catholicam (1855) et ingressus Soc. Jesu. Docuit aliquamdiu sodales jus canonicum (1870—74). Morbis tamen praevalentibus totum libris componendis incubuit utilesque prorsus edidit, qui et saepe prodierunt; ita *Edgar* oder vom Atheismus zur vollen Wahrheit, Trier 1894 ed. 8; *Die Gegner Edgars* und ihre Leistungen, ib. 1887 ed. 2; *Begründung des Glaubens* pp. 3, ib. 1891—94, prioris operis ampliatio; *Erinnerungen eines alten Lutheraners,* Freiburg 1882, opus egregium lectuque dignum, 1905 ed. 5; *Die Zukunft der Religionen,* Trier 1898, quo in l. etiam de missionibus deque fecunditate Ecclesiae catholicae disserit; *Meister Breckmann,* wie er wieder zum Glauben kam und aufhörte Socialdemokrat zu sein, ib. 1888 ed. 3; *Das Christenthum und seine Gegner,* Judenthum, Buddhismus, Dr. Paulus, D. Strauss, Renan, Harnack, von Egidy u. A., ib. 1900 ed. 3., opus egregium et utile; *Winfrid* oder das sociale Wirken der Kirche, ib. 1889; 1895 ed. 4; *Das Glück katholisch zu sein,* ib. 1897; *Sincerus,* ein evangelischer Theologe der Urkirche (qui in cryptis romanis convertitur), ib. 1890 ed. 2; *eine Perle die den Protestanten verloren ging* (ss. eucharistiae sacramentum), Berlin 1893; *Kontrovers-Katechismus,* Trier 1901 ed. 10; *Kirche und Staat* vom Standpunkte des Rechtes aus, Freiburg 1883; latine Trier 1893. *Charakterbilder,* 1897—1902 t. 3; et plura alia opuscula apologetica[1]) pro populo, ascetica et diss. in Stimmen aus Maria-Laach etc. Op. selecta prodierunt Treviris 1898-1900 t. 6. Vir erat piisimus, comis, zeli indefessi pro Ecclesia cath. Decessit 15. Aug. 1905. — Eodem a. obiit 1. Jun. Paulus de Schanz theol. in omni disciplinarum genere siquis unquam eruditus, ut fere in singulis mentione speciali sit dignus[2]). Patria erat Horbensis n. 4. Mart. 1841. In universitate tubingana cathedram rexit exegesis N. T., dein theologiae dogmaticae et apologeticae. Vir erat indefessi laboris, vigoris adamantini. Tria themata ab universitate proposita cum fructu solvit. Etiam in scientiis mathematicis et naturalibus erat bene excultus, de quibus et scripta edidit haud contemnenda. Haec potiora ejusdem opera: *Apologie des Christenthums,* Freiburg 1887—88 t. 3; 1895—98 ed. 2 quam maxime aucta; 1903—6 ed. 3; 1910 ed. 4. cur. W. Koch, inexhaustum notitiarum et opinionum ad hoc argumentum spectantium repertorium, sed minus ad formam didacticam redactum[3]). *Ueber neue Versuche der Apologetik* gegenüber dem Naturalismus und Spiritualismus, Regensburg 1897, in quo traditionalem methodum apologiae religionis christianae minus opportunam censet: hinc Glossner pro ipsa stat in diss. *Die angebliche Krise* in der Apologetik in Jahrbuch f. Philosophie und spec. Th. XIII. (1899),

[1]) Cf. Hdl. I, 1850; Streitberg Hochland 1904—5 I, 427—45; et in biogr. Jb. X (1905), 337—43.

[1]) Cf. passim Gla 1, II; Stimmen aus Maria-Laach 1905 II, 233 s.

[2]) Cf. A. Koch in theol. Zeitschr. Tübingen 88 (1906) 102—123.

[3]) Cf. Gla 1, II, 34 ss. Contra t. 1. stilo acri scripsit Dr. C. Braig *Gottesbeweis* oder Gottesbeweise. Würdigung neuer u. neuester Richtungen in Briefen an Pr. Dr. K. Gutberlet, Stuttgart 1888.

130—58; *Die christl. Weltanschauung* und die modernen Wissenschaften, Tübingen 1876 in 8; quod argumentum iterum tractavit in diss. *Die alte und neue Weltanschauung* in Theol. Qtlschr. 1890 pag. 436—85; *Das Alter des Menschengeschlechtes* nach der h. Schrift, der Profangeschichte und der Vorgeschichte, Freiburg 1896; *Galileo Galilei* und sein Prozess, Würzburg 1878; *Die Lehre von den h. Sacramenten* der kath. Kirche, Freiburg 1893; *Die Wirksamkeit der Sacramentalien* in theol. Qtlschr. 1886 p. 548 ss. *Die Komposition* des Matthäus-Ev., Tübingen 1877; Kommentar *über das Ev. des h. Matthäus,* Freiburg 1877; *über das Ev. des h. Markus,* ib. 1881 in 8; *über das Ev. des h. Lukas,* Tübingen 1883; *über das Ev. des h. Johannes,* Tübingen 1883-85, qui Commentarii sunt admodum critica et philologico-historica methodo elaborati. Inseruit innumeras doctas et prolixas diss. apologeticas, criticas, dogmaticas, biblicas, literarias etc. fasciculis literariis, praesertim tubingensibus [1]). Edidit quoque Aberle Einleitung in das N. T., Freiburg 1877. Iterum edidit Möhler *Neue Untersuchungen* der Lehrgegensätze zwischen Katholiken und Protestanten, Regensburg 1900 ed. 5. — Aloysius de Schmid [2]) Zaumbergae in Bavaria n. 22. Dec. 1825 relato praemio pro thematis a facultate theologica monacensi statuti solutione creatus est theologiae doctor (1850). Factus est philosophiae professor in lyceo dillingano (1852), inde ad universitatem promotus est monacensem professor theologiae dogmaticae et apologeticae (1866), quam cathedram rexit ad a. 1903. Receptus est inter praelatos domesticos suae Sanctitatis († 16. Mart. 1910). Plura composuit opera testes sagacis speculationis et eximiae eruditionis. In iis libenter exponit doctrinam de modo cognitionis philosophicae et theologicae circa revelationis apologiam. Potiora sunt *Die Bisthumssynode,* Regensburg 1850—51 t. 2; *Die thomistische und scotistische Gewissheitslehre,* Dillingen 1859 diss.; *Wissenschaftliche Richtungen* auf dem Gebiete des Katholicismus, München 1862, cui opposuit acri stilo Wilh. Knipping *Das chimärische Problem* gewisser Glaubenslehren. Als solches dargestellt durch Glossen zu einigen Partien aus dem Werke des j. Dr. Schmid: Wissenschaftliche Richtungen etc., Münster 1864. *Wissenschaft und Auktorität* mit besonderer Rücksicht auf die Schrift von Konst. v. Schäzler: Neue Untersuchungen über das Dogma von der Gnade und das Wesen des christl. Glaubens (mit besonderer Rücksicht auf die dermalige Vertretung der k. Dogmatik an den Universit. zu Tübingen, München und Freiburg), München 1868. *Untersuchung* über den letzten Gewissheitsgrund des Offenbarungsglaubens, ib. 1879; *Erkenntnisslehre,* Freiburg 1890 t. 2, opus magni momenti; *Apologetik* als speculative Grundlegung der Theologie, ib. 1900. Inseruit et diss. variis foliis literariis.

831. Hisce addantur Guil. Abel theologiae doctor, congr. miss. sodalis († 28. Oct. 1909), qui sub nominibus Klein, Faber nonnulla edidit. — Car. Braun SJ. ob opus sagax et praestans *Ueber Kosmogonie* vom Standpunkt christl. Wissenschaft nebst einer Theorie der Sonne und einigen darauf bezüglichen philos. Betrachtungen, Münster 1895 ed. 2 [2]); 1905 ed. 3. Natus

[1]) Cf. passim Gla 1, I et II.

[2]) Alius est ejus collega Andreas Schmid († 1911), cujus est *Der christliche Altar* u. sein Schmuck archäologisch-liturgisch dargestellt, Regensburg 1871 in 8.

[1]) Cf. Specht Geschichte des k. Lyc. Dillingen p. 210; philosophisches Jahrbuch XXIV (1811), 104—12 et praesertim ejus vitam a fratre conscriptam et cum aliquot ejusdem scriptis editam 1911; Gla 1, II, passim, praesertim p. 5 et 344.

[2]) Cf. Linsmeier SJ. in Natur u. Offenb. 54 (1908), 193—200 et 274.

est C. Braun Neostadii in Hassia 1831. Collegii germanici fuit alumnus et carus celebris astronomi Secchi discipulus, quocum quamdiu is vixit familiariter est per literas conversatus. Eum etiam ad tempus Romae supplevit. Valetudinis causa redire coactus est in Germaniam. Magnas partes habuit in erectione observatorii astronomici colocsensis, cui et praefuit. Sagacissimi erat ingenii ad excogitandas et construendas machinas et instrumenta physica et astronomica, plurimasque inseruit diss. doctas astronomicas etc. foliis literariis. Viri eruditi vel protestantes ejus eruditionem, accurationem, sagacitatem encomiis prosecuti sunt († 3. Jun. 1907). — Alius ab eo est Car. Braun Aschaffenburgensis n. 31. Dec. 1841, strenuus pro causa cath. per Germaniam pugil, canonicus et parochus cathedralis wirceburgensis († 24. Oct. 1909). Scripsit adversus Schell, Ehrhard, Geiger, Americanismum etc., et *Geschichte der Heranbildung des Klerus* in der Diöcese Würzburg 1889; 1897 ed. 2; *Die kath. Predigt* während der Jahre 1460—1650 über Ehe, Familie, Schule 1904; *Bilder* aus den socialen Bestrebungen, 1895—1905 pp. 4. etc. — Bonif. Platz O. Cist. Alba. Regalensis (Stuhlweissenburg) n. 12. Sept. 1848, regius studiorum director (1909) disseruit docte [1]) in op. *Der Mensch,* sein Ursprung, seine Rassen und sein Alter, Würzburg und Wien 1887—88 fasc. 13 cum plurimis illustrationibus; 1898 ed. 3; *Die Völker der Erde,* ib. 1880—93 t. 5. — Guil. Schneider n. Gerlingae 4. Sept. 1847, theologiae moralis professor Paderbornae, ibidem canonicus (1892), capituli praepositus, demum episcopus (1900; † 31. Aug. 1909), in suis scriptis rationem habuit scientiarum modernarum. Praeter opuscula ascetica edidit *Das andere Leben,* Ernst und Trost der christl. Welt- und Lebensanschauung, Paderborn 1879; 1909 ed. 10; *Der neuere Geisterglaube* Thatsachen, Täuschungen u. Theorien, Paderborn 1882; 1885 ed. aucta et retractata, opus sagax et utile, in quo spiritismi phaenomena pleraque naturalia censet [1]); *Die Naturvölker.* Missverständnisse, Missdeutungen u. Misshandlungen, ib. 1885. 1886 t. 2, cujus t. 2. inscribitur: *Der Naturmensch* nicht Affenmensch, nicht der Urmensch der Entwicklungslehre, Kulturfähigkeit desselben; opus magni momenti pro apologia religionis christ.; *Die Religion der afrikanischen Naturvölker,* Münster 1891, opus eruditum et accuratum; *Allgemeinheit und Einheit des sittlichen Bewusstseins,* 1895; *Die Sittlichkeit* im Lichte der Darwinischen Entwicklungslehre, Paderborn 1895, opus egregium; *Göttliche Weltordnung* und religionslose Sittlichkeit [2]), 1900; 1910 ed. 2. etc. — Petrus Nilkes SJ. († 1907), qui fidelibus praebet *Schutz und Trutzwaffen gegen den modernen Unglauben,* Kevelaer 1900 pp. 2, et saepius; 1902 ed. 7.

832. Ex *Belgis* hic nominare licet praeter alios sane doctos, virum in literis orientalibus singulariter doctum, Car. Jos. de Harlez de Deulin, qui patria fuit Leodiensis n. 21. Aug. 1832; prius jurista, dein sacerdos et professor in universitate lovaniensi, socius academiae belgicae aliarumque societatum doctarum et praelatus domesticus suae Sanctitatis († 14. Jul. 1899). Ingens est operum ipsius numerus [3]), quae maxima ex parte sunt versiones librorum religiosorum sectarum Asiae, orientalis, Zoroastri et Avestae asseclarum, Sinensium, Tartarorum, buddhist. etc.

[1]) Cf. Gla 1, II, 178.

[1]) Cf. Ztschr. für kath. Theologie 1886 p. 540—45.

[2]) Cf. Kirchl. Handlexikon II, 1977; Gla 1, II, 176. 191. 227. 455.

[3]) Bibliogr. de l'univ. cath. de Louvain 1834—1908, Louvain 1900 p. 230—37 sub n. 199; Polybiblion 1899 II, 179.

La Bible dans l'Inde, Paris 1883; *The Age of the Psalms,* Londini 1862 etc. Quatenus ejus opera apologetis religionis christianae suppetias ferre possunt, praetermittendus non erat. — *Batavus* fuit Sybrandus van den Anker SJ. (n. 16. Jul. 1822; † 9. Apr. 1894), mathesis, physicae et juris naturalis professor, qui plurimas diss. apologeticas per folia literaria vulgavit [1]). — In *Anglia* [2]) emicuit Thomas Guil. Allies, n. 1816 parentibus anglicanis, qui Oxonii splendide absolutis studiis mox pinguem adeptus est parochiam. Factus est postea capellanus episcopi londinensis et examinator synodalis. Ardenter inhaesit vestigiis Pusey nisusque est ab ecclesia anglicana amoliri schismatis crimen tanta sagacitate in op. *The Church of England* cleared from Schism, London 1848, ut collegae ei gratularentur. Sed continuato studio agnovit [3]) errorem atque fidem amplexus est catholicam (11. Sept. 1850), suoque priori operi opposuit *The See of St. Peter* the Rock of the Church, the Source of Jurisdiction and the Centre of Unity, Londini 1850; 1896 ed. 4. Aliquamdiu docuit in universitate dublinensi philosophiam historiae, postea Londinum rediit totus deditus scholis pauperum catholicis. Opus ejus principale est *The Formation of Christendom,* Londini 1865—96 t. 8, in quo ostendit internam Ecclesiae explicationem ejusque ad societatem civilem habitum et influxum. *Per crucem ad lucem,* ib. 1879 t. 2; *A Life's Decision* [1]), ib. 1880; 1894 ed. 2; germanice Cöln 1881, quaedam autobiographia (1837—50), opus plane praestans; *Dr. Pusey* and the ancient Church, ib. 1866. Obiisse legitur 1903. — Celebre nomen adeptus Thomas *Bridgett* Congr. ss. Red. Natus est Derbii 20. Jan. 1829 parentibus non catholicis, qui filium ne baptizandum quidem esse censuerunt. Puer tandem a. 14. baptismum accepit a ministro anglicano. Studiis operam dedit in collegio s. Joannis Cambrigiae. Controversiis tunc temporis Oxonii de vera fide excitus et celebrium virorum Newman et Manning sermonibus motus veram agnovit fidem eamque est amplexus 12. Jan. 1850: imo ingressus est congreg. ss. Redemptoris, in qua magno ardore curae animarum se dedit non ita tamen ut compositionem operum negligeret, quibus apologiam fidei catholicae instituit. Ea se commendant soliditate et eruditione, stilo nobili et irenico. Inter ea sunt *Ritual of the New Testament.* An Essay on the Principles and Origins of catholic Ritual, Londini ed. 3., in quo etiam de sua agit conversione; *Our Lady's Dowry;* How England gained and lost that Title, Londini 1890 ed 3., opus mariologicum [2]), germanice interprete H. Dohm, Paderborn 1895; *History of the Holy Eucharist* in England [3]), London 1881 t. 2; *Life of Blessed John Fisher* etc., Londini 1886; 1890 opus accuratum, diligens, pretiosum, sicut et altera biographia *Life and Writings* of Sir Thomas More Lord Chancellor etc., ib. 1891; 1898 ed. 2; ex hujus opp. concinnavit *The Wisdom and Wit* of Blessed Th. More, ib. 1892. *The true Story* of the catholic Hierarchy deposed by Queen Elizabeth. With Fuller Memoirs of its last two

[1]) Cf. Sommervogel VIII, 1655—58.

[2]) Anglus fuit Ge. Tyrell († 15. Jul. 1909) quondam Soc. Jesu, qua tamen egressus est unusque fuit ex praecipuis modernistis. Cf. Katholik 1909 II, 160 a.

[3]) Cf. Rosenthal III, 511—31. Ejus filia Maria scripsit *The Life of Pie VII.,* Londini 1875; 1897 ed. 2; *Three Catholic Reformers* of the 15th. Century, ib. 1878; *Hist. of de Church in England,* ib. 1892-95 t. 2. Cf. Hdl. I, 147.

[1]) Cf. Bellesheim Katholik 1880 II, 276-95; Zimmermann Ztschr. für k. Theologie XIX (1895), 346 s. et XXI (1897), 522—24.

[2]) Cf. Bellesheim hist.-pol. Bl. LXXVII (1876), 839—58.

[3]) Cf. Bellesheim Kath. 1881 I, 582-92.

Survivors [1]), ib. 1889; *Blunders and Forgeries.* Historical Essays, ib. 1890, collectio diss. et articulorum lapsu temporis in variis fasciculis literariis ed., quibus varia mendacia et calumniae historicae contra catholicos diffusae dissipantur; aliae diss. utiles et solidae prodierunt in fasciculis lit. [2]). *Characteristics* from the Writings of Nic. C. Wiseman, ib. 1898. Decessit vir egregius 17. Febr. 1899. — Anglice scripsit, etsi natione esset Germanus, Joannes Gabriel Leo Meurin n. 23. Jun. 1825 Berolini, qui sacerdos Soc. J. est ingressus (8. Apr. 1853) et in Indiam missus (1858), ubi philosophiam et theologiam docuit. Dictus est episcopus ascalonensis et vicarius apostolicus bombayensis et administrator ecclesiae poonensis. Plurimum promovit missionem per Indiae partes, scholas condidit, instituta pia fovit et uniones salutares, schisma a Mellus ep. excitatum composuit, patronatui lusitano per Indiam acriter se opposuit. Hinc sedi suae renunciare debuit et translatus est titulo archiepiscopi honoratus ad sedem Portus Ludovici in Mauritii insula (1887), ubi eadem industria missionis opus continuavit († 1. Jun. 1895). Plura reliquit [3]) de controversiis opera adversus anglicanos, Brahmanos, quorum aliqua collecta prodierunt in op. *Select writings*, Bombay 1891 in 8; *La lutte de l'enfer* contre le ciel. Conférences (5) sur les superstitions anciennes et modernes, Port-Louis 1890; *La franc-maçonnerie* synagogue de Satan, ib. 1893, aliaque inseruit in Annales de l'Union cath. de l'île Maurice. — Ejus sodalis, qui eodem a. (16. Jul. 1895; n. 27. Oct. 1819) obiit et diu missionarium in Syria egit (ab a. 1849) Ludov. Xav. Abougit Gallus opuscula quaedam polemica Beyruthii edidit, et plures literas, quae de missionibus agunt, foliis inseruit [1]). — In *America* J. A. Zahm C. S. C. prof. physicae in universitate N. Dominae Philadelphiae utile concinnavit opus *Catholic Science* and Catholic Scientists, Philadelphiae 1893, in quo ostendit stilo populari veram religionem inter et scientias pugnam non esse, Ecclesiam catholicam scientiam et culturam quam maxime promovisse, defectionem ab Ecclesia et religione christiana sistere progressum in scientia, imo ei afferre perniciem [2]).

833. In *Hispania* emicuit Antolinus Monescillo y Viso n. in Corral de Calatraba archidioecesis toletanae 2. Sept. 1811. Absolutis laeto successu studiis cathedram rexit theologiae in seminario toletano, factusque est canonicus granatensis (1852), scholasticus, et episcopus calaguritanus (1861). Post quadriennium translatus est ad sedem gianensem (Jaën), inde ad sedem archiepiscopalem valentinam (1877), demum ad sedem primatialem toletanam (1892) et honoratus a Leone XIII. purpura (1884). Decessit 11. Aug. 1897. Opera bona hispanice vertit, inter quae *Diccionario de teologia* auctore Bergier, Madrid 1845, cui Supplementum adjecit, ib. 1857 in 4. Clarus erat orator: prodiit *Colección de sermones-homilias* para todos los domingos y fiestas principales del año, ib. 1873—74 t. 6 in 8; *Jesu-Cristo* maestro divino de las naciones, ib. 1876 in 8. — Jos. Salamero y Martinez edidit *La Apostasia castigada:* Correspondencia epistolar con Don Tristan Medina sectario arrepentido, Madrid 1896 in 12. Medina ille erat sacerdos cubensis, clarus concionator, qui tamen vanitate elatus in praeceps ruit. Ope Salamero sui amici post acrem et diuturnam luctam ad

[1]) Cf. Bellesheim hist.-pol. Blätter CV (1890), 278—289.
[2]) Eas diligenter recenset Bellesheim Katholik 1899 II, 289—311.
[3]) Cf. Sommervogel IX, 674 s.; Hdl. II, 958.

[1]) Cf. Sommervogel VIII. 1564 s.
[2]) Cf. Gla 1 II, 631.

meliora rediit sensa. Literis eruditis magna unctione conscriptis, quibus constat opus, gradatim sacerdotis illius infelicis cor illustrare, mollire, reformare studet, unde lectio magnae erit utilitatis. — Joachim Rubió y Ors rector magnificus universitatis barcinonensis, decanus facultatis literarum, eques ordinis regii Isabellae Catholicae et praeses honorarius academiae barcinonensis, laicus († 7. Apr. 1899) scripsit praeter alia [1]) *Los supuestos conflictos* entre la religión y la ciencia, 1881; *Manual de eloquencia sagrada,* 1853 etc. — Thomas Cámara y Castro OSAEr. n. 19. Sept. 1847 Torrecillae de Cámeros in Hispania degit aliquamdiu in missionibus philippinis. Redux lectorem egit factusque est episcopus auxiliaris toletanus (1883), dein (1885) ordinarius salmanticensis († 17. Maj. 1904). Praesul erat strenuus et operosus, concionator insignis, scriptor ferax, sed ejus scripta (55) fere attingunt argumenta politica [2]). Huc spectat *Contestatión á la historia* del conflicto entre la religión y la ciencia famosi Draper, Valladolid 1880 ed. 2; *Vida de S. Juan de Sahagún,* Salmanticae 1891; germanice in compendium redacta, Wirceburgi 1892. Curavit ed. opp. theologicorum celebris Lud. Legionensis, Salmanticae 1891—95 t. 7. — Eundem Draper, quem modo nominavimus, splendide refutavit Jo. Manuel Ortí y Lara in op. *La Ciencia y la divina Revelación* [3]), Madrid 1881, quod academia regia matritensis praemio coronavit, Schütz germanice vertit, Paderbornae 1884. Natus est Orti y Lara Mormoleji in Hispania 29. Oct. 1826, professione advocatus, dein philosophiae professor in universitate matritensi, quam solide tradebat juxta principia s. Thomae. Plura de ea edidit opera. Ita *Lógica,* Madrid 1885; *Principios de psicologia ...* mirando el estado actual de la cultura moderna, Madrid 1890 t. 1; *Krause y sus discipulos,* ib. 1864, quos impugnat. *La Inquisición,* ib. 1877 ed. emendata et aucta: prius prodierat in fasc. *El Siglo futuro,* apologia bona († 7. Jan. 1904). — Eodem a. decessit Eduardus Llanas Sch. p. vicarius generalis per Hispaniam et Americam. Natus erat 13. Oct. 1843 in Binéfar Aragoniae oppido. Aliquamdiu missionarium egit in insula Cuba. Post octennium in Hispaniam rediit. Magnos plausus retulit Barcinone suis sermonibus quadragesimae tempore. Receptus est inter socios academiae barcinonensis et a Leone XIII. inter consultores congregationis Indicis. Cum strenuus doctusque esset apologeta [1]), praeter plurimos articulos apologeticos foliis literariis insertos edidit *Idea de la verdadera religión;* Los seis dias de la creación; El diluvio etc. — Praeter Jul. Furgus SJ. († 1909) insignem archaeologum. Cortés episcopus auxiliaris barcinonensis, antea in seminario professor et praeses antiquae academiae s. Thomae († 19. Mart. 1910) redegit *La Ciencia Católica,* atque edidit *Naturalismo y Sobrenaturalismo* en sus relaciones con la ciencia [2]). — Eodem a. (1910) decessit Don Juan Maura y Gelabert episcopus oriolensis n. in insula Palma Majoricae 1841, cujus praeter alia sunt *S. Teresa y la crítica racionalista,* 1883; *La morale independente* y el Magisterio de la Iglesia, 1903; *La democratia cristiana,* literae scil. pastorales de ea, 1909; disputationes theol.-philosophicae [3]); *el optimismo* del B. Raimondo Lulio, 1904; *Estudios sobre la filosofia* y teologia del B. R. Lulio, in Revista Luliana; Pastorales *sobre el Modernismo,* 1909.

[1]) Cf. Polybiblion 1899 I, 541.
[2]) Cf. Handl. I, 820; Polybiblion 1904 II, 83.
[3]) Cf. Gla 1, II, 350; Straub Zeitschrift für kath. Theol. V (1881) 729—38.

[1]) Cf. Polybiblion 1904 II, 197.
[2]) Cf. Rev. des sciences phil. et théol. IV, 623.
[3]) Rivista di Filios. neoschol. II, 380.

834. In *Italia* Marcellinus Venturoli Bononiensis n. 2. Nov. 1823 professione erat medicus et quidem in disciplina medica eximie excultus, sed fervidus catholicus, qui operibus et scriptis plurimis stetit pro causa catholica insertis articulis et diss. in fasciculos literarios. Incredulos medicos et philosophos Darwinismi figmentis deditos strenue impugnavit. Ita in op. *L'uomo prehistorico* 1872; *gli uomini fossili* e gli uomini selvaggi, 1884; *Haeckel, la teoria evolutiva* e la sua teoria antropogenica, esposizione e critica, 1877 etc. Obiit [1]) 12. Nov. 1903. — Jo. Joseph. Franco SJ. frater Secundi Fr., de quo supra pag. 1487 egimus, Taurinensis n. 26. Jan. 1826 ab a. 1863—1903 editioni Civiltà Cattolica addictus († 15. Jan. 1908), quam plurimis illustravit narrationibus ad delectandos et utiliter erudiendos auditores compositis et diss. de spiritismo et hypnotismo praesertim, quae in forma libri seorsim prodierunt. Ita *Lo spiritismo.* Manuale scientifico e populare, Romae 1907 ed. 4; cum pluribus appendicibus; *L'ipnotismo tornato di moda.* Storia e disquisizione scientifica, ib. 1899 ed. 4; *Presentimenti e telepatie,* ib. 1900 ed. 2; *Catalogo di libri* per le famiglie colte et oneste, ib. 1892; 1897 t. 2; *Massone e massona* descritti dai documenti autentici dei settari, ed. 2; *Le diavolerie* nel secolo passato, ib. 1891 ed. 2. etc. — Laboriosissimus et ferax collega in edenda Civiltà Cattolica erat Jos. Oreglia qui a s. Stephani dynastis ortum habuit a 1823. Juvenis a. 20 Societatem Jesu est ingressus vixque studiis absolutis inter scriptores fasc. illorum est adscitus, postea et eorum moderator est constitutus († 1894). Cum omnigenis catholici nominis hostibus strenue est colluctatus et Franco-Muratoriorum primordia, instituta, leges, fanda nefandaque omnia in reges, in summos pontifices et universam christianam rempublicam in lucem eduxit et rerum testimonia ob omnium oculos posuit: ita et contra liberales quos vocant egit. Praeterea de philosophia cabalistica et de Jo. Pico Mirandulano, qui hanc primus omnium egregie est interpretatus, memoriam historico-criticam eruditam exaravit (1894). Opus etiam exaravit contra sectam judaicam, cujus nefarios ritus et in Christi asseclas facinora detexit in l. *La questione Giudaica* al sec. XIX, Napoli 1893. Aliud ejusdem opus est (cooperantibus Jos. Brunengo et Car. Picirillo) *Il Papato e l'Inpero* ed il Regno di Italia. Memoria di Franc. Liverani esaminata e confutata, Romae 1861. Plurimas diss. et librorum recognitiones inseruit memoratis ephemeridibus ab a. 1854—71, quorum bene longum catalogum recenset Casagrandi in comment. de claris sodalibus prov. Taurin. p. 262—270.

II. Theologia dogmatica.

835. Jam accedamus ad theologiam *dogmaticam,* quam multi, saepe admodum feliciter, vel integro quodam cursu vel saltem ex parte elaboratis accurate quibusdam tractatibus excoluerunt. Ita in *Italia* praeter Al. Missaglia sacerdotem mediolanensem, cujus *Summula d. Thomae Aq.* ed. 2. prodiit cur. M. Mattiussi Romae 1900 t. 2 in 12. — Pignataro SJ. in universitate gregoriana Romae prof. († 1905) disputavit *de Deo Creatore* deque poenitentia in primis Ecclesiae seculis. — Paulus Bottalla SJ. Panormitanus 15. Aug. 1823, in Anglia et Gallia historiae ecclesiasticae et theologiae prof. († 13. Jan. 1896) praeter

[1]) Cf. Molteni Less. ecclesiasticae IV. 1054.

alia[1]) disseruit *De la souveraine et infaillible autorité* du Pape dans l'Eglise et dans les Rapports avec l'Etat, Poitiers 1877 t. 2 in 8; italice Palermo 1880 in 4; *Pope Honorius* before the Tribunal of Reason and History, London 1868, et *The orthodoxy* of Pope Honorius I. Reply to Mr. Renouf, Dublin 1872; *Storia della vita* e della dottrina del grande ap. S. Paolo, Torino 1891. — Magnam nominis famam consecutus est Camillus Mazzella Vitulani prope Beneventum 10. Febr. 1833 n. Juvenis ingressus est Soc. Jesu (4. Sept. 1857). Sodales docuit theologiam dogmaticam et moralem etiam in America. Inde revocatus agente Leone XIII. in collegio romano cathedram rexit theologiae dogmaticae et studiorum egit praefectum. Ab eodem ‚insigni doctrinae fama et pari virtutis laude praeclarus' creatus est 7. Jun. 1886 card. pluribusque addictus congregationibus et 19. Apr. 1897 primus e Soc. Jesu promotus ad sedem episcopalem suburbicariam Palaestrinae († 26. Mart. 1900). Haec ejus opera: *De virtutibus infusis,* Romae 1894 ed. 4; *de Deo creante,* ib. 1896 ed. 4; *de gratia* Christi, ib. 1896 ed. 4; *de religione* et Ecclesia, ib. 1896 ed. 5. Has praelectiones in compendium redegit et complevit Horatius Mazzella archiepiscopus rossanensis ediditque Romae 1899—1901 t. 8 in 8. Rosminianarum prop., quas S. R. U. Inquisitio approbante Leone XIII. reprobavit, proscripsit, damnavitque (1887), *trutina theol.,* suppresso nomine, hinc et aliis attributa fuit auctoribus. — Frid. Sala n. 1842 philosophiam prius docuit, dein theologiam in seminario mediolanensi (1876-93). Factus est 1894 protonotarius apostolicus, et 1902 episcopus auxiliaris archiepiscopi mediolanensis († 5. Dec. 1903). Unus ex illis fuit, qui condiderunt *Scuola cattolica* di Milano. Concinnavit *Institutiones theologiae dogmaticae,* cujus ed. jam 6. prodiit Mediolani 1899. — Petrus Rossi Laz. Pedemontanus n. 1. Mart. 1824 postquam a. 4 in seminario taurinensi docuit theologiam, a. 50 eam tradidit in seminario missionariorum Taurini († 22. Mart. 1904). Impugnavit Ausonii Franchi (Christophori Bonavino) Il razionalismo del populo opposito op. *Il Cristianesimo* ed il razionalismo moderno, Genova 1875 t. 2. Composuit et opus magnum (et ut videtur singulare) *I Principii di Filosofia soprannaturale* Genova 1868—74 t. 6 in 8. — De syllabo fuse egit Car. Jos. Rinaldi SJ. († 1905) in op. *Il valore del Sillabo,* studio teologico e storico con appendice di documenti, Romae 1888, quo in l. tuetur syllabum dogmaticum et irrefragabilem habere valorem. — Santo Schiffini SJ. Italus neoscholasticus in philosophia et theologia rigidus, harumque disciplinarum professor (n. 20. Jul. 1841; † 10. Dec. 1906) proponit *de Verbo Dei* adversaria theologiae, Taurini 1895; *de virtutibus infusis,* ib. 1904 parum habita ratione recentioris theologiae; *Divinitas Scripturarum* adversus hodiernas novitates asserta et vindicata, ib. 1906. *Principia philosophica* ad mentem Aquinatis, ib. 1886; 1892 ed. 2; *Disp. philosophiae moralis,* ib. 1894 ed. 2; *Disp. metaphysicae specialis,* ib. 1894 t. 2 ed. 2., quae opera philosophica vulgata sunt per Italiae seminaria[1]). — Omnes tamen Italiae theologos hac periodo sagacitate ingenii, probationis pondere et accuratione praecellit Dominicus Palmieri SJ. aeque versatus in theologia dogmatica atque in morali. Natus est D. Palmieri Placentiae 4. Jul. 1829 atque philosophiam professus est in univ. gregoriana Romae 1861—67, dein theologiam dogmaticam (1867-78) et ab a. 1878—94 exegesin in Batavia. Romam revocatus a. 1894 dictus est poenitentiariae theologus, Consultor s. Officii, tempore conclavis confessarius

[1]) Cf. Sommervogel VIII, 1880 ss.

[1]) Cf. Kirchl. Handl. II, 1962.

et a Pio X. membrum pro codificatione juris canonici († 30. Maj. 1909). Haec ejus opera: *Institutiones philosophiae,* Romae 1874 t. 3, quae controversiis occasionem praebuerunt; tr. *de rom. pontifice,* ib. 1877; Prati 1902 ed. 3; *de matrimonio christiano,* Romae 1880; Prati 1897; *de poenitentia,* Romae 1879; Prati 1896; *de gratia divina actuali,* Gulpen 1885; *de Deo creante et elevante,* Romae 1887; e quo tr. *de ordine supernaturali* prodiit novis curis expolitus, Prati 1910. Edidit[1]) quoque opus magnum morale Ant. Ballerini, ib. 1898—1901 t. 7 ed. 3; *Compendium* theologiae moralis auctore Gury 1907 ed. 15. — Anno seq. (8. Jan. 1910) obiit alius celeber theologus Fr. Satolli in Marsciano prope Perusium n. 21. Jul. 1839. Aliquamdiu fuit OSB. (1880—92), professor in collegio de Prop. et in seminario romano. Missus est 1892 delegatus in status unitos Americae, ubi fortiter se opposuit Americanismo. Creatus est cardinalis (n. 29. Nov. 1895) et praefectus congr. pro studiis, nam theologiam scholasticam impense fovebat[2]). Edidit in Summam theol. d. Thomae Aq. *praelectiones,* Romae 1884—88 t. 5; *de habitibus,* ib. 1897; *Enchiridion phil.,* ib. 1884 t. 3; prima principia juris publici eccl. *de concordatis,* ib. 1888; *de jure publico ecclesiastico* disceptationes historico-juridicae, italice ab ipso conscriptae, latine redditae a canonico Ricci, Romae s. d. (1891).

836. Magnum autem theologorum dogmaticorum numerum in *Germania* reperimus. G. Bernardus Tepe SJ. († 24. Dec. 1894) utiles concinnavit *Institutiones theologicas* in usum scholarum, Paris 1894—96 t. 4. — Praeclarus theologus fuit Bern. Jungmann Monasteriensis n. 1. Mart. 1883, collegii germanici in Urbe alumnus (1851-59, qui tamen vitam suam transegit in Belgio: nam erat in seminario brugensi theologiae dogmaticae, dein historiae ecclesiasticae in universitate lovaniensi professor, in qua seminarium instituit historicum, quod laetos protulit fructus († 12. Jan. 1895). Magnam theologiae specialis partem (scil. *de Deo uno, de Deo Creatore, de Verbo incarnato, de gratia, de Novissimis*) t. 5 saepe editis Ratisbonae 1870 ss. illustravit. Praecesserat *demonstratio christiana,* 1864; 1867 ed. 2; quam secutus est tr. *de vera religione,* 1872; 1901 ed. 5. Commendantur hi tractatus a claritate, concinnitate et sanitate doctrinae. Confecit eorundem breves *analyses* (4), Ratisbonae 1873-75. Edidit et *diss. selectas* in historiam ecclesiasticam, ib. 1880—87 t. 7, in quibus solide et strenue tuetur rom. pontificis primatum; iterumque edidit *institutiones patrologiae* auctore Fessler (p. 1607) retractatas et auctas: ed. tamen, morte ejus interveniente, absolvit Adolph. Hebbelynck (universitatis lov. rector), Oeniponte 1890—96 t. 2. Diss. inseruit fasc. lit. Katholik; et *Clemens V. und die Aufhebung des Templerordens* in Zeitschr. für kath. Theologie Innsbruck V (1881), 1 ss. — Joan. Bapt. Sasse SJ. Dorstenus Westphalus (n. 3. Oct. 1831; † 14. Mart. 1897) theologiae et s. Scripturae professor reliquit *Institutiones theologicas* de sacramentis Ecclesiae, Friburgi 1897 t. 2. — Sagacissimus et vere scholasticus fuit Ferdinandus Stentrup SJ. Monasterii n. 8. Jul. 1831, collegii germanico-hungarici excellens alumnus, philosophiae Posonii, dein (1868—93) Oeniponte theologiae prof. († 15. Jul. 1898). Haec reliquit opera: Das Dogma *von der zeitlichen Weltschöpfung* gegenüber der natürlichen Erkenntniss, Innsbruck 1870; cum vindiciis in Zeitschr. für k. Theol. XVI (1892), 163—74; 736—43; praelectiones dogmaticas *de Deo uno,* ib. 1878; *de Verbo incarnato* pp. 2 ib. 1882—89, opus admodum prolixum; Synopses *de locis theologicis,*

[1]) Cf. Kirchl. Hdl. II, 1304.
[2]) Cf. Kirchl. Hdl. II, 1937.

ib. 1880; *de fide* 1890; *de ss. Trinitatis mysterio,* 1891; *de Deo uno,* 1895. Redegit cum sodali Jo. Wieser ab a. 1877 Zeitschrift für kath. Theol., cui inseruit diss. vere profundas: *Begriff der Hypostase* I, 57—84; 361—93; II, 225—58; *zum Begriff der Person* V (1881), 34—70; *vom absoluten Leben* VII (1883), 424—55; *zur Lehre von der Genugthuung Christi* XV (1891), 267—300; 667—89; *der Staat und der Atheismus* XVII (1893), 1—41; ... und die Kirche 430—82; und die Schule XIX (1895), 193—233; 401—37 etc. — Eodem a. decessit Josephus Sprinzl professor theologiae in universitate pragensi, canonicus, Linciensis (n. 9. Mart. 1839; † 8. Nov. 1898), cujus haud pauca sunt scripta, inter quae *Handbuch der Fundamentaltheologie* als Grundlegung der kirchlichen Theologie vom religionsphilosophischen Standpunkte bearbeitet, Wien 1876, quod laudatur a soliditate, plenitudine et utilitate; *Compendium* summarium theologiae dogmaticae 1882; *Theologie* der apost. Väter, 1887 et plurimae diss. theologicae prolixae de argumentis ipsius tempore acriter discussis, quas diligenter recenset Gla Repertorium 1, II. — Solidus theologus est Guil. Wilmers SJ. († 1899), cujus sunt *de religione revelata ll. 5,* opus accuratum, Regensburg 1897; *de Ecclesia Christi ll. 6,* ib. 1897, prioris op. velut continuatio, non inferioris pretii et praestantiae; *de fide* ll. IV, Regensburg 1902 opus posthumum ed. Lehmkuhl; *Lehrbuch der kath. Religion.* Ein Handbuch zu Deharbe's kathol. Katechismus, Münster 1851—57 t. 4; 909 s. ed. 7, etiam gallice versus, opus egregium; cujus exstat *Kurzgefasstes Handbuch* der kath. Religion, Regensburg 1891 ed. 3; *Animadversiones* in 4 contra rom. pontificis infallibilitatem editos libellos (a Rauscher, Sal. Mayer, Hefele et auctore anonymo), Neapoli 1870, etiam germanice; *Geschichte der Religion* als Nachweis der göttlichen Offenbarung und ihrer Erhaltung durch die Kirche, Münster 1872, ed. 4. retractata ratione habita praesertim magisterii ecclesiastici [1]), 1891 ed. 6. — Jos. Bach Aislingae in Bavaria n. 4. Mart. 1833, theologiae in universitate monacensi professor († 24. Sept. 1901) composuit *Dogmengeschichte* des Mittelalters vom christolog. Standpunkte oder die mittelalterliche Christologie vom 8—16. Jahrh., Wien 1873—75 pp. 2; *Die Siebenzahl* der Sacramente, 1864; *Meister Eckhart,* 1864; *Des Albertus M. Verhältniss* zu der Erkenntnisslehre der Griechen, Lateiner, Araber und Juden. Beitrag zur Gesch. der Noetik, Wien 1881. — Ejus collega Jo. Bapt. Wirthmüller Bavarus (n. 20. Jun. 1834; † 14. Maj. 1905) praeter alia composuit *Encyklopädie der kath. Theologie* [2]), Landshut 1874; *S. Hilarius von Poitiers,* Lehre über die Selbstentäusserung Christi, 1865; *über das Sittengesetz,* Würzburg 1878; *Moral. Tugend der Religion,* Freiburg 1881 etc. — Utile, concinnum et plenum theologiae compendium elaboravit Hubertus Theoph. Simar in suo *Lehrbuch der Dogmatik* 1879; 1899 t. 2 ed. 4. Natus est Simar in Eupen 14. Dec. 1835 fuitque exegesis professor in universitate bonnensi (1860), dein theologiae dogmaticae et apologeticae. Electus est (25. Jun. 1891) in episcopum paderbornensem, et 24. Oct. 1899 in archiepiscopum coloniensem († 24. Maj. 1902). Alia ejusdem opera sunt [3]): *Lehrbuch der Moraltheologie,* Freiburg 1867; 1893 ed. 3., in quo tantum exhibet principia et quasi ejus lineamenta; *Die Theologie des h. Paulus,* Freiburg 1883 ed. 2; *Die Lehre vom Wesen des Gewissens* in der Scholastik des 13. Jahr-

[1]) Cf. Gla passim 1, II.

[2]) Cf. Handl. II, 2097; Lauchert biogr. Jahrb. VII (1902) 292.

[3]) *Encyclopädie* des theol. Wissens edidit post aliquot a. Freiburg 1899, Corn. Krieg prof. in universitate friburgensi († 24. Jan. 1911).

hunderts, ib. 1885 pars 1 (et unica); *Das Gewissen* u. die Gewissensfreiheit diss. X, ib. 1874; 1902 ed. 2; *Der Aberglaube,* Cöln 1894 ed. 3. etc. — Theologus veneratione dignus et collegarum suarum aetate Nestor fuit Joan. Henr. Oswald Dorstenae n. 7. Aug. 1817, Monasterii et diu Paderbornae et Braunsbergae theologiae professor († 7. Aug. 1903). Multa reliquit opera, quae se commendant probationis soliditate, conceptionis sagacitate et utilitate practica. In primo quidem op. *Dogmatische Mariologie,* 1855, non satis fuit felix, proh. siquidem est 6. Dec. 1855, sed non propter malesanam doctrinam, verum propter exaggerationes in dogmate non fundatas; *Lehre von den h. Sacramenten,* Monasterii 1894 ed. 5; *Die Erlösung* in Christo J., Paderborn 1887 ed. 2; *Eschatologie* ib. 1893 ed. 5; die Lehre *von der Heiligung* d. i. Gnade etc., ib. 1885 ed. 3; *Die Schöpfungslehre,* ib. 1893 ed. 2; *Religiöse Urgeschichte* der Menschheit, ib. 1887 ed. 2; *Die dogmatische Theologie* d. i. Lehre von Gott in s. Sein u. Leben, ib. 1887. 88 t. 2; Lehre *von den Engeln,* 1883; 1889 ed. 2. — Alterius spiritus et genii est Hermann Schell Friburgi in Brisgoja n. 28. Febr. 1850. Aliquamdiu Romae degit in instituto Anima dicto. In universitate wirceburgensi cathedram rexit apologeticae. Sagacis sane erat ingenii, speculationi deditus, ferax scriptor, sed dolendum a sana eum aberrasse semita atque plura statuisse, quae probari nequeunt: hinc etiam quatuor ejusdem opera fuere prohibita, scil. *katholische Dogmatik* 1889—93 t. 3; *Gott und Geist,* ib. 1895 t. 2; *Der Katholicismus* als Princip des Fortschrittes 1897; 1899 ed. 7; *Die neue Zeit* und der alte Glaube, Würzburg 1898. Alia ejus opera sunt: *Die Einheit des Seelenlebens* aus den Principien der aristot. Philosophie entwickelt, Freiburg 1873; *Apologie des Christenthums,* 1901—5 t. 2; *Christus* 1903 et saepius, cum imaginibus, quae nullatenus cedunt in operis decus. *Das Wirken des dreieinigen Gottes,* Mainz 1885. Minora quaedam opuscula edidit Hennemann, 1908. Stilo utitur auctor noster obscuro et implexo, suisque opinionibus de aseitate Dei, natura peccati mortalis, aeternitate poenarum inferni etc. acri controversiae literariae occasionem praebuit. Contra eum scripsit Stufler (*Die Heiligkeit Gottes* und der ewige Tod, Oeniponti 1903; et cum Kiefl eum defendisset: *Die Vertheidigung Schells* durch Prof. Kiefl; die Theorie der freiwilligen Verstocktheit, ib. 1905;) Commer etc. Apoplexia correptus 31. Maj. 1906 decessit [1]). — Petrus Einig Trevirensis n. 25. Majus 1852, collegii germanici alumnus, prof. in seminario († 1908) concisos et accuratos reliquit tr. *de ss. Eucharistiae mysterio,* de gratia divina, de Deo uno et trino, de Deo creante et conservante, de Verbo incarnato, de sacramentis, Treviris 1888-1901; quaedam scripta adversus Beyschlag prof. protestantem, et diu redegit egregium folium literarium *Pastor bonus.* — De Gottfredo Noggler (a Graun) O. Cap. Tirolensi e Valle venusta jam p. 1092 egimus (n. 12. Mart. 1837; † 2. Nov. 1908). Praeter editionem institutionum theol. dogmaticae specialis auctore P. Alb. a Bulsano 1893—96 t. 3, concinnavit *compendium theol. dogmaticae specialis,* 1899. — Mich. Glossner Bavarus n. 19. Oct. 1837, subregens in seminario ratisbonensi, beneficiatus Monachii, praelatus pontificius, acer thomista († 3. Apr. 1909), edidit *Lehrbuch* der kath. Dogmatik, Regensburg 1874 t. 2; Lehre des h. Thomas *vom Wesen der göttl. Gnade,* Mainz 1871; *Der moderne Idealismus,* Münster 1880; *Das Princip der Individualisation* nach der Lehre des h. Thomas, Paderborn 1887; *Moderne Philosophie,* Frankfurt 1889; *Savonarola* als Apo-

[1]) Cf. Kiefl H. Schell München 1907; W. Koch Hdl. II, 1956.

loget und Philosoph, Paderborn 1898, apol. pro hoc viro et historia philosophiae non sine momento; *Nic. von Cusa* und N. Nizolius als Vorläufer der neuern Philosophie, 1891. Inseruit in Jahrbuch für Philosophie und speculative Theologie ed. Commer multas diss. prolixas, praesertim philosophicas et apologeticas [1]), inter quas mentione digna: *Die Philosophie des h. Thomas.* Die Philosophie des Christenthums und der Zukunft II (1887) 137—206.

837. His addantur, qui disputarunt de argumentis, quae spectant ad theologiam fundamentalem seu generalem. Ita *de indole ac constitutione Ecclesiae* secundum patres apostolicos (Aquisgrani 1868) disseruit Petrus Norrenberg Coloniensis (n. 1. Dec. 1847), philosophiae doctor et parochus. Plura alia reliquit, quae ad theologiam non spectant († 1894). — Julius Gapp parochus Hagenoviae in Alsatia et theologiae doctor in utilitatem populi clare et nitide describit *Die wahre Kirche J. Chr.*, Rixheim 1873; Freiburg 1894 ed. 2. retractata; *Bossuet und die päpstliche Unfehlbahrkeit,* in Zeitschrift für kath. Theologie Innsbruck II (1878), 609—32. Ib t. IV (1880) 280—333 proponit *Die Lehre der französischen Kirche* über die päpstl. Unfehlbarkeit. — Paulus Melchers Monasteriensis n. 6. Jan. 1813 juri prius operam dederat, sed mutato consilio viam clericalem iniit. Sacerdos ordinatus (1841) post animarum curam in seminarium vocatus est subregentis, dein regentis munere: vicarius quoque generalis constitutus est. Cum episcopatus osnabrugensis jam ab a. 1803 exstinctus demum restitueretur, ipse primus dictus est episcopus (1857). Inde datus est successor card. de Geissel in sede archiepiscopali coloniensi (1866). In conc. vaticano obstitit quidem opportunitati definitionis infallibilitatis pontificiae, sed ea definita eam mox in sua promulgavit dioecesi et professoribus bonnensibus adversariis fortiter obstitit subtracta missione canonica, inflicta suspensione et excommunicatione. Cum se fortiter opponeret iniquis contra Ecclesiam legibus in carcerem fuit conjectus, in exsilium pulsus, sede privatus. Sedi resignavit (1885) Romamque secessit et a Leone XIII. (27. Jul. 1887) purpura fuit honoratus († 14. Dec. 1895). Praeter ascetica in utititatem populi exposuit *Die kath. Lehre von der Kirche,* 1881; *de canonica dioecesium visitatione,* 1893. — Carolus Brentano professor quondam et director instituti scholastici, dein Monachii beneficiatus († 1896) disseruit de axiomate *Ausser der einen wahren Kirche Christi ist kein Heil,* Augsburg 1892. — Petr. J. Schroeder n. 26. Apr. 1849 in Borussia rhenana, collegii germanici alumnus, philosophiam docuit in seminario St. Trond in Belgio (1875—87), aliquamdiu theologiam in seminario Coloniae, deinde in universitate washingtonensi (1889—98), ubi tamen contradictionem incurrit. Vocatus est 1898 ad academiam monasteriensem (1898), cui et praefuit primus rector. Obiit professor theologiae pastoralis nominatus pro universitate argentoratensi († 5. Sept. 1903). Scripsit *Sur la tolérance de l'Eglise,* Liége 1879; *Der Liberalismus* in Theologie u. Geschichte, Trier 1883 adversus Fr. Xav. Kraus; *Church u. Republic,* Philadelphia 1891. — De Syllabo [1]) disseruit suppresso nomine Fr. Leop. de Leonrod Ansbacensis n. 26. Aug. 1827, alumnus collegii germanici, episcopus eistettensis (1867), qui in conc. vaticano fortiter stetit pro definitione infallibilitatis

[1]) Cf. eas passim laudatas in Repert. Gla 1, II.

[1]) De hoc disseruit quoque Pet. Hourat in op. *Le Syllabus.* Étude documentaire, Paris 1904 t. 3, in quo tres circa eum distinguit periodos ab a. 1849—61: 1861—62; 1862-64. Cf. de nostro Lauchert biogr. Jahrb. VIII (1903), 197.

pontificiae et pro juribus Ecclesiae adversus vexationes ministri Lutz[1]). Typis iterum dedit retractatam egregiam instructionem pastoralem eystettensem 1902. Tempore vexationum adversus Ecclesiam catholicam in regno Borussiae plurimos recepit clericos ex illo regno et ex dioecesibus 43 ordinavit presbyteros († 5. Sept. 1905). — Fr. X. Leitner can. ratisbonensis et vicarius generalis (n. 5. Jan. 1842; † 2. Jun. 1908) edidit[2]): *Der h. Thomas* über das unfehlbare Lehramt des Papstes Freiburg 1872. — De argumentis theologiae specialis Jos. Theod. Franz can. wirceburgensis († Maj. 1897) tractavit q. nostra aetate iterum agitatam *Eucharistische Wandlung* u. die Epiklese der griechischen u. orientalischen Liturgie, 1889. — Ignatius Stahl professor in universitate wirceburgensi (n. 30. Sept. 1837; † 31. Mart. 1902) illustrat[3]) juxta doctrinam patrum *Die natürliche Gotteserkenntniss,* Regensburg 1869; *Die h. Weihe* des Bischofs, Würzburg 1879: 1899 ed. 4; *Joh. Val. v. Reissmann* Bischof von Würzburg ib. 1873 etc. — Frid. Frank parochus (n. 26. Nov. 1832: † 24. Aug. 1904) descripsit *Die Bussdisciplin der Kirche* von den Apostelzeiten bis zum 7. Jahrh., Mainz 1867 pp. 2, et quam plurima alia edidit ascetica, pastoralia etc. minoris momenti. — Jos. Kern SJ. n. in Austria superiori 5. Mart. 1856, clarus theologiae dogmaticae in universitate oenipontana prof. († 21. Sept. 1907) disputavit de sacramento extremae unctionis, Ratisbonae 1907. tr. insignis, doctus et eruditus, cui adde diss. Zur Kontroverse der katholischen und der griechisch-orthodoxen Theologen *über das Subject der h. Oelung* in Zeitschrift für k. Theol. XXX (1906) 597—624.

838. Jam aliquos nominemus, qui theologiam magis *polemicam* excoluerunt. Ant. Westermayer[1]) Bavarus Deggendorfii n. 2. Jan. 1816. parochus erat in urbe Monachii, consiliarius ecclesiasticus, a cubiculis secretis summo pontifici, de re catholica optime meritus († 3. Dec. 1894 prope octogenarius). Inter ejus opera praecipua sunt: *Katholische Kirche* und ihr Proselytismus, Regensburg 1843; *Einführung der Reformation* in Regensburg, ib. 1843; *Luther und der katholische Cölibat,* ib. 1843; *Glaubens- und Sittenpredigten* (eloquentes et populares), ib. 1844 t. 2; 1847 t. 2, quibus adjecit 1894 t. 3; *Reliquienverehrung,* ib. 1845; *Das A. Testament* und seine Bedeutung, Schaffhausen 1860—61 t. 4, in quorum 1. singularem tuetur opinionem, a Moyse c. 1. Gen. non referri primam omnium rerum creationem, sed mundi per lapsum angelorum destructi restaurationem; *Das Papstthum* in den ersten fünfhundert Jahren, ib. 1867-70; *Altkatholische Verirrung,* ib. 1872; *Luthers Werk* im J. 1883 oder der heutige Protestantismus in seinem Verhältniss zum Katholicismus und Christenthum, ein Wort zur Selbstprüfung bei der Feier des 400jähr. Geburtstages M. Luthers, Mainz 1883; *Zwei moderne Jünger* auf dem Wege nach Emaus, Regensburg 1877; *Der Heiligenkultus* überhaupt u. der Marienkultus insbesondere, Schaffhausen 1870 etc. — Jos. Deckert parochus archidioecesis viennensis suis controversiis cum judaeis innotuit (n. 17. Nov. 1843; † 23. Mart. 1901). Praeter alia edidit etiam: *Katholisch oder lutherisch?* Konferenzreden über die religiöse Bedeutung der Los von Rom-Bewegung,

[1]) Cf. Hdl. II, 630.

[2]) Cf. Schenz biographisches Jahrbuch XIII, 156.

[3]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VII (1902), 267.

[1]) Alius ab eo est Ant. Bern. Westermeyer parochus († 1902), qui in Natur und Offenbarung (a. 1874. 1876. 1877) quaestionem expendit *Die Abstammung des Menschen* und die Völkertafel (cf. Gla 1. I, 235), et Ant. Westermaier botanicae prof. Friburgi in Helvetia († 1903).

Wien 1899. — Huc quadantenus referri potest [1]) Edmundus princeps de Radziwill n. 6. Oct. 1842, qui saeculi vanitates pertaesus ingressus est ordinem s. Ben. (1890) in monasterio Beuron dictusque est Benedictus († 1895). Ipsius est *Die kirchl. Auktorität* und das moderne Bewusstsein 1872, collectio scil. diss. (8), in quibus agit etiam de Ecclesiae infallibilitate, de protestantismo, de libertate conscientiae, de relatione Ecclesiae ad statum et societatem modernam [2]) etc. — Al. Redner proponit *Das Princip des Protestantismus* — der Gegensatz des Katholicismus, Mainz 1897. — Jos. Rebbert Westphalus n. 19. Mai 1837, rector scholae bochumensis, professor theologiae in seminario paderbornensi († 13. Jul. 1897) redegit folium pium valde diffusum *Leo,* atque plurimos edidit ex zelo pro causa catholica libellos [3]): *Unwissenheit oder Bosheit?* oder die Frage über die Unfehlbarkeit des Papstes verzerrt und verspottet von L. Diestelkamp, Paderborn 1869; *Das Lehramt des Papstes,* ib. 1870; *Warum wir so am Papste hängen,* ib. 1871; *Luther gegen Luther.* Ein Beitrag zur Beleuchtung der Reformation von Wittenberg, ib. 1883; *Rückkehr zur Mutter.* Kleine Konvertitenbilder, ib. 1891—2 etc. — Laude dignus est libellus stilo pacifico et nobili conscriptus: *Sechsundfünfzig Preisaufgaben* für Protestanten in öffentl. Briefen an meinen Freund Max protest. Pfarrer, Sondershausen 1898, propter quem tamen auctor Alb. Fritsch vicarius urgente auctoritate publica loco motus est. Illum Guil. Bötticher professor refellere nisus est: quare auctor vindicias edidit Münster 1900—1 pp. 2, quarum 2. illustrat *Luthers Moral* nach den Quellen. — Car. Georgius Krafft ad fidem conversus est catholicam atque in collegio germ.-hung. sacerdos fuit ordinatus († 8. Dec. 1899). Theologum agit irenicum pluribus libellis, inter quos: *Kirchl. Wiedervereinigung.* Versuch einer zeitgemäss populären Darstellung des zwischen Katholiken und Protestanten obwaltenden Glaubensunterschiedes, Mainz 1871. — De Fried. Trippe parochi erfordiensis, dein decani biggensis in dioecesi paderbornensi († 1899) opusculis polemicis cf. passim Gla 1, II. — Spiritu irenico egit Reinhold Baumstark n. 24. Aug. 1831 Friburgi in Brisgoja, quondam protestans. Catholice jam sentit in pulchre scripto op. *Mein Ausflug nach Spanien* im Frühling 1867, 1868. Magnam animorum commotionem excitavit libello *Gedanken eines Protestanten* über die päpstl. Einladung zur Wiedervereinigung mit der röm.-kath. Kirche, Regensburg 1868, qui inter mensem duodecies prodiit, in quo sagaciter inquirit, quid praebeat suis confessio protestantismi, quid vero Ecclesia catholica. Mox postea amplexus est fidem catholicam 30. Jun. 1869 atque conversionis reddidit rationem in l.: *Unsere Wege* [1]) zur katholischen Kirche, Freiburg 1870; 1871 ed. 2. Edidit et *Fegfeuer-Gespräche,* Freiburg 1873 sub nomine Lukianos Dendrosthenes; *Neue Folge,* ib. 1876 et plura alia [2])

[1]) De Henrico Rody parocho (n. 5. Mart. 1841; † c. 1905) cf. passim Gla 1, II. — Ex Gallis huc refer Mariam Antonium CP. antea Léon Clergue dictum, virum apostolicum, quem populus ‚Sanctum Tolosanum' salutavit († 1907 a. aet. 83), qui praeter opuscula ascetica scripsit *Le Protestantisme* confondu par le seul argument d'autorité, Paris 1865; La Débâcle du Protest. Le Retour au bercail, Bergerac 1895 etc. Cf. Polybiblion 1907 I, 270.

[2]) Katholik 1872 II, 731—741.

[3]) Cf. Gla passim 1, II.

[1]) Loquitur scil. etiam de fratre suo Hermanno n. 12. Aug. 1839, qui in America fuit pastor lutheranus et quidem tenax; tamen veritati oculos aperuit (1870) pariterque ingressus est Ecclesiam eodem a. cum fratre. Redegit dein Cincinnati *Wahrheitsfreund* († 2. Febr. 1876). Cf. de utroque Rosenthal III, 2, 758 ss.

[2]) Cf. Kürschner d. Lit. Kal. sub. h. n.; Sauer biographisches Jahrbuch V (1900), 367—74.

stilo splendido conscripta, quae ad nos minus spectant. In comitiis stetit pro causa catholica, sed singularium fuit opinionum († 29. Jan. 1900). — Alius pastor lutheranus, qui post gravem luctam ad veram conversus est fidem (1852) fuit Jo. Rud. Hasert, postea gymnasii graecensis prof. et sacerdos († 29. Dec. 1902), qui de sua conversione scripsit *War ich vom Satan verblendet*, da ich katholisch wurde? Bunzlau 1854. Für jedermann eine Erklärung des Unterschiedes zwischen Katholischsein und Protestantischsein, Viennae und Graecii 1856 ed. aucta l. 4. *War Luther ein Mann Gottes* vom hl. Geist erleuchtet oder war er vom Satan verblendet? — Ed. Jörg Immenstadii n. 23. Dec. 1819 laicus archivarius, mentione dignus est propter librum suum eruditum *Geschichte des Protestantismus* in seiner neuesten Entwicklung (ab a. 1848), opus eruditum lectuque dignum, Freiburg 1858. Diu redegit *hist.-pol. Blätter* (1853—1901) cum Fr. Binder, eosque ditavit articulis egregiis, stetitque fortiter verbo et calamo pro causa catholica et patria († 18. Nov. 1901). — Eduardus Brynych n. in Vlasonic regni bohemici oppido 4. Maj. 1846, episcopus reginaehradecensis (1893; † 1902) utilem concinnavit bohemiace libellum, quem C. A. Schebicky germanice reddidit inscriptum *Der Schild des Glaubens:* Beweis u. Erklärung jener Wahrheiten, welche insbesondere in den protestantischen Kirchen geleugnet werden, mit Widerlegung der gegen dieselben erhobenen Einwendungen, Innsbruck 1899. — Contra opus Hase Handbuch der protestantischen Polemik, Hamburg 1862, opposuit Ferd. Speil canonicus wratislaviensis, seminarii regens et vicarius gen., Ratiborensis (n. 18. Apr. 1835; † 31. Mart. 1903) *Die Lehren der kath. Kirche* gegenüber der protestantischen Polemik, Freiburg 1864, opus solidum et accuratum; *de l. Danielis authentia*, Oppolii 1860; *Grösse U. H. J. Chr.* in seinem Leiden, 1879. — Joan. Körber (senior) n. 30. Aug. 1829 theologiae doctor, bonus concionator, redegit 1871—90 *Bamberger Pastoralblatt*, in quo fortiter pugnavit adversus veteres ut se jactabant catholicos et praepotentiam potestatis civilis, hinc gubernio persona erat ingrata († 11. Oct. 1905). Inter alia scripsit: *Höllenfahrt Christi*, 1860. Prodierunt etiam conciones ejusdem, et diss. de infallibilitate pontificis inseruit suo folio [1]). — H. Wingerath philosophiae doctor, cubicularius pontificius (n. 14. Sept. 1831; † c. 1908) reliquit opuscula contra protestantes, contra omnis generis incredulos et etiam philosophica [2]). — Cl. Lüdtke can. culmensis (Pelplin) et vic. generalis († 16. Mart. 1909) opuscula quaedam etiam polemica edidit, inter quae *Die Bilderverehrung* und bildliche Darstellungen in den ersten christl. Jahrhunderten, 1874; *Geschichte der Kirche J. Chr.* für Studierende pp. 3, Danzig 1890—93 ed. 2. — Jo. Bapt. Roehm professor in lyceo passaviensi, praepositus capituli Lauingae n. 1. Jun. 1841; † 5. Jul. 1909), strenuus erat operarius pro causa cath., ut testantur tot ejusdem opera. Vertit opera s. Gregorii Naz. 1874—77 t. 2; Origenis ll. 8 adversus Celsum 1876—77 t. 2, scripsit *Das Glaubensprincip* der katholischen Kirche, Wien 1877; *Aufgaben der protest. Theologie*, Augsburg 1882, quo in op. proponit protestantium doctrinam de controversiarum capitibus

[1]) Cf. Doeberl biogr. Jahrb. VI (1900), 429—33.

[1]) Cf. Jo. Körber (junior) *Lose Blätter* aus meines Bruders Leben und Scripten 1907; Handl. II, 482. Hujus junioris K. est *Maria im System der Heilsökonomie* auf thomistischer Basis dargestellt, Regensburg 1883, de quo l. cf. Zeitschr. für kath. Theologie VIII (1884), 426 ss.

[2]) Cf. Kürschner sub. h. n.; Gla 1, II passim.

verbis praecipuorum magistrorum eorundem suppresso tamen eorum nomine; *Konfessionelle* Lehrgegensätze 1883—89 pp. 5; *Grobe Unwahrheiten* von u. über Luther, Hildesheim 1884; *Der Antichrist* nach protestantischer Lehre, ib. 1891; *Zur Charakteristik* des Protestantismus in Vergangenheit und Gegenwart, ib. 1892; *Der Protestantismus* unserer Tage, München 1897; *Die Wiedervereinigung* der christlichen Konfessionen, Mainz 1899; *Der erste Brief* an die Thessaloniker übersetzt und erklärt, Passau 1885. — Adversus veteres catholicos pugnavit Lucas Businger quondam seminarii regens concionator cathedralis Soloduri (n. 1. Jul. 1832; † 6. Sept. 1910). Redegit etiam *Schweizer Kirchenzeitung.*

839. Ex *Gallis* inter theologos dogmaticos referri possunt: Cantineau canonicus qui concinnavit satis utilem ex optimis auctoribus *Cours de religion,* Tournai 1902, specimen theologiae popularis. — Henricus Sauvé praelatus domesticus suae Sanctitatis, in conc. vaticano theologus pontificius, rector universitatis catholicae andegavensis († 9. Mart. 1896), qui scripsit *le Pape et le Concile du Vatican,* Laval 1890; *de l'union substantielle* de l'âme et du corps, réponse au R. P. Bottalla, 1878; *Questions religieuses et sociales* de notre temps, Vérités, erreurs, opinions libres, Paris 1888 ed. 2. aucta. — Ab hoc alius est Ch. Sauvé professor in seminario divinionensi, cujus sunt *Elévations dogmatiques.* L'Incarnation ou Jésus intime (1. series) Dijon 1897 t. 3; *La Sainte Trinité ou Dieu* intime (2. series), ib. 1897; *L'ange et l'homme intimes,* Elévations 1900 t. 5; *Le chrétien intime.* Le Culte du S. Coeur, 1905 t. 2; *Jésus intime* et Dieu intime. Elévations 1901 ed. 4. t. 4. — Alfred Vacant n. 23. Febr. 1852 inclaruit et in philosophia et in theologia. In seminario nancaeo philosophiae, dein apologeticae et ab a. 1890—1900 dogmaticae erat professor, dein ejus director († 2. Apr. 1901). Plura reliquit in variis disciplinis opera: *De certitudine judicii,* quo assentitur existentiae revelationis, Nancy 1878; *Le Mouvement et la preuve* de l'existence de Dieu par la nécessité d'un premier moteur, Amiens 1881 in 8; *Le Magistère ordinaire* de l'Eglise et ses organes, Paris 1887; *Etudes comparées* sur la philosophie de s. Thomas d'Aquin et sur celle de Duns Scot, ib. 1891 t. 1. (et unicus); *Histoire de la conception du sacrifice* de la Messe dans l'Eglise latine, ib. 1894; *Etudes theologiques* sur les constitutions du conc. du Vatican, ib. 1895 t. 2. Coepit *Dictionaire de théologie cath.*[1]), sed vidit tantum morte interveniente fasc. 5, doctos et eruditos. Illud alii continuant[2]). — Steph. Const. Minjard aliquamdiu OP., canonicus honorarius († 6. Jan. 1903), concionator illustris publicae luci donavit *L'Homme et Dieu.* Etudes doctrinales et apologétiques sur J.-Christ le Verbé incarné pp. 2 t. 4, Paris (1900), quarum in p. 1 de Christi persona, in altera de ejus opere agit. — Michael Rosset Sabaudus n. 24. Aug. 1830, in seminario chamberiensi philosophiae erat (1858), dein (1867) theologiae dogmaticae, dein moralis professor. Factus est episcopus s. Joannis de Maurienne 1876 († 8. Jun. 1902). Disputavit[3]) *de sacramento eucharistiae,* Chambery 1876; *de sacr.*

---

[1]) Cf. G. Barrier Un Ami de Rome et du Pape au XIXe siècle ... Msgr. H. Sauvé, Paris 1898 t. 2.

[1]) De Petro Maria Avon aliquamdiu philosophiae professore, dein episc. Imae Telluris (Guadaloupe, n. 24. Apr. 1847; † 23. Febr. 1901) legitur eum publicae luci dedisse *Dictionnaire de la terminologie scholastique.* Cf. L'Episcopat p. 278.

[2]) Cf. Polybiblion 1901 I, 463; II, 474; Mangenot l'abbé A. Vacant, Nancy 1901.

[3]) L'Episcopat 577 s.; Polybiblion 1896 I, 142; II, 331.

matrimonii 1895—96 t. 6. opus prolixum. in quo tamen historiae non satis habetur ratio. *Prima principia scientiarum,* Paris 1866 t. 2 in 12. — Julius Didiot (n. 1840) theologiae professor et decanus facultatis theologicae insulensis composuit stilo claro et distincto *Cours de théologie cath.* (dogmaticae et moralis), Lille 1891—99 t. 5; *Morts sans baptême,* Paris 1896; germanice 1898; *Vertus théologiques* Lille 1897; *Contribution phil.* à l'étude des sciences, ib. 1902, *La Théologie des catacombes,* Arras; *Traité de S. Ecriture* d'après S. S. Léon XIII, Lille 1894. — Breve *compendium* theologiae dogmaticae et moralis una cum aliquibus notionibus theologiae canonicae, liturgicae, pastoralis, mysticae et philosophiae christianae dedit J. Berthier missionarius (n. 1840; † 1908), Grenoble 1887 in 8; *Le Prêtre* dans le ministère de la prédication, Paris 1883; 1896 ed. 5. cum collectione sermonum pro variis occasionibus. — Julius Jacques Congr. SS. Red. Belga († 1908), qui opera s. Alphonsi dogmatica gallice vertit, disseruit *du Pape et du Concile* 1869, qui l. aliquem excitavit rumorem. Vulgavit et libellos asceticos, qui admodum diffusi fuere. — Franc. Perriot n. 2. Aug. 1839 in seminario lingoniensi prof. (1869) ejusdem et rector (1878—92), consultor congregationis pont. pro cantu liturgico, solerter redegit *L'Ami du Clergé.* Reliquit[1]) *Praelectiones theologicas* 1876—86 t. 7; commentarios theologicos in praecipuas literas encyclicas Leonis XIII. et articulos in suo folio literario († 25. Maj. 1910.) — De singularibus argumentis praeterea egerunt: Petrus M. Aug. Gaillard Sulp. Nannetensis n. 28. Aug. 1837, qui diu Lugduni praesertim (a. 21) theologiae egit lectorem († 2. Oct. 1897). Ad funus ultra 300 sacerdotes concurrerunt. Ejus est *Etudes sur l'histoire de la doctrine de la Grâce* depuis s. Augustin, Paris 1897 in 8. — Bern. M. Marechaux congr. Mont. Oliv. postquam illustravit *Les Apparitions démoniaques,* et les Apparitions angeliques exposuit *Le Merveilleux divin* et le Merveilleux démoniaque, Paris 1902. — Maria Bonaventura O. Min. Gallus considerat *L'eucharistie et le mystère du Christ* d'après l'Ecriture et la tradition. Elévations et considérations, Paris 1894. — De gaudiis beatorum variis agit libellis Brinquant, inter quos etiam *La résurrection de la chair* et les qualités du corps des élus, Paris 1894. — Barth. Troget disserit *De l'Habitation du S. Esprit* dans les âmes justes d'après la doctrine de s. Thomas d'Aquin, Paris 1898 ed. 2. — Valorem ordinationum anglicanarum impugnavit Wilfridus Raynal OSB. in s. Mauritii natus insula 1830. Abbas erat titularis et munus procuratoris gen. ordinis Romae agebat († 12. Jun. 1904). — Aug. Lémann divionensis n. 18. Febr. 1836 parentibus judaeis. sed 1854 ad fidem christianam conversus cum fratre Joseph[1]), factus est exegesis prof. in universitate catholica lugdunensi († 19. Jun. 1909). Edidit *L'Antéchrist.* Choses certaines. Choses probables. Choses indécises. Choses fantaisistes, Lyon 1905; Hist. complète de *l'Idée messianique* chez le peuple d'Israël, Paris 1909; *Le sceptre de la tribu de Judas* entre les mains de J.-Christ ou le Messie venu, Lyon 1880 in 8: *Valeur de l'assemblée* qui prononça la peine de mort contre J.-Christ, 1876; *La Vierge et l'Emmanuel,* 1904 l. praestans. — Lud. de San SJ. Belga prof. lov. († 15. Dec. 1904) edidit tr. solidos: *De Ecclesia* et r. Pont., Brugis 1906; *de Deo uno,* Lovanii 1892—97 t. 2; *de div. traditione* et Script. Brugis 1903; *de poenitentia,* ib. 1900.

[1]) Cf. Revue des sciences phil. et théol. IV (1910), 627.

[1]) Fuit hic missionarius apostolicus qui praeter alia ad suum populum spectantia scripsit celebres *Lettres aux Israélites.* Cf. de nostro Polybiblion 1909 II, 78,

840. In *Hispania* Jos. Mendive SJ. philosophiae et theologiae professor (n. 11. Febr. 1836; † 13. Mart. 1896) *Theologiae dogmaticae institutiones* complexus est t. 8 Vallisoleti 1895. Antea jam ediderat *Elementos de Ontologia,* ib. 1882; de *Cosmologia,* ib. 1882; *de Teodicea* stilo et methodo clara conscripta ad mentem d. Thomae et Suaresii, ib. 1883, quae postmodum retractata et latine versa 1888 iterum edidit. Inseruit et doctas diss. fasciculis literariis, ut ex. gr. adversus Draper[1]). — Honoratus del Val OSA. (n. 1859; † 6. Apr. 1910) studiorum praefectus, redegit *Ciudad de Dios,* cui inseruit diss. *de Pentateucho.* Praecipuum tamen ejus opus est: *S. Theologia* dogmatica recentioribus academiarum moribus accommodata, Madrid 1906 t. 3. — In *Belgio* Ferdinandus Ledoux n. 24. Maj. 1819 in oppido Tavier ditionis leodiensis, collegii germanici alumnus (1836—1844), exegesis in seminario patrio a. 18, dein in universitate lovaniensi a. 30 professor[2]), speculum vitae sacerdotalis († 1. Nov. 1894), elaboravit *demonstrationem christianam,* Lovanii 1882; *demonstrationem catholicam* t. 1. de Ecclesia; t. 2. *de rom. pontefice; de traditione et Scriptura,* de fide et ratione, ib. 1884; *de Verbo incarnato,* ib. 1881. — Hujus tr. vel appendix est *de ss. corde Jesu* ejusque cultu tr. philosophicus, historicus, dogmaticus et asceticus, 1882, auctore L. Leroy theologiae dogmaticae a. 40 professore in seminario leodiensi et can. (n. 1844; † 3. Febr. 1909), ss. Cordi addictissimo, quod et aliis opusculis, quae aestimantur, celebravit[1]). — Russus erat Vladimir Soloviev (16. Jan. 1853—1900), qui ex atheismo studio sincero et solido pervenit usque ad agnitionem veritatis in Ecclesia catholica plenam (18. Febr. 1896). Ardebat desiderio unionis inter Ecclesiam catholicam et russam, pro qua laborabat verbis et scriptis, praesertim ultimo suo opere *Les Trois Dialogues.* Magni aestimatus est in patria sua ob ingenii sagacitatem et doctrinae soliditatem, ut ‚Newman russus' salutaretur: sed et a gubernii censura magnas passus est difficultates in edendis suis libris[2]).

841. Ad *Mariologiam* spectant quaedam opera Jo. Clementis Leontii Dubosc de Pesquidoux comitis, qui literis deditus et causae catholicae addictus (n. 1829; † 29. Jan. 1900) praeter alia[3]) edidit *L'Immaculée Conception,* histoire d'un dogme, Tours 1898 t. 2, opus haud vulgare, quod eruditorum admirationem movit; *L'Immaculée Conception* et la renaissance catholique, ib. 1899 t. 1. — Antonius Kurz Bohemus professor in seminario litomericensi, dein theologiae moralis in universitate pragensi, hujus (1898/99) et rector (n. 5. Jul. 1837; † 15. Febr. 1900) edidit[4]) *Mariologie,* Regensburg 1881; *Der Episcopat,* Wien 1877; *Kath. Seelsorge,* 1879; Kath. Lehre *vom Ablasse,* Wien 1889 etc. — Huic addimus qui eodem decessit a. (1900) Paulus Henr. de Monzie Lasserre (n. 25. Febr. 1828), vir politicus ardens, qui in gratitudinem obtentae sanitatis

---

[1]) Cf. Zugasti in Razón y Fe XV (1906) 82—89.

[2]) Alius ab eo est Sosthenes Ledoux OSMV., cujus est *Histoire* des sept saints fondateurs de l'O. des Servites de M., Paris 1888 in 12., l. bonus lectuque jucundus et pius; *Marie méditée,* cujus t. 1—3 prodierunt 1898; 4. 1900, quem alii secuturi erant, nam opus in 8. t. erat distributum. Cf. de nostro Ad. Hebbelynck in Notice sur M. F. J. Ledoux in Annuaire de l'univ. cath. de Louvain a. 1898.

[1]) Revue des sciences philos. et theol. III, 393.

[2]) Cf. Mich. d'Herbigny Un Newman russe. Vl. Soloviev, Paris 1911; Sawicki Theol. Revue X (1911), 548 ss.; Civiltà Catt. 1912 I, 169—182.

[3]) Cf. Polybiblion 1900 I, 269.

[4]) Cf. Lauchert Biograph. Jahrbuch V (1900), 305.

per intercessionem b. M. V. in sanctuario lurdensi hujus virginis immaculatae apparitionem et beneficia variis illustravit opusculis, inter quae maxime innotuit *Notre Dame de Lourdes,* Paris 1869, quod brevi tempore numeravit ultra 100 ed. et versiones in linguas 50. Insurrexit quoque adversus Renan, ejusque *L'Evangile* selon Renan, ib. 1863, brevi 28 ed. habuit. Infelix fuit in sua versione *Les saints Evangiles,* ib. 1885; 1887, quae relata fuit in indicem ll. proh. 19. Dec. 1887. — Diss. egregiam *Zum Lobe der unbefleckten Empfängniss* der allerseligsten Jungfrau edidit Eduardus Preuss, Regiomontanus n. 10. Jul. 1834 acer quondam Lutheranus. Cum collegis berolinensibus non bene concordans transiit in Americam fidemque amplexus est catholicam (1872). Redegit folium publicum s. **Ludovici** 1878—1902, stetitque pro causa cath. († 17. **Jul.** 1904). — L. Th. Bourgeois O. Praed. suae prov. quondam praepositus († 1905) scripsit *La V. Marie,* Mystères de sa prédestination et de sa vie, Paris 1908; *Christianisme et Eglise,* ib. 1907. — Antonius Lenz Bohemus (n. 20. Febr. 1829, † 2. Oct. 1901) prof. theologiae dogmaticae in seminario Budvicensi (Budweis), dein can. et praepositus cap. Visegradensis praeter plurima minora bohemice scripsit *Mariologie oder die Lehre der Kirche von der Mutter Gottes* (1879); *Die Lehre des M. J. Hus,* 1875; *Kath. Anthropologie,* 1881; *Die Apologie des Konstanzerkonzils* im Bezug auf die 45 Artikel Wicliffs, 1896; *Die Lehre des Peter Chelcitius,* 1889; *Die Lehre des J. A. Comenius; Erklärung der laur. Litanei,* 1889.

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

842. Multos reperimus ss. literarum cultores. Exordiamur ab iis, qui disciplinas magis isagogicas foverunt. Inter hos locum haud infimum occupat Jos. Dankó Posoniensis vir vere literatus et doctus [1] n. 26. Jan. 1829. In Frintaneo Viennae doctoratum promeruit (1854), mox praefectum studiorum egit in Pazmaneo et a. 1857 cathedram conscendit studii biblici V. T. in universitate viennensi. Inter capellanos aulicos receptus praefectus est Frintaneo. Factus est can. strigoniensis (1868) et seminarii regens, in quo simul professus est sacras literas. Decessit praepositus capituli ad s. Martinum in urbe patria 14. Jan. 1895. A Pio IX. adnumeratus est cubiculariis pontificiis (1866), a Leone XIII. praelatis domesticis (1878), ab academia literaria hungarica sociis (1881). Cum amantissimus esset literarum, copiosam sibi collegerat bibliothecam librorum pretiosorum et museum objectorum artis rariorum. Composuit opera vera docta et erudita, inter quae mentione digna: *Historia revelationis divinae V. T.,* Vindobonae 1862; *Novi T.,* ib. 1867; *de s. Scriptura* ejusque interpretatione commentarius, ib. 1867, quae tria opera constituunt introductionem in s. Scrip-

[1] Vir pariter eruditus et literatus fuit Jos. Langen coloniensis n. 3. Jun. 1837 professor s. Scripturae in universitate bonnensi, qui tamen occasione conc. vaticani ab Ecclesia defecit (n. 8. Jun. 1837; † 13. Jul. 1901). Ante suam defectionem opera sane utilia composuit, ut *Das Judenthum* in Palästina zur Zeit Christi ... als Einleitung in die Theologie des N. T, Freiburg 1866, in quo erudite disserit de ll. apocryphis judaeorum V. T.; *Grundriss* der Einleitung in das N. T., ib. 1868. Bonn 1873 ed. 2; *Die deuterokanonischen Stücke* des B. Esther, Freiburg 1862, quas tuetur; *Die letzten Lebenstage Jesu* ... Nebst einem Anhange über Golgatha und das h. Grab, ib. 1864 etc. Doctas quoque diss. inseruit fasc. lit. tubing. Cf. Gla Repert. 1, I; Hdl. 2, 537; Kohlschmidt Biogr. Jahrb. VI (1901), 189.

turam. *Constitutiones* synodales almae ecclesiae strigoniensis 1450, ib. 1865; *D. Hieronymum* oppido Stridonis in regione interamna (Muraköz) Hungariae a. 331 p. Chr. natum esse, Mainz 1874; *Die Erzabtey Martinsberg* der Geburtsort des h. Martinus Turonensis in österr. Vierteljahrschrift für kath. Theologie VII (1868), 1—38; *Joan. Sylv. Pannonicus* (Erdösi) Professor der hebr. Sprache an der Wiener Universität, dessen Leben, Schriften und Bekenntniss, Wien 1871; *Stanisl. Hosius* und seine Biographie, Gran 1889. Collegit *Epistolas pastorales et instructiones* card. Simor (cf. p. 1525). Ultimum ejus opus est [1]) *Vetus hymnarium* ecclesiasticum Hungariae, Budapestini 1893. Ediderat etiam *Aus dem Graner Domschatz,* 55 photographische Abbildungen, Gran 1880 in f. ed. magnifica, commentario doctissimo illustrata, sed rarissima, nam exemplaria tantum 60 fuere impressa. — Non minus doctus et clarus fuit Franc. Phil. Kaulen Düsseldorfiensis 20. Mart. 1827 professor s. Scripturae in universitate bonnensi, adversarius liberalismi in studio biblico († 11. Jul. 1907), qui publicae luci dedit inter alia [2]) *Einleitung in die h. Schrift* A. u. N. Testamentes, Freiburg pp. 3 1890—93 ed. 3; in V. T. 1898 ed. 4; in N. T. 1905 ed. 5; totius op. 1911 ed. 5. penitus retractata cur. Gottfried Hoberg, opus egregium, solidum, accuratum, vel a protestantibus collaudatum; *Assyrien und Babylonien,* ib. 1891 ed. 4. opusc. accuratum; *Geschichte der Vulgata,* Mainz 1868, opus bonum et utile, *Handbuch der Vulgata,* scil. de ejus idiomate ib. 1870; *Die Sprachverwirrung zu Babel,* linguistisch-theologische Untersuchungen über Gen. 11, 1-9, ib. 1861, contra quod scripsit A. F. Pott Anti-Kaulen, Lemgo und Detmold 1863; Librum *Jonae prophetae* exposuit, Mainz 1862. Plurimas inseruit diss. doctas de argumentis, praesertim de personis biblicis in varia folia literaria. Suppresso suo nomine edidit *Aphorismen* über kath. Behandlung der Bibel, 1862 etc. Multum vero meruit de theologia catholica redactione ed. 2. lexici ecclesiastici, quam post card. Hergenroether in se susceperat Freiburg 1881—1901 t. 12. Aliorum vertit opuscula, in primis Fl. Josephi (cum Martin et Velten) *Jüdische Alterthümer,* Köln 1893 ed. 3. — Andreas Brüll (n. Boslarii 5. Jun. 1845; † 24. Jul. 1903) scholae rector et (1894) parochus composuit *Bibelkunde* für höhere Lehranstalten, Freiburg 1877; 1899 ed. 7; 1910 ed. 13—15. cur. Jos. Brüll ejus fratre, utilis et bona epitome; Lehrbuch *der hl. Geschichte* ib. 1884; *Der Hirt des Hermas,* 1882; *Der erste Brief des Clemens von Rom* und seine geschichtliche Bedeutung, 1883; et plures diss. de patribus apostolicis in theologische Quartalschrift, Tübingen 1876—91; de passione Domini in Katholik 1899-1900. Ex ejus schedis prodiit l. egregius apologeticus posthumus *Die wahre Kirche Christi,* Freiburg 1903 stilo, populari concinnatus [1]). — De Lamy auctore introductionis infra erit sermo.

843. Ex *Gallia* nominandus est Jo. Lud. Ant. Alfred Gilly n. 26. Maj. 1833, qui studia sua absolvit Romae adeptusque est lauream in theologia et jure canonico. A suo episcopo missus est in Germaniam, ut se in exegesi et lingua hebraica perficeret. Revocatus in dioecesim cathedram rexit s. Scripturae in seminario nemausiensi (1860). Canonicus factus est (1874) et vicarius generalis (1885) et defuncto episcopo vicarius capitularis (1888), demum episcopus nemausinus (1889-1896). Stetit

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Bi. 47, 617 ss.; Katholik 1865 II, 99—75.

[2]) Cf. Gla passim t. 1 p. I et p. II; k. Hdl. II. 334.

[1]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VIII (1903), 193.

fortiter adversus vexationes, quibus jam tunc premebatur Ecclesia [1]). Composuit *Précis d' introduction* à l' Ecriture sainte, Nîmes 1867 t. 3 in 12; *Notions élémentaires* sur l' Ecriture sainte, 1879; *L'Ecclésiaste de Salomon* traduit de l' hébreu et précédé d' une étude sur le charactère, l' auteur, le plan et l' âge de ce livre, ib. 1863; *Petits Traités* destinés a rendre faciles l' étude et l' intelligence de la théologie, Nîmes 1895 t. 3 in 12., et plura alia ascetica et homiletica. — Scriptor feracissimus et pro causa catholica industrius operarius fuit qui eodem decessit a. (6. Nov. 1896) Mauritius Lesages d' Hauteroche d' Hulst Parisiis n. 10. Oct. 1841. Studia Romae absolvit promeruitque doctoris lauream in theologia et jure canonico. Post reditum dictus est vicarius ad s. Ambrosium Parisiis. Subversionis tempore 1871 ad mortem quaesitus periculum protegente Dei gratia evasit. Guibert archiepiscopus eum selegit in vicarium generalem. Magna alacritate stetit pro fundando Parisiis instituto catholico, cujus ipse constitutus est rector, qui illud sua sagacitate et sedulitate ad stabilem provexit florem. Successit etiam celebri oratori P. Monsabré in habendis sermonibus in ecclesia principe et per quadriennium huic muneri optime satisfecit. Prodierunt ejus *Conférences,* Paris 1893—96 t. 4.; 1908 t. 6 ed. 2. Decessit laboribus consumptus morte fere praematura. Innumera sunt quae edidit pro tempore, quo ea scripsit, sane utilia [2]). Ex his aliqua hic notabimus: *La Question biblique,* 1893, quae diss. controversiam excitavit literariam: liberiori enim opinioni favet, quae inspirationis extensionem nimis coarctat [1]). Contra eum calamum arripuerunt J. B. Jaugey in La science cath. VII, 234—45; et Brucker in Etudes LVIII, 234—45; P. Salvi O. Barn. in Science cath. pro Hulst stat. *Vie de Just de Bretenierès* missionnaire apostolique martyrisé (juvenis 28 a.) en Corée en 1886, Paris 1889; *L'Education supérieure,* ib. 1886; *du progrès de la philosophie,* ib. 1887; *Mélanges philosophiques,* recueil d' essais consacrés à la défense du spiritualisme par le retour à la tradition des écoles cathol., ib. 1892. Ejus *Lettres de direction* publicae luci dedit Alfr. Baudrillart, ib. 1905; *Nouveaux Mélanges oratoires* cur. Odelin, ib. 1907. *Nouveaux Mélanges* théologiques ... philosophiques ... Biographies, ib. 1909 t. 2 cur. Odelin. — Constantin Chauvin (n. 1859) edidit *Leçons d' introduction* générale théologique, historique et critique aux divines Ecritures, Paris 1898. Plures quoque libellos de argumentis praeprimis biblicis inseruit collectioni Science et religion. Etudes pour le temps présent, ib. 1898. — Contra Loisy edidit Magnier professor s. Scripturae in seminario suessionensi et canonicus Etude *sur la canonicité* des Saintes Ecritures, Paris 1892 in 12., quo complectitur quae pluribus diss. exposuerat antea in fol. per. Univers; *Dissertations et discussions exégétiques,* ib. 1904 t. 2. — Insignis orientalista erat Winandus Fell [2]) aquisgranensis n. 13. Dec. 1837, professor s. Scripturae V. T. in universitate monasteriensi († 15. Jul. 1908). Edidit *Die neuesten Forschungen* auf dem Gebiete der altägyptischen Geschichte und Chronologie, 1868; *Die Christenverfolgungen* in Südarabien und

[1]) Cf. L' Episcopat p. 421; Polybiblion 1896 p. 173.

[2]) Ea diligenter recenset Polybiblion 1896 II, 544 ss. Sunt plerumque sermones vel diss. occasionales. Cf. Recueil de souvenirs, à la mémoire de Mgr. .... d' Hulst, Paris 1898.

[1]) Cf. Fonck Der Kampf um die Wahrheit der h. Schrift p. 63 ss.

[2]) Alius ab eo est Georgius Fell SJ. n. 31. Dec. 1859, cujus est *Die Unsterblichkeit der menschl. Seele* philosophisch beleuchtet, Freiburg 1952, fasc. supplentarius 55 ad Stimmen zu M.-Laach. Cf. de nostro Katholik 1908 II, 153.

die himjarisch-äthiopischen Kriege, 1881; *über die Ergebnisse* der Aegyptologie, 1889; *südarabische Studien* ad illustranda nomina Dei sabaea, 1900; *Lehrbuch der allgemeinen Einleitung* in das A. T., 1906; *de Daniele* 9, 26 theol. Qtlschr. Tübingen 1892 p. 355-95 etc. — E. Philippe professor Scripturae in seminario lingoniensi ejusque superior et consultor commissionis pontificiae pro codificatione juris canonici († 5. Jan. 1910 a. aet. 68) praeter alia reliquit *Manuel d'introduction générale* aux Livres Saints, s. l. et d.; et criticam ed. op. s. Hieronymi *Psalmorum interpretatio latina* juxta hebraicam veritatem, 1875; *Introduction* au L. des Psaumes. Adjuvit quoque Vigouroux in edendo Dictionario biblico [1]); *de delictis et poenis* etc. — Seriem hanc illustrem absolvat optimus solidusque s. Scripturae vindex et interpres Rudolfus Cornely SJ. 19. April 1830 n. in Breyell Borussiae oppido. Absoluto theologiae curriculo missus est in Syriam, ut se excoleret in linguis orientalibus pro studio s. Scripturae. Post triennium Parisios se contulit, ut proficeret in Aegyptiologia, atque ita bene excultus docuit sodales in collegio lacensi exegesin et linguas orientales. Bibliothecae praefuit et aliquamdiu (1872—74) redegit *Stimmen aus Maria-Laach* [2]), quibus inseruit masculos articulos apologeticos. Sed iniqua vexatione solutum fuit floridum illud collegium ipseque coactus est in Belgium confugere. Inde a praeposito generali Soc. J. Romam est vocatus ad regendam in collegio romano s. Scripturae cathedram. Ibi mente concepit magnum opus cursum scil. s. Scripturae ad eam undique illustrandam et adhibitis idoneis sociis [1]) excrevit illud ad t. 39. Ipse sibi reservavit partem isagogicam, *introductionem* in s. Scripturam Parisiis 1885—86, quae jam prodiit 1894 ed. 2. t. 4 (3), et hujus *compendium,* cujus exstat ed. jam 6., ib. 1909, prima ib. 1889. Sibi reservaverat etiam ex N. T. epistolas s. Pauli, sed ex iis interpretatus est tantum priorem *ep. s. Pauli ad Corinthios,* ib. 1890; ep. alteram *et ad Galatas,* ib. 1892; *in l. Sapientiae,* ib. 1909, posthumus cur. Zorell; cursus hic est verum armamentarium pro exegetis catholicis adversus interpretes liberales, rationalistas et incredulos recentioris aetatis [2]). Aliis praetermissis auctoris nostri industriae et energiae debemus folium egregium *Die katholischen Missionen,* seriem fasc. supplementariorum ad Stimmen aus M.-Laach, quorum prodierunt jam ultra centum. Obiit hic vir doctus Treviris 3. Mart. 1908.

844. Ad introductionem referri potest *Historia* sacra seu historia populi Dei, de qua solliciti fuere: Jo. Bapt. Holzammer Moguntinus n. 1. Maj. 1828, qui adhuc juvenis vocatus est in seminarium ad regendam cathedram

[1]) Cf. Revue des Sciences phil. et théol. IV (1910) 193.

[2]) Redactionis horum fasc. socius, dein et director fuit (1889—99) Aug. Langhorst S. J. Monasteriensis (n. 24. Jul. 1909), qui illos egregiis ditavit articulis philosophicis et theologicis; inter quos mentione digni sunt *Zur Entwicklungsgeschichte der Apologetik* t. 18—20 (1880—81). Cf. passim Gla 1, II. Eidem successit in redactione Jos. Blötzer SJ. (n. 13. Maj. 1849; † 7. Jul. 1910).

[1]) Praecipuus in hoc op. socius fuit Jos. Knabenbauer SJ. (n. 19. Mart. 1939; † 12. Nov. 1911), cui ex t. 39 debentur 17, scil. commentarii in l. Job, in 4 prophetas majores et 12 minores, in 4 Evangelia et Actus Ap., in ll. Proverbiorum, Ecclesiastici et Machabaeorum.

[2]) Vere de eo censet Lehmkuhl in Stimmen aus M.-Laach XXXVII, 420: In linguistischer und archäologischer Hinsicht zeigt sich P. C. seinen Gegnern durchaus gewachsen, in kritischer und exegetischer Beziehung, in logischem Denken, in Zergliederung und Zusammenfassung seines Stoffes ist er ihnen weit überlegen. Cf. de ipso Baumgartner ib. LXXIV (1908) 357-70; Hertkens Lit. Hdw. 1908 c. 493.

introductionis in s. Scripturam et exegesis in V. T., quam multos tenuit per annos. Receptus est 29. Sept. 1886 in capitulum et 1890 successit in munere regentis seminarii Moufang defuncto († 24. Sept. 1903). Praeter ascetica et diss. fasciculis literariis insertas edidit iterum Guil. Estii in omnes Pauli epistolas, item in catholicas *commentarios,* Moguntiae 1858—60 t. 3. Retractavit prorsus Schusters *Handbuch zur biblischen Geschichte,* curavitque ed. 2—5, ib. 1871—1890, opus admodum utile et accuratum, quod J. Selbst et J. Schäfer iterum retractarunt et 7. vice 1910 ediderunt. Ejus quoque est *Bildung des Klerus* in kirchl. Seminarien oder an Staatsuniversitäten. Historische Skizze eines hundertjährigen Kampfes in Deutschland 1900. Vir erat admodum candidus, comes, laboriosus. Partem habuit in tenendis missionibus, praeses erat unionum s. Vincentii et s. Elisabeth, virgines anglicanas ab a. 1866 ad mortem usque[1]) rexit. — Hugo Weiss in lyceo braunsbergensi professor (n. 16. Jun. 1842; † 8. Mart. 1909, edidit *Die grossen Kappadocier* Basilius, Gregor von Naz. und Gregor von Nyssa als Exegeten, Braunsberg 1872; *Moses und sein Volk,* Freiburg 1885, opus accuratum; *David und seine Zeit,* Münster 1880; *de aetate,* qua Obadia propheta vaticinatus sit, Braunsberg 1874; *Judas Maccabäus,* Freiburg 1897; *Die Bergpredigt* in ihrem organischen Zusammenhang erklärt, 1892; *Neuere wissenschaftl. Funde* u. Entdeckungen 1901. — *Handbuch zur biblischen Geschichte* des A. und N. Bundes composuit 1900 Car. Laemmermeyer Augustanus n. 4. Febr. 1851, prof. religionis in gymnasio († 8. Aug. 1910). — Beurlier (n. 1857; † 9. Jun. 1907) quondam historiae romanae professor in instituto cath. parisiensi, dein parochus, descripsit *Le Monde juif* au temps de J.-Christ et des apôtres, Paris 1900 t. 2; *Histoire abrégée* de la littérature latine depuis les origines de Rome jusqu'au VI[e] siècle de l'ère chrétienne, ib. 1880 in 12. Inseruit plures art. Dictionario s. Scripturae ed. Vigouroux, Dictionario theol. cath. ed. Vacant et Dictionario archael. ed. Cabrol. — *Geschichte des alttestamentlichen Bundesvolkes,* Regensburg 1886, narrat Andreas Kohlbauer Bavarus parochus (n. 11. Nov. 1819). — Thomas quondam theologiae professor et vicarius generalis virodunensis († 1899), de quo jam supra p. 1889 egimus, proponit *Les temps primitifs* et les Origines religieuses d'après la Bible et la Science, Paris 1889 t. 2, quo in op. fusius agit de prioribus Genesis cap. — Ferd. Stiefelhagen canonicus coloniensis (n. 22. Febr. 1822; † 1902) describit *Geschichte des Volkes Israel,* 1854; *Theologie des Heidenthums.* Die Wissenschaft von den alten Religionen und der vergleichenden Mythologie nebst neuen Untersuchungen über das Heidenthum und dessen näheres Verhältniss zum Christenthum, Mainz 1858; *Biblische Geschichte* für die katholische Volksschule, 1893; *Kirchengeschichte* in Lebensbildern für Schule u. Familie, Regensburg, Freiburg 1893 ed. 3. Inseruit quoque[1]) prolixas diss. foliis lit. Zeitschrift für die ges. kath. Theologie (ed. Viennae), ut *Religion* in den Wissenschaften VII (1855), 153—95, in qua ostendit quomodo singulae scientiae inserviant theol.; *Schöpfungsgeschichte* der neuern Wissenschaft u. der Bibel IV. (1852), 179—219 etc. — Cum historia sacra cohaeret *geographia* s., cui illustrandae Richard de Riess n. 19. Mart. 1823 in Schwäbisch-Gmünd in ditione würtembergica se impendit. Factus est parochus, canonicus rottenburgensis et scholarchus. Sedit nomine capituli in comitiis regni († 6. Oct.

[1]) Cf. J. Schäfer Katholik 1903 II, 385-96: Lauchert biog. Jahrb. VIII (1903), 222.

[1]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VII (1902), 347.

1898). Praecipuum ejus opus est [1]) *Bibel-Atlas* constans decem tabulis geographicis cum indice geographico, Freiburg 1887 ed. 2; 1895 ed. 3; latine 1896; 1905 cur. Rückert [2]); 1906; etiam gallice et anglice; adjecit *Biblische Geographie.* Vollständiges biblisch-geographisches Verzeichniss als Wegweiser zum erläuternden Verständniss der h. Schrift des A. und N. Testamentes, ib. 1872; Wandkarte von Palästina, ib. 1889; 1897 ed. 3; *Zur Beleuchtung* der Topographie des alten Jerusalem, in Tübinger theol. Qtlschr. LII (1870), 181-215 [3]). — Cum historia s. cohaeret et *archaeologia.* Paulus Scholz n. 29. Jun. 1828, professor s. Scripturae in universitate wratislaviensi († 27. Aug. 1900) proponit [4]) *Die h. Alterthümer* des Volkes Israel dargestellt und erläutert, Regensburg 1868 pp. 2; *Handbuch der Theologie des A. Bundes* im Lichte des Neuen, ib. 1861—62 pp. 2; *Götzendienst* und Zauberwesen bei den alten Hebräern und den benachbarten Völkern, ib. 1877; *die Ehen der Söhne Gottes* mit den Töchtern der Menschen ... über den Bericht Gen. 6, 1—4, ib. 1865 adversus Kurtz eosque, qui filiorum Dei nomine intelligunt angelos; *de caritate christiana* intra familiae, civitatis, Ecclesiae fines actionibus exhibenda, Paderborn 1864. — Alius ab eo est Antonius Scholz n. 25. Febr. 1829, professor s. Scripturae in universitate wirceburgensi († 30. Sept. 1908), cujus praeter alia sunt [1]): *Die Keilinschrift-Urkunden* u. die Genesis, Würzburg 1877; *Die Aegyptologie* und die Bücher Mosis, ib. 1878; Kommentar *über das Buch Esther* mit seinen Zusätzen und über Susanna, ib. 1892; zum *B. Tobias,* ib. 1889, in quo Tobiae historiam habet pro allegoria futurae conversionis Israelis ad Ecclesiam; zum *B. Judith,* ib. 1887; praemiserat *Das Buch Judith* eine Prophetie, ib. 1885, cum addit. über Bel und Drache; 1896 ed. 2; *Der masorethische Text* und die Uebersetzung des B. Jeremias, Regensburg 1875; Kommentar *zum B. des Propheten Jeremias,* Würzburg 1880; *zum B. des Propheten Hoseas,* ib. 1882; *des Propheten Joel,* ib. 1885 etc., in quibus difficultates historicas evadere nititur interpretatione allegorica. Suas opiniones paucis complectitur in oratione, quam habuit universitatis rector: *Zeit und Ort* der Entstehung der Bücher des A. Testamentes, 1893. De inhabitatione Spiritus s. 1856.

845. Subjiciemus quosdam, qui docta ediderunt opera, quae saltem remote et indirecte studia biblica promovere vel ad ea possint referri. Ita Ramirez Fernandez Valtuena canonicus poenitentiarius toletanus merito censuit in studiis biblicis rationem esse habendam etiam inventionum et disputationum eruditorum recentioris aetatis: hinc magna sedulitate et eruditione opus composuit inscriptum *Egipto y Asiria resuscitados,* Toledo 1898 t. 2. — V. Ermoni Gallus († 1910) de promovenda philosophia thomistica valde erat sollicitus, quem in finem edidit opera; sed et haud pauca theologica. Inseruit collectioni Science et Religion plures

---

[1]) Lauchert allg. d. Biogr. 53, 384.

[2]) Car. Theod. Rückert (n. 2. Febr. 1840: † 9. Nov. 1907) professor literaturae N. T. in universitate friburgensi edidit praeter alia etiam *Quellen der allgemeinen Geschichte* 1865 et itinera in Orientem. Cf. Kirchl. Hdl. II, 1842.

[3]) Huc referri potest Joan. Fahrngruber professor in seminario sanhippolytano († 27. Nov. 1845; † 16. Aug. 1901), qui diu Hierosolymis est conversatus suasque notitias in Oriente collectas in lectorum utilitatem proponit in ll. *Nach Jerusalem,* 1889 ed. 2; *Aus dem Pharaonenlande,* 1882; *Wanderungen* durch Palestina, 1882. Cf. Wolkenhauer biogr. Jahrb. VI (1901) 321.

[4]) Cf. Gla Repertorium 1, I passim; Lauchert biogr. Jahrb. V (1900), 313.

[1]) Cf. Gla passim 1, I; k. Handl. II, 1985.

tomulos, ut *Bible et Egyptologie,* Paris 1903; *La Bible et Assyriologie,* ib. 1903; *La Bible et l'Archéologie syrienne,* ib. 1904; *de Leontio Byzantino* et de ejus doctrina theologica, ib. 1895; *S. Jean Damascène,* ib. 1904, quo in op. synoptice hujus tradit doctrinam; *Jésus* et la prière dans l'Evangile, ib. 1906; *Le Baptême* dans l'Eglise primitive, ib. 1904. — Athanasius Ollivier professor historiae et philosophiae, dein parochus describit t. 4 *Le Génie d'Israël,* scil. Histoire et législation, Poésie, Eloquence, Paris 1891, quo op. aperire vult lectoribus omnem s. Scripturae pulchritudinem. Ediderat jam antea *L'Epopée biblique* et postea *le Poëme* de l'Evangile, Lyon 1899 t. 2. — *Le symbolisme* dans l'Ecriture. Noms et figures de N.-Seigneur, Paris 1903, illustrare nititur Georg. Legeay OSB. † 9. Dec. 1903). — Jos. Cozza-Luzi O. S. Bas. Bolsenae n. 24. Dec. 1837, abbas Grottaferratae (1879—82), ab a. 1882 subbibliothecarius vaticanus († 1. Jun. 1905) inclaruit editionibus monumentorum antiquitatis [1]). Ita cum Vercellone edidit *codicem vaticanum,* Romae 1868—81 t. 5; *V. et N. Testamentum* e cod. vatic. 1209 phototyp. ib. 1889 t. 5; Prophetarum cod. vat. 2115 phototyp., ib. 1889; *Hymnologia Graecorum,* ib. 1862; *Novae PP. bibliothecae* ed. Mai t. VIII. et IX, ib. 1871. 1888; *Historia S. P. N. Benedicti* a P. Gregorio descripta et a Zacharia graece reddita nunc primum e cod. sec. VIII. edita, Tivoli 1880; *de rom. pontificis auctoritate doctrinali* testimonia liturgica ecclesiae graecae, Romae 1870. Diss. quoque inseruit Röm. Qtlschr. I (1887) 197—208.

846. Jam ad *exegetas* veniamus. Inter hos [2]) non infimus est Jos. Corluy SJ. Antverpiensis n. 4. Dec. 1834. Postquam mathesin, physicam, astronomiam aliasque disciplinas tradidit, diu rexit (1869—93) cathedram exegesis et linguarum orientalium († 6. Jun. 1896). Temporis lapsu plures edidit commentarios prius manuscriptos, dein in usum publicum. Commentarius *in Evangelium s. Joannis,* Gandavi 1878 in 8; *compendium introductionis* in Scripturam s., 1875; *Spicilegium dogmatico-biblicum,* commentarii scil. in selecta s. Scripturae loca, quae ad comprobanda dogmata adhiberi solent, ib. 1884. 1885 t. 2; commentarius *in Js. 54—66,* Lovanii 1883; s. Pauli *ep. ad Romanos* paraphrasis exegetica, ib. 1883; tr. *de s. Scriptura,* ib. 1883; *Acta s. Mar Adu'l* Masich aram. et lat. in Analectis Boll. V (1886) et seorsim Bruxellis 1886; *Historia s. Mar Pethion M.* syriace et latine, ib. t. VII (1888) et seorsim Lovanii 1888. Plurimos inseruit articulos [1]) de argumentis biblicis Diction. apologétique auctore Jaugey et foliis literariis Précis hist., Etudes relig., La controverse et le contemporain, La science cathol. etc. — Celebrior tamen est qui eodem a. (19.-20. Jan. 1896) decessit Guil. Renatus Meignan n. 12. Apr. 1817. Monachii aliquamdiu commoratus est (1842—43) celeberrimosque viros, quibus tunc florebat illa academia audiit atque etiam Berolinum adiit, ut se excoleret. Ut restauraret vices morbo affectas in Italiam secessit otiumque nactus est, ut in theologia lauream promereret (1866). In Sorbona cathedram s. Scripturae obtinuit atque praelectionum fructum exhibuit in op. *Le Monde et l'Homme primitif,* Paris 1869. A Darboy archiepiscopo parisiensi dictus est vicarius generalis et archidiaconus. Anno 1865 electus est in episcopum catalaunensem. Tenuit synodum a. 1878 et cum 23 episcopis fundavit universitatem pari-

[1]) Cf. Hdl. I, 1002.

[2]) In America Lud. de Goesbriand episc. burlingtonensis ab 29. Jul. 1853-1899 opera utilia de V. et N. reliquisse legitur.

[1]) Eos diligenter recenset Sommervogel IX, 110 ss.

siensem; in concilio vaticano illis adhaesit, qui definitionem pontificiae infallibilitatis inopportunam censebant. Ad atrebatensem sedem translatus est a. 1882 et post breve regimen ad sedem archiepiscopalem turonensem (1884). A Leone XIII. purpura fuit honoratus 17. Jan. 1893. Vir erat vere doctus suaeque eruditionis testes sunt plura opera docta[1]): *Les prophéties messianiques* de l'A. Testament ou la Divinité du christianisme demontrée par la Bible, Paris 1856 in 8; 1895 sub inscriptione: *De l' Eden à Moïse;* M. Renan et *le Cantique des cantiques,* ib. 1860 in 8; *M. Renan refuté par les rationalistes allemands,* ib. 1863; *Les Evangiles* et la critique au XIX^e^ siècle, ib. 1864 in 8; 1870; *La crise protestante* en Angleterre et en France. Les Essays and Reviews et le conseil privé de la Reine, ib. 1864; *Prophéties messianiques* des deux premiers livres des Rois, ib. 1878, sub inscriptione de Moïse à David; 1795; *David roi,* psalmiste, prophète avec une introduction (quae graviter fuit impugnata), sur la nouvelle critique prioris op. t. 3., ib. 1889; *Salomon,* son règne, ses escrits, 1890 in 8; *les Prophètes* d'Israël. Quatre siècles de luttes contre l'idolâtrie, ib. 1892; 1903; *Les derniers Prophètes* d'Israël depuis Salomon jusq'à Daniel 1893; *depuis Daniel* jusqu'à Jean-B., ib. 1894; *De l' irréligion systématique,* ses influences actuelles sur les sciences, les gouvernements et en particulier sur l'exégèse biblique, 1886. In suis operibus praesertim Renan et rationalistas Germaniae sibi impugnandos assumit.

847. De *Pentateucho,* qui recentioribus temporibus tot controversiis occasionem praebuit, plures et hac periodo fuere solliciti. Ita Jos. Koenig n. 7. Sept. 1819, in universitate friburgensi exegesis professor († 22. Jun. 1900), cujus sunt *Das Alter und die Entstehungsursache des Pentateuchs,* Freiburg 1884; Rede *über die Geschichte der Pentateuchkritik,* ib. 1884; *Die Unsterblichkeitsidee* im B. Job, ib. 1884; *Die Theologie der Psalmen,* ib. 1857; *Das alttest. Königthum,* ib. 1863. Meruit etiam de historia dioecesana et de historia universitatis friburgensis, diu enim redegit insigne Freiburger *Diöcesan-Archiv,* quod replevit pretiosis notitiis[1]). — Paulus Alex. Vetter n. in Oberdettingen regni würtembergici 14. Jul. 1850, in linguis semiticis et indogermanicis, praesertim in armena, egregie erat excultus. Specimen exhibuit in opusculo *Chosroae* M. ep. monophysitici *explicatio precum missae* e lingua armenica in latinam versa, Friburgi Br. 1880. In patrologia auctore Nirschl (Mainz 1885 III, 206—62) sectio de patribus syris et armenis ipsius est opus; plura quoque scripta armena germanice vertit. Ab a. 1890 rexit cathedram introductionis et exegesis V. T. in universitate tübingana, licet infirmae esset valetudinis. Edidit: *Der apokryphe dritte Korintherbrief,* Tübingen 1894; *Die Metrik des B. Job,* Freiburg 1897; plures diss. quae ad literaturam armenam spectant. Speciatim autem hic est nominandus propter prolixas diss. criticas, quae ad Pentateuchum referuntur quaeque passim leguntur in fasc. liter. tübingensibus. De Hexaëmeron Mosis, quod ei est carmen poëticum, non narratio historica, et de origine Pentateuchi satis libere sentit. A Leone XIII. receptus est inter consultores commissionis pontificiae de s. Scriptura. Licet vir esset admodum doctus[2]) in magna apud eruditos auctoritate, indolis erat pacificae († 21.

[1]) Cf. Polyb. 1896 I, 172 s.; L'Episcopat pag. 180: 74; 636 ss.; Boissonnot Le card. Meignan, Paris 1899; Vigouroux IV, 933.

[1]) Cf. Handl. II, 447; Freib. Diöcesan-Arch. XXVIII (1900) p. V—XVI.

[2]) Cf. encomium auctore Ant. Koch in theol. Quartalschrift Tübingen 89 (1907), 585—612.

Sept. 1906). — Petrus Gomez schol. piar. dedit *El Génesis.* Texto hebreo con transcripción (sine vocalibus) y versión latina, cum frequentibus annotationibus, Madrid 1895. — P. Julien in *Etude critique* sur la composition de la Genèse, Paris 1888 illorum rationalistarum opinionem impugnat, qui hujus l. negant genuinitatem putantes eum esse tantum compilationem fragmentorum auctorum diversorum. — Ant. Tappehorn n. 26. Apr. 1823 Vechtae in ducatu Oldenburg, parochus et dec. († 1. Jan. 1908) luci dedit *Erklärung der Genesis,* Paderborn 1888. 1895 in 8; *Ausserbiblische Nachrichten* oder die Apokryphen über die Geburt, Kindheit und das Lebensende Jesu u. Mariä, ib. 1885; *Der Priester am Krankenbett,* ib. 1893 ed. 3; 1910 ed. 5. cur. Heinekamp; *Die lässliche Sünde,* Dülmen 1883; *Verwaltung des Busssacraments* 1878; 1900 ed. 4; Historiae eccl. auctore Rohrbacher t. 6. et 7. germanice vertit; *Erklärung und Predigtentwürfe* zu den sonn- und festtäglichen Evang. des kath. Kirchenjahres, Dülmen 1896 t. 2 ed. 2. et plura ascetica saepius edita.

848. Occasione interpretationis Genesis quaestio frequenter agitatur de *harmonia* inter s. Scripturam et scientias naturales. Ita[1]) Gombault sacerdos in *Accord de la Bible* et de la science dans les données fournies par la cosmographie et la physique du globe. Resumé scientifique, Paris s. d. (1895). — Leon. Dessailly parochus et socius academiae remensis († 1907 a. act. 76) patefacere nititur *Concordance parfaite* de la chronologie biblique et de la chronologie égyptienne, Paris s. d. (1895) in op. *Le Paradis terrestre* et la Race nègre devant la science, ib. 1893 nimisque confidenter promittit definitivam solutionem; *L'antiquité de la race humaine* d'après les sciences contemporaines, ib. s. d., in quo disserit contra eos, qui humano generi tribuunt jam majorem antiquitatem. Cum Moigno jam (cf. p. 1884) de hoc argumento disputaverat. — Eandem illustrare nititur et forte nimis urget Brevet sacerdos in suo *Parallélisme* entre la géologie et la Bible, Paris 1895 ed. 2. Ipsius quoque est *Le Cantique des cantiques* ou l'Amour réciproque de J.-Christ et de l'Eglise 1890. — Athanasius Bosizio SJ. Goritziensis n. 30. Apr. 1809, praepositus provinciae austriacae († 5. Febr. 1896) magna sedulitate concinnavit *Das Hexaëmeron u. die Geologie.* Briefe über die Anwendung der geologischen Forschungen bei der Auslegung der Schöpfungsgeschichte, Mainz 1865, quo in op. stat pro literali significatione dierum creationis, dierum scil. 24 horarum. *Die Geologie und die Sündfluth.* Eine Studie über die Urgeschichte der Erde, ib. 1877 in 4. — Lavand de Lestrade congr. s. Sulp. ultra a. 50 professor in seminario claromontano († 1901) disputavit contra Darwinismum, et ostendit *Accord de la science* avec le 1. ch. de la Genèse, Paris 1885. — Henricus Demante SJ. (n. 2. Jul.

[1]) Dolendum est inter theologos catholicos referri non posse Fr. Henr. Reusch (n. 4. Dec. 1825; † 1900), s. Scripturae in universitate bonnensi professorem, qui misere ab Ecclesia catholica defecit factusque est vicarius generalis sectae veterocatholicae. Vir erat sane eruditus diffusaeque lectionis. Ex ejus operibus praecipua sunt: *Lehrbuch der Einleitung* in das A. Testament, Freiburg 1859; 1870 ed. 4; *Bibel u. Natur.* Vorlesungen über die mosaische Urgeschichte u. ihr Verhältniss zu den Ergebnissen der Naturforschung, ib. 1862; Bonn 1876 ed. 4., cujus op. compendium est: *Die biblische Schöpfungsgeschichte u. ihr Verhältniss* etc., ib. 1877; *Das Buch Tobia* übersetzt und erklärt, Freiburg 1857; *Erklärung des B. Baruch,* ib. 1853; *Index der verbotenen* Bücher 1883—85 pp. 2; *Geschichte der Moralstreitigkeiten* in der k. Kirche, cum Döllinger, Nördlingen 1889 t. 2; *Bellarmins Selbstbiographie* 1888. Redegit ab a. 1866—77 *Theol. Literaturbl.* Plurima alia recenset Goetz Fr. H. Reusch (1825—1900) Gotha 1901 et in Biogr. Jahrb. V (1900) 26 s.

1815; † 20. Oct. 1896) varias disciplinas sodales docuit habuitque Conférences *sur le livre de Job,* Paris 1879 in 8; Entretiens *sur les livres de Judith et Esther,* Rouen 1883; *Exposition* de quelques pages du N. T. et de l'histoire des saints, Paris 1894. — De *Psalmis* egerunt J. Koenig (cf. p. 1946) et Jo. B. Zenner SJ. n. 3. Sept. 1852 in ditione trevirensi exegesis apud sodales lector († 16. Jul. 1906), cujus sunt *Die Psalmen nach dem Urtext,* 1906 pp. 2 ed. a Wiesmann, sed proh.; *Die Chorgesänge* im B. der Psalmen 1896 t. 2; *Beiträge* zur Erklärung der Klagelieder 1905. — De prophetis egit Meignan (cf. p. 1945). — *Das Buch Ezechiel* 1901 exposuit Petrus Schmalzl prof. eichstettensis, natus Berngaviae in Palatinatu sup. 14. Jul. 1847 († 8. Dec. 1910). Ejus praeterea sunt *Die Sacramente des A. B.,* 1883; *Das Jubeljahr* der alten Hebräer, 1889. Curavit quoque *Erklärung der Psalmen* auctore Thalhofer, Ratisbonae 1895 ed. 6; 1904 ed. 7. — Emmanuel Domenech Lugdunensis n. 1825 edidit *La Prophétie de Daniel* devant la science et la philosophie de l'histoire, Lyon 1875; 1896 t. 2 in 8. ed. 2, quod opus non tam exegeticum est quam apologeticum. Exorditur quidem a Danielis visionibus, sed philosophica consideratione eventuum historiae mundanae nititur lectorem inducere in religionis cognitionem. Argumentum primi tr. est L'Apparition de l'homme, usque ad Christum; 2. L'Apparition du Christ scil. usque ad consummationem seculi. Opus prodit magnam auctoris eruditionem; harmoniam satagit ostendere inter s. Scripturam et scientiarum progressum, sed recentioris literaturae et profectus debitam non habet rationem. — Philippus Krementz Confluentinus n. 1. Dec. 1819 professor religionis, dein decanus urbis patriae (1853) electus est in episcopum warmiensem (1867). Persecutionis tempore pro sua fortitudine in tuendis juribus Ecclesiae privatus fuit ab a. 1872-83. proventibus episcopatus. Pacata tempestate dictus est a Leone XIII. archiepiscopus coloniensis et cardinalis (1893; † 6. Maj. 1899). Inter alia haec edidit: *Israel als Vorbild der Kirche.* Versuch einer Beleuchtung der Geschicke der Christenheit durch die vorbildliche Geschichte Israels, Mainz 1865; *Das Evangelium im Buche* Genesis oder das Leben Jesu vorbildlich dargestellt durch die Geschichte der Patriarchen Abraham, Isaak, Jakob u. Josef, Koblenz 1867; *Grundlinien* zur Geschichtstypik der h. Schrift. Ein Beitrag zum Verständniss der h. Geschichte u. der Weltgeschichte. Nebst einem Anhang über die Typik des B. Ruth, Freiburg 1895; *Das Leben Jesu* die Prophetie der Geschichte der Kirche, ib. 1869; *Die Offenbarung des h. Johannes* im Lichte des Evangeliums nach Johannes, ib. 1883; *Die Kirche* auf dem Berge oder Offenbarung und Abfall, Koblenz 1861.

849. Jam accedamus ad N. Testamentum. Multi solliciti fuere ut accuratam Christi juxta Evangelia vitam delinearent, et ad contemplandam atque imitandam fidelibus proponerent. Ita Jos. Grimm in op. *Das Leben Jesu* nach den 4 Evangelien dargestellt, Regensburg 1876—99 t. 7, diligentissime eam elaboravit. Natus est J. Grimm Frisingae n. 23. Jun. 1827. Professor erat exegesis in lyceo ratisbonensi, inde (1874) transiit ad universitatem wirceburgensem († 1. Jan. 1896). T. VII. operis laudati absolvit ediditque Jos. Zahn, qui et curavit ed. 2. t. 4—6, ib. 1897—1903, priores tres ediderat adhuc ipse auctor 1890—95; t. 1—3 prodierunt 1906—10 ed. 3. Scripsit [1])

[1]) Cf. Keiter Lit. Kal. X (1910), 383.

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 49, 550; Schenz Das erste Jahrhundert des Lyceum Albertinum, Regensburg 1910 p. 252.

praeterea *Die vier Frauen* im Stammbaum des Herrn bei Matthäus in theol. Qtschr. Tübingen 1859 S. 408—47; Der κατέχων des 2. Thessal. Briefes (2. Thess. 2, 7), Stadtamhof 1861; *Die Einheit des Lukas-Evang.,* Regensburg 1863; *Die Einheit* der 4 Evangelien, ib. 1868; *Die Samariter* und ihre Stellung in der Weltgeschichte, 1854. Disseruerat quoque über den berühmten Historiker *Bischof Otto von Freising* († 1158), quo praemium retulit apud facultatem phil. monacensem 1847. — Henr. Jos. Hillenbrand regens seminarii fuldensis (n. 27. Oct. 1850; † 1895) accurate describit *Die Kindheit Jesu,* Paderborn 1898, quo in opusculo expendit quaestiones dogmaticas et exegeticas solvitque difficultates ab incredulis criticis motas. — Opus utile et sane pulchrum est *Le Mystère de N.-S. J.-Christ,* Paris 1892-98 t. 5 J. Corne congr. Mariae immaculatae et directoris seminarii majoris forojuliensis (Fréjus). — Laur. Cas. Bourquard Alsata n. 1820 prof. in facultate theol. andegavensi in suo op. *N.-S. J.-Christ d'après les saints Evangiles,* Paris 1897 aedificationem lectorum prae oculis habet. — Hanc et Bouchet intendit, etsi inscriptio l. aliud promittat: *Vie mortelle du Christ* vengée des attaques de feu Renan [1]) et des rationalistes modernes, Paris 1895: haec enim impugnatio sat jejuna est. — S. E. Fretté († 1899) scripsit *N.-S. J.-Christ, sa vie* et ses enseignements, Paris 1892 t. 2; *L'Apôtre S. Paul,* ib. 1898, vita, quae contra chronologiam peccat aliisque naevis laborat [2]). — Jo. Henr. Friedlieb Meisenheimii in Hassia-Homburg n. 1. Sept. 1810, docens privatim exegesim Bonnae, Wratislaviae theologiae moralis, dein exegesis N. T. professor († 17. Mart. 1900) edidit *Archaeologie der Leidensgeschichte* unsers H. J. Chr., Bonn 1843; *Ev. IV in harmoniam redacta,* Breslau 1847; Regensburg 1869 ed. 2: *Geschichte des Lebens Jesu,* Breslau 1855; Schaffhausen 1858 ed. 2; Münster 1887, opus concinnum, accuratum, eruditum adversus Strauss et Renan [1]); *Prolegomena* zur biblischen Hermeneutik, Breslau 1868 fasc. I; *Oracula Sibyllina.* Ad fidem codd. msc. quotquot exstant recensuit, praetextis prolegomenis illustravit, versione germanica instruxit (quae et seorsim ib. prodiit), annotationes criticas et rerum indicem adjecit, Lipsiae 1852 etc. *Schrift, Tradition und kirchl. Schriftauslegung* oder die kath. Lehre von den Quellen der christl. Heilswahrheit an den Zeugnissen der fünf ersten christl. Jahrh. geprüft, Breslau 1854 etc. Inseruit quoque diss. biblicas fasc. lit. praesertim Oesterr. Vierteljahrsschr. für kath. Theol. — Valde vulgata est *La Vie de N.-S. J.-Christ,* Paris 1883; 1907 t. 3 ed. 7, germanice interprete E. Keppler 1893-95 t. 2 auctore Aemilio Paulo Le Camus n. 24. Aug. 1839. Interfuit Le Camus concilio vaticano theologus, concionatorem egit in primariis Galliae civitatibus, iter instituit liter. in Orientem, vicarii gen. munere Carcassone functus est et 1901 evectus ad sedem rupellensem († 30. Sept. 1906). *Nouvelle vie de N.-S. J.-Christ* illustrata [2]), Paris 1897; *Préparation* exégétique à la Vie de N.-S. J.-Christ, ou Examen critique des récits de l'Evangile, ib. 1869; *Origines du christianisme:* L'oeuvre des Apôtres, 1891; 1904 s. retractata ed. 2; *Notre voyage* au pays biblique, 1890 t. 3; 1894 ed. 2; *Voyage aux l'Eglises* de l'Apo-

[1]) Contra hunc scripsit etiam Car. Denis († 1905) L'Apologétique historique de XIXe siècle. *La critique irreligieuse de Renan,* Paris 1899. Auctor tamen propendebat in opiniones exegeticas audaces et in rationalismum. Cf. Polybiblion 1905 II, 74.

[2]) Cf. Polybiblion 1900 I, 201 s.

[1]) Cf. Gla 1, I, 339. et passim in eadem parte; Lauchert biographisches Jahrb. V (1900), 305.

[2]) Cf. Hdl. II, 594; Polybiblion 1906 II, 464.

calypse, ib. 1896. Adversus Loisy scripsit *Vraie et fausse exégèse,* Paris 1903; *Fausse exégèse,* ib. 1904; germanice interprete C. Racké 1906. — Nominatissimus altero seculi praeteriti dimidio fuit Henricus Wallon n. 23. Dec. 1812 Valencienae laicus quidem primisque muneribus addictus: fuit enim minister instructionis publicae (1875), qui legem libertatis instructionis superioris promovit, membrum academiae inscriptionum (1850) et secretarius perpetuus, necnon et senator. His muneribus tamen non obstantibus fidem suam practice et publice profitebatur, imo et operibus tuebatur. Nam praeter tot alia opera edidit: *La Sainte Bible* resumée dans son histoire et dans ses enseignements, Paris 1854—59 t. 2; 1866 ed. 2; *De la croyance due à l'Evangile. Examen critique* de l'authenticité des textes et de la vérité des récits évangéliques, ib. 1858; 1866 ed. retractata; 1887 ed. 3; *La Vie de J.-Christ* et son nouvel historien (E. Renan [1]), ib. 1864 in 12; *Vie de N.-S. Jésus-Christ* selon la concordance des quatre évangélistes, avec une Introduction sur l'autorité des Evangiles et sur les derniers systèmes qui l'ont attaquées et des notes sur les points les plus débattus de l'histoire ib. 1865 in 12; *S. Louis et son temps,* ib. 1875 t. 2 in 8; 1878 ed. illustrata. Decessit [2]) 13. Nov. 1904 senex plenus dierum a. aetatis 92. — Prolixam et eruditione plenam vitam Christi *(Das Leben Christi),* Regensburg 1842-46; 1853-62; 1898 ed. 4. t. 6, gallice Brüssel 1860, elaboravit Jo. Nep. Sepp. Cum eo opere cohaeret *Thaten und Lehren* Jesu mit ihrer weltgeschichtlichen Beglaubigung, unter eingehender Beziehung auf die jüngsten Werke von Renan u. Strauss, Schaffhausen 1864. Natus est in Tölz Bavariae oppido 5. Jun. 1816. Privatim docens erat 1842 in univ. monacensi et frequentem auditorum ob praelectionum vivacitatem plaudentium coronam circa suam congregavit cathedram, sed tristibus turbis 1847 ea fuit privatus, imo urbe pulsus. Cathedrae tamen restitutus fuit 1850. Itinera literaria in Palaestinam instituit, unde enata sunt plura opera topographica de locis sanctis. Ita *Neue architektonische Studien* und historisch-topographische Forschungen in Palästina, mit 78 Illustrationen, Würzburg 1867; *Jerusalem und das hl. Land* oder Pilgerbuch nach Palästina, Syrien und Aegypten (cum 535 illustrationibus), Regensburg 1862; 1872—75 t. 2 ed. aucta; 1878; 1890. Alia ejusdem opera sunt[1]) *Geschichte der Apostel* vom Tode Jesu bis zur Zerstörung Jerusalems, Regensburg 1866 ed. 2; *Das Heidenthum und dessen Bedeutung* für das Christenthum[2]), Regensburg 1853 pp. 3; *Kirchliche Reformentwürfe* beginnend mit der Revision des Bibelkanons. Ehrerbietige Vorlage an das vatikanische Konzil, München 1870, opus non catholicum, proponit enim ut libri deuterocanonici immerito in canonem a conc. tridentino recepti iterum expungantur, inspirationem ipsam vel Evangeliorum aggreditur. Neque commendatione dignum est opusculum *Das Hebräerevangelium* oder die Markus- u. Matthäusfrage und ihre friedliche Lösung, ib. 1870; *Görres* u. seine Zeitgenossen, Nördlingen 1877 et plurima alia, quae ad nos non spectant. Vir erat sane stupendae eruditionis, sed gradatim defecit ad opiniones singulares imo malesanas in eorumque propendit vestigia,

[1]) Adversus Renan edidit etiam Al. Fr. Nic. de Meissas *M. Renan apologiste* malgré lui, Paris 1879. Fuit Meissas quondam capellanus castrensis; habuit in Sorbona praelectiones patrologicas, scripsit etiam *Evangélisation des Gaules,* ib. 1878-82 († 1906).

[2]) Cf. Polybiblion 1904 II, 536.

[1]) Cf. passim Gla 1, I et II.

[2]) Cf. Stiefelhagen Ztschr. für die ges. kath. Theol. Wien 1854 VI, 261—303; hist.-pol. Blätter XXXIII (1854), 345—54; 839—51.

qui se opposuerunt concilio vaticano. Obiit cath. 5. Jun. 1909 senex a. 93.

850. Aloysius Arosio sacerdos mediolanensis edidit *Gesù Cristo* studi storici, Milano 1878 t. 2 in 8; *L'Evangelo* ossia Vita di G. C. narrata dai quattro evangelisti, con brevi commenti dogmatici e morali, ib. 1884 in 12; in 8; *I miracoli di G. C.*, ib. 1899; *le Parabole* dell' Evangelo ib. 1897; *La dottrina dell' Evangelo* nel triplice suo aspetto dommatico, morale e della grazia, ib. 1889; *S. Paolo* e le sue 14 lettere, ib. 1891; *La mente di S. Paolo; I primi giorni del Cristianesimo*, ib. 1895. — P. M. Labatut parochus et archipresbyter proponit in populi fidelis utilitatem *Les saints Evangiles* ou la Vie de N.-S. J.-C. harmonisée en un seul récit, Paris 1883; 1891; 1898. — Eodem fere tempore reliquit H. Pasquier director seminarii majoris Turonensis n. 1844 *Les temps évangéliques* et la Vie du Sauveur. Etude historique et chronologique sur les Evangiles, Paris 1944 t. 3, opus minoris pretii et studii critici. Hujus veluti complementum est *La vie du Sauveur* écrit avec les seuls textes év. disposée chronologiquement ib. 1906. — Perdreau quondam parochus, ob affectam valetudinem animarum cura se abdicavit factusque est canonicus honorarius parisiensis († 1906), typis dedit[1]) *Les saints Evangiles* commentés, Paris 1896 t. 4; *les Dernières Années* de la Très S. Vierge, Poitiers 1883; *Les Premières Années* ... Paris 1891; *La Très S. V. Marie* ... Bethléem, Nazareth, le Calvaire, ib. 1892 etc. — Fuse s. Joannis Evangelium commentatus est Calmes Paris 1904, quod opus in compendium contraxit in l. *Evangile selon S. Jean* ib. 1906. — Specialem quaestionem ex vita Christi discutit Matthias Jos. Schiffers parochus Aquisgrani (n. 31. Jan. 1849; † 1896) scil. Amwâs *das Emmaus des hl. Lucas* (24, 13) 160 Stadien von Jerusalem, Freiburg 1890 in 8; et iterum in diss. *Die Emmausfrage* und der Context des h. Lukas in Katholik 1893 fasc. Aprilis et Maji.[1]). — Jul. Doublet in Seminario atrebatensi s. Scripturae et hist. eccles. professor (1868—74) canonicus († 28. Febr. 1910 a. aet. 77) circa 40 vol. reliquit[2]), inter quae *J.-Christ étudié* en vue de la prédication dans S. Thomas A. 1878 t. 3; *S. Paul étudié* au point de vue de la préd. 1874 t. 3; *Leçons d'histoire ecclés.*, Paris 1878—80 t. 3 in 12; *Les Richesses oratoires* de S. Jean Chrysostome, ib. 1892 t. 2 in 8. — Adolphus Liagre ultra a. 50 professor in seminario tornacensi et canonicus († 31. Juli 1910) reliquit commentarium[3]) in ll. historicos N. T. Tornaci (1883—94) t. 3; 1899 ed 2. Interpretationem *ep. cath. s. Jacobi* 1860. — Leon. Klofutar (n. 6. Nov. 1819; † 26. Oct. 1901) praep. capituli labacensis conc. comm. *in Ev. s. Matthaei*, Wien 1866; 1898; *s. Marci et s. Lucae*, ib. 1892, *s. Joannis* ib. 1861, 1894; *in ep. ad Rom.*, ib. 1888. — M. J. Boileau parochus dioec. parisiensis edidit *Les Discours du Verbe éternel* fait homme ou de N.-S. J.-Christ, Paris 1894; *Les Epîtres* ou les Lettres inspirées de l'ap. S. Paul Paraphrase, 1892; *Le Livre de l' Ecclésiaste* ib. 1892. *Le Livre de Job* ... Paraphrase, ib. 1893; *Le Psaumes* ou les Odes inspirées du roi David, Paraphrase 1893. — G. Martin exponit *Les Evangiles des dimanches* et des principales fêtes de l'année au point de vue historique et archéologique, Paris 1897. — Bernar-

[1]) Cf. Polybiblion 1906 I, 363.

[1]) Cf. C. Rückert, qui contra ejus opinionem inseruit Theol. Qtlschr. Tübingen 1892 p. 558—616 diss. Amwâs was es ist und was nicht ist. Cf. biogr. Jahrb. XII, (1907), 107 ss.

[2]) Cf. Revue de sciences phil. et théol. IV (1910), 386.

[3]) *Histoire des livres de N. T.* hoc eodem fere tempore fuse proponit E. Jacquier Parisiis 1903—8.

dus Deppe (n. 21. Jan. 1845; † 2. Maj. 1900) exposuit juxta ss. patres interpretes *Die Sonntags-Evangelien*, Münster 1889; *Die Festevangelien*, ib. 1890. Diss. apologeticas inseruit fasc. lit. Natur u. Offenbarung[1]). — Car. Hubertus Gehlen (n. 6. Sept. 1831; † 1908) parochus edidit *Pilgerreise* nach Jerusalem 1884; 1886 ed. 3; *Leben Mariae* dargestellt durch Beschreibung ihrer Erinnerungsstätten im h. Land, 1889; *Erinnerungsstätten* des h. Johannes des Täufers, 1892. — Carol. Theodorus Rückert Badensis (n. 2. Febr. 1860) professor in universitate friburgensi literaturae N. T. inquisivit *die Quellen* der Apostelgeschichte, 1865; *Reise* durch Palästina und über den Libanon, Mainz 1881; *die Lage* des Berges Sion 1898 etc. Cf. supra p. 1956 n. († 9. Nov. 1907). — Ant. Padovani scripsit commentarios in epistolas s. Pauli, Cremona 1891; Parisiis 1897. — Aug. Fr. Maunoury n. 30. Oct. 1811 rhetoricae a. 22 prof. in seminario sagunensi (Séez) et canonicus, excellens hellenista († 10. Nov. 1898 a. aetatis 88) praeter opera pro schola linguae graecae edidit: Commentaire *sur l'épître de S. Paul aux Romains* 1878; *sur les deux Epîtres aux Corinthiens* 1878 ... *aux Galates*, aux Ephésiens, aux Philippiens, aux Colossiens et aux Thessaloniciens, 1880; ... *à Timothée*, à Tite, à Philémon, aux Hébreux, 1882 ... *sur les Epîtres catholiques*, 1888; commentarium *in Psalmos*, 1894 t. 2; *Examen* du texte *in quo omnes* (Rom. 5.12) in Revue des Sciences eccl. 1877 p. 442—58; 519—38, cui diss. opposuit M. A. Leboucher *Etude critique* Bar-le-Duc, 1877. 1878. Contra P. Martin stetit pro genuinitate testimonii Joannei 1. ep. 5, 7. Commentarii ejus laudantur a concisione et claritate[2]). — Ludovicus Jos. Hundhausen n. 29. Aug. 1845 in Gau-Algesheim oppido Hassiae rhenanae prius medicinae operam dediderat: postquam vero vitam amplexus est clericalem, diu magno auditorum emolumento docuit in seminario moguntino ss. literas, et defuncto celebri Heinrich (1890) theologiam dogmaticam. A Leone XIII. receptus est inter praelatos domesticos († 7. Jan. 1900). Edidit *das erste Pontifikalschreiben* des Apostelfürsten Petrus, Mainz 1873. Das zweite Pontificalschreiben etc. ib. 1878; *Editionen* des neutestament. Textes und Schriften zur neutest. Textkritik seit Lachmann in Literar. Handw. 1882, et Kirchenlex. II², 597—636; 698—711. *Das Luthermonument* zu Worms im Lichte der Wahrheit. Gedanken und Thatsachen zur Beantwortung der Frage: Kirche oder Protestantismus, Mainz 1868 suppresso nomine; ed. 4 (1883): *Kirche oder Protestantismus*, opus plane praestans, solidum et eruditum, stilo nobili conscriptum, spiritu vere christiano animatum, in suo genere classicum[1]). — Ad. Krawutzky Silesius, n. Neostadii 2. Mart. 1842 professor wratislavienis († 18. Jan. 1907) edidit Petrinische Studien p. 1: *Das ap. Glaubensbekenntniss*. Seine erste Gestalt und Weiterbildung, sowie sein Zusammenhang mit den ursprünglichen Lehreigentümlichkeiten des Apostelfürsten Petrus; p. 2: Das christliche Sittengesetz. Seine erste Gestalt und früheste Weiterbildung, sowie sein Zusammenhang mit dem späteren amtlichen Verhalten und Lehrverfahren des Ap. Petrus, Breslau 1872. 1873; *Einleitung* in das Studium der kath. Moral, 1890; 1898 ed. 2. Redegit etiam aliquamdiu (1873—75) *St. Hedwigsblatt*. — Mich. Rampf Monacensis (n. 4. Oct. 1825) episcopi passaviensis est († 29. Mart. 1901) *Der Brief Judä* des Ap. und

[1]) Cf. Gla passim 1, I; Lauchert biogr. Jahrbuch V (1900), 308.

[2]) Cf. Vigouroux Diction. IV, 896; Polybiblion 1898 II, 546.

[1]) Cf. Gla 1, II, 683; Schaefer Katholik 1900 I, 289—305; 444—53; Lauchert biogr. Jahrb. V (1900), 303.

Br. des Herren, historisch, kritisch, exegetisch betrachtet, Sulzbach 1854. — De Apocalypsi [1]) s. Joannis plura scripsit M. A. Chauffard laicus, judex tribunalis albiensis, christianus egregius. Videt auctor in Apocalypsi historiam Ecclesiae adumbratam ad finem usque seculi: *L' Apocalypse* et son interprétation historique, Paris 1885 t. 2; *La révélation de S. Jean,* son plan organique, impliquant l' accord avec l' A. T. et les prophéties, le prochain grand règne de l' Eglise, exposé et application d' une nouvelle méthode herméneutique s' y adaptant, tableau synoptique de ce plan, Paris 1894.

851. Jos. Theod. Augustinus Crampon n. 4. Febr. 1826 canonicus honorarius ambianensis laudabili diligentia edidit *Le N. Testament traduit sur la Vulgate* avec introduction, notes et sommaires, Tournay 1885; 1890. Jam aggressus est versionem V. T. juxta textus originales hujusque versionis t. 1. tantum edere potuit 1894 morte interveniente 16. Aug. 1894, sed ex ejus schedis viri docti ut Corluy, A. Piffard, J. Lemaire, J. Griesbach etc. reliquos 6 t. in publicum dederunt ib. ab a. 1898—1904. Versio est fidelis, accurata: adjectae sunt utiles introductiones aliaqua subsidia, ut annotationes sobriae et concisae, tabellae, chartae, vocabularia, adeo ut opus omnem mereat laudem [2]). Praeter hanc magnam ed. alia prodiit inscripta *Petite édition* revisée etc. iisdem editoribus, ib. 1903; seorsim etiam prodiit sola versio N. T. Ediderat antea *commentaria* Cornelii a Lapide cum commentariis Bellarmini in Psalmos et Corderii in Job, additis annotationibus, 1857-63 t. 2. — Ant. Arnaud Gallus n. 1827, quondam professor in seminario brignolensi parochus et canonicus, edidit *La Bible des familles,* versio cum commentario, dissertationibus, notis chronologicis, Paris 1881; 1897 t. 2 in 12.; *Concordance des Evangiles.* Texte latin, traduction française et notes, Avignon 1885 ed. 2 in 18. — Jo. Langer parochus luxemburgensis (n. 22. Jul. 1828; † 1900) dedit *Das Hohe Lied* in dreifacher Bearbeitung, Luxemburg 1887; ed. 2: *Das Hohelied* nach seiner mystischen Erklärung, Freiburg 1889; *Das Buch der Psalmen* in neuer und treuer Uebersetzung, 1889 ed. 3, quae versio fidelis ut egregia laudatur [1]); *Das Buch Job* in neuer und treuer Uebersetzung Luxemburg 1886; cum praecedenti Friburgi 1889 ed. 3. — Augustinus Ciasca OSA. n. 7. Maj. 1835, insignis orientalista [2]), praefectus archivi secreti vaticani, praesedit synodo provinciali ruthenae Leopoli habitae. Fuit dein secretarius Propagandae et a Leone XIII. creatus est (1899) cardinalis, sed obiit jam 6. Febr. 1902. Edidit versionem arabicam Diatesseron Tatiani. Romae 1888, et sacrorum bibliorum fragmenta copto-sahidica Musei borgiani, ib. 1885-9 t. 2, ed. praestans magnique momenti. — N. Testamentum germanice vertit Bened. Weinhart [3]) campodunensis n. 19. Mart. 1818, theologiae in lyceo frisingano professor († 3. Mart. 1901), München 1865. quae versio aestimatur. Curavit et 4. ed. posthumam op. Haneberg Gesch. der bibl. Offenb., Regensburg 1876.

[1]) Sensu chiliastico eam exponit G. Callegari in *Studi sopra l' Apocalisse,* Mondovi (1890) ed. altera — Chiliastam agit pluribus operibus E. A. Chabauty parochus et canonicus honorarius (n. 1827) praesertim in *Etudes scripturales,* patristiques, théologiques et philosophiques sur l' avenir de l' Eglise catholique selon le plan divin, Poitiers 1890—93. Sexaginta ejus opinionibus adhaeserunt, sed hoc aliaque ejusdem op. proh. fuere 8. Jun. 1894; 18. Dec. 1896. Cf. Ztschr. für kath. Theol. 1894 p. 377—82.

[2]) Cf. Fonck Zeitschr. für kath. Theol. XXIX (1905), 145 ss.; Vigouroux II, 1100; Francqueville Notice sur M. l' abbé A. Crampon.

[1]) Cf. Gla 1, I, 259. 273. 279.

[2]) Cf. Hdl. 1, 938; Martin Polybiblion 1886 I, 124 ss. Civ. catt. 1902 I, 612.

[3]) Cf. Lauchert biogr. J. VI (1901) 144.

IV. Patrologia.

852. David Gonzales Carvajal theologiae doctor et patrologiae professor ovetensis coepit edere suas *Institutiones patrologiae.* Oviedo 1895, qui t. 1. agit de patribus primorum 4 sec. Jo. Felix Nourisson alioquin laicus n. 18. Jul. 1825 philosophiae erat deditus eamque professus est variis in collegiis de eaque plura reliquit scripta[1]). Inter socios academiae scientiarum moralium et politicarum receptus fuerat 1870 († 13. Jun 1899). Edidit *Les Pères de l' Eglise latine,* leur vie, leurs écrits, leur temps, Paris 1858 t. 2 in 12; *Lectures morales* et religieuses extraites et traduites des Pères de l' Eglise latine, ib. 1856 t. in 12; *La philosophie de saint Augustin,* ib. 1865 t. 2 in 8; *Le card. de Bérulle,* sa vie, ses écrits, son temps, ib. 1856 etc. — Jos. Nirschl Bavarus n. 24. Febr. 1823 professor historiae ecclesiasticae in universitate wirceburgensi, capituli wirceb. decanus († 17. Jan. 1904) composuit *Lehrbuch der Patrologie* und Patristik, Mainz 1882—85 t. 3. plures diss. de s. Ignatio M. scil. de anno mortis ejusdem, Passau 1869; de testimonio ejusdem pro primatu (Kath. 1866 II, 152—73); die *Theologie des hl. Ignatius,* Moguntiae, 1880; *Propädeutik der Kirchengeschichte* ib. 1888; die Therapeuten, Mainz 1890. Iteratis vicibus stetit pro sepulcro b. Mariae V. hierosolymitano[2]), *das Grab der hl. Jungfrau Maria.* Eine hist. krist. Studie, ib. 1896, et in fasc. lit. Katholik; *Das Haus und Grab Mariä* d. hl. J., 1900; *Gedanken über Religion* und religiöses Leben in freien Vorträgen, Würzburg 1894. Sterili conatu stetit pro genuinitate operum Dionysii Ar. et ep. Abgari in diss, *Dionysius der Areopagita.* Eine Ehrenrettung in Katholik 1898 1, 267—78 etc.[1]) — His addimus Jo. Nep. Zobl Tirolensem n. 23. Jan. 1822, prof. historiae ecclesiasticae, canonicum, dein vicarium generalem antearulanum et episcopum titularem († 13. Sept. 1906), cujus *Dogmengeschichte* prodiit Innsbruck 1865; *Vincenz Gasser,* Fürstbischof von Brixen, Brixen 1833. — De literatura byzantina plurimum meruit Car. Krumbacher in Künach prope Campodunum 23. Sept. 1856 natus. Jam a juventute studio linguae neograecae se impendit et indefessa alacritate byzantinam scrutatus est literaturam. Hujus studii fructus prodiit *Geschichte der byz. Literatur* von Justinian bis zum Ende des oströmischen Reiches (527—1453), München 1890, quo continuavit historiam literaturae graecae auctore W. Christ. Hoc opere famam sibi conciliavit europeam et suo zelo pro litteratura graeca ansam dedit, ut conderetur cathedra ad eam promovendam. Prodiit opus retractatum duploque fere auctum iterum 1897, cooperantibus A. Ehrhard et H. Gelzer in eoque Ehrhard tractat literaturam theologicam (p. 37-218). Condidit quoque (1892) et magno labore redegit *Byzantinische Zeitschrift,* cui a. 1898 additum est supplementi instar *byzantinisches Archiv.* In praeparationem editionis accuratae carminum celebris melodi graeci Romanos edidit in academiae monac. actis doctas de eodem ejusdemque scriptis diss., sed ad edi-

[1]) Cf. Polybiblion 1899 II, 83.

[2]) Pro hoc acriter stetit Barnabas de Alsatia O. Min. in op. *Le Tombeau de la S. Vierge* à Jérusalem, Jerusalem 1903, in quo contendit b. V. nunquam Ephesi fuisse.

[1]) Cf. Handl. 2, 1150; Lauchert biogr. Jahrbuch IX (1904), 169—71.

tionem non pervenit. Decessit enim apoplexia correptus 12. Dec. 1909 sacramentis Ecclesiae pie munitus, gradatim enim redierat ad vitam practice catholicam [1]).

853. De singularibus patribus plures egerunt. Controversiam de genuinitate operum, quae sub Dionysii Areopagitae nomine innotuerunt, diu jam agitata iterum haud pauci suscitarunt. Praeter Nirschl, cujus mox mentionem fecimus, de ea disseruit sed sine juditio critico Augustus Vidieu vicarius ecclesiae s. Germain-des-Prés (n. 1831; † 6. Okt. 1894) op. *S. Denys l'Aréopagite* évêque d'Athènes et de Paris, Paris 1888, ed. splendida ob illustrationes. Scripsit quoque vitam s. Genovefae; Hincmar de Reims. Étude sur le IX^e^ siècle, Paris 1875 aliaque opera quae laudantur. — Pro Dionysio Areop. pariter stetit in op. *Areopagitika.* Die Schriften des h. D. Areopagita. Eine Vertheid. ihrer Echtheit, Regensburg 1884, Ceslaus Maria Schneider parochus n. 5. Maj. 1840 Briegae in Silesia. Acer erat doctrinae s. Thomae propagator et apologeta, scriptor laboriosus et fecundus [2]). Ipse vertit s. Thomae Summam theol. germanice sub inscriptione *die kath. Wahrheit* 1886—92 t. 12; *Natur, Vernunft, Gott.* Abh. über die natürliche Erkenntnis Gottes nach der Lehre des h. Thomas v. A., ib. 1883, diss. a societate goerresiana non obstantibus naevis quibusdam praemio digna judicata ob eruditionem, sagacitatem et expositionis nitorem. *D. Wissen Gottes* nach der Lehre des h. Th. pp. 4, ib. 1885—86; *apostol. Jahrhundert,* 1888—90 t. 2 pro fundamento historiae dogmatum; *die unbefleckte Empfängnis* und die Erbsünde. Erwiderung auf Többes, die Stellung des h. Thomas von Aquin zu der unbefl. Empf. der Gottesmutter, Regensburg 1892: negat s. Thomam dogmati fuisse contrarium; *die socialistische Staatsidee* beleuchtet durch Th. v. A., Paderborn 1894. Germanice vertit vitam J. Christi auctore Didon et plura reliquit opuscula ascetica. Obiit 18. Mart. 1908. — Franc. Hipler natus est 17. Febr. 1836 Allensteinii in Borussia. Ingenti ardore studiis philosophicis, praesertim vero historicis, incubuit. Factus est 1810 regens seminarii braunsbergensis et professor theologiae moralis, atque episcopum suum ad concilium comitatus est vaticanum. Belli tempore curam egit Berolini militum gallorum captivorum. Dictus est canonicus (1886) capituli Frauenburgi, et addictus semper muneribus in bonum dioecesis († 17. Dec. 1898). Vir erat admodum industrius suorumque studiorum plures protulit fructus. Junior edidit *Dionysius der Aropagite,* Regensburg 1861, in quo singularem tuetur sententiam, mediam inter vulgatas, opera scil. quae sub Dionysii nomine circumferuntur, neutiquam spuria esse neque supposita, sed auctorem esse virum insignem sec. IV, cui fuerit nomen Dionysii (forte cum cognomine mystico Areopagitae), eumque videri abbatem fuisse monasterii Aegypti. Neque in operibus talia occurrere, quibus se exhibeant ut scripta aetate apostolorum adeoque immerito conamen suppositionis ex iisdem argui: sed tum authentiam tum pretium illis scriptis egregie constare. Eam tamen opinionem postea plus minusve revocavit. Innumera alia opera vel diss. et notitias edidit praesertim ad illustrandum Ermlandiae historiam [1]). Redegit ab a.

[1]) Cf. hist.-pol. Bl. 145 (1910) p. 161—176. Plenum elenchum multorum ejusdem scriptorum reperies in Almanach acad. regiae monacensis, München 1909 p. 218 ss.

[2]) Cf. Keiter kath. Literaturkal. 1895 p. 287.

[1]) Cf. Dittrich Dr. Franc. Hipler ... Skizze eines Gelehrtenlebens, in Zeitschr. für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands XII (1898), 2 (383—427); Lohmeyer allg. d. Biogr. 50, 360 s.

1869 fere solus *Pastoralblatt* für die Diöcese Ermland; ditavit suis diss. *Zeitschrift für die Geschichte Ermlands,* Mittheil. des ermländischen Kunstvereines, Altpreussische Monatsschr. etc.; *de b. Dorothea* vidua inclusa in Actis Bolland. XIII; *Septililium b. Dorotheae* montoviensis auctore Jo. Marienwerder 1885. *Meister Johannes v. Marienwerder* und die Klausnerin Dorothea von Montau 1864; *Spicilegium Copernicanum,* 1873, nam de Copernico speciali diligentia erat sollicitus. Collegit ediditque epistolas card. Hosii cum Zakrzewski Cracoviae 1879—88 t. 2; ejusdem Hosii et Kromeri *Conciones* et catecheses, 1885; *epistolas,* diaria et regesta Josephus de Hohenzollern archiepiscopi († 1836); *Constitutiones* synodales warmienses, 1899; *Literaturgeschichte* des Bist. Ermeland, 1867—72 etc.

854. Inter viros qui universitatem tübingensem nostra illustrarunt aetate eminet Fr. X. de Funk dignus Pauli de Schanz collega, a. 38 in eadem professor. Civis academicus et theologiae studiosus splendide solvit thema a facultate juridica propositum 1861—62. Sacerdos ordinatus (1864) post studiorum Parisiis et in Anglia ulteriorem culturam vocatus est in convictum theologorum tubingensem repetentis in theologia morali munere (1866). Edidit opus mentione dignum *Zins und Wucher.* Eine moral-theol. Abhandlung mit Berücksichtigung des gegenwärtigen Standes der Kultur und der Staatswissenschaften, Tübingen 1868, et quasdam diss. argumenti affinis. Promoto Hefele in episcopum (1870) ipse designatus est qui ei succederet in cathedra historiae ecclesiasticae, patrologiae, liturgicae et archaeologiae. Vere mirabilis est diligentia, qua ab eo tempore prosecutus est controversias criticas, patrologicas, historicas etc. deque omnis generis quaestionibus novis vel ab aliis jam saepe agitatis magna sagacitate et eruditione sententiam tulerit, suisque dissertationibus vere aluerit fasciculos praesertim tübingenses, in quibus edendis indefessus fuit socius ab a. 1875 ad mortem usque (1907). Singulis t. exceptis tribus (a. 1878. 1885. 1895) diss. et recensiones plerumque plures inseruit. Eas magna ex parte collectas et etiam retractatas edidit: *Kirchengeschichtliche Abhandlungen* und Untersuchungen, Paderborn 1897. 1899. 1907 t. 3. Jam majora ejusdem opera sunt: *Die Echtheit der ignatianischen Briefe* aufs neue vertheidigt, Tübingen 1883, opus solidum et eruditum, quo adversarios vel doctissimos in suam pertraxit sententiam; *Die apostolischen Konstitutionen* eine lit.-hist. Untersuchung, Rottenburg 1891, quas initio sec. 5. assignat; *Das 8. B. der apost. Konstitutionen* u. die verwandten Schriften, Tübingen 1893; *Das Testament unseres Herrn* und die verw. Schriften, Mainz 1901. *Opera Patrum apostolicorum* ed. post Hefelianam 4. quinta, Tübingen 1878. 1881 t. 2; 1901 ed. retractata, accuratissima et absoluta; cujus textum recepit Krüger in Sammlung ausgewählter kirchen- und dogmengesch. Quellenschr. II, 1; ib. 1901. 1906; *Doctrina duodecim apostolorum.* Canones ap. eccles. ac reliquae doctrinae de duabus viis expositiones veteres, ib. 1887 ed. praestans. Post multiplices disquisitiones et inquisitiones prodiit demum *Didascalia et constitutiones Apostolorum,* Paderborn 1905 t. 2, ed. pariter accurata et erudita. *Lehrbuch der Kirchengeschichte,* Rottenburg 1886; 1890; Paderborn 1898, 1902. 1907. 1911 ed. 6. aucta cur. Bihlmeyer, opus ob eruditionem, concisionem, et accurationem collaudatum et in plures versum linguas [1]).

[1]) »Wir besitzen eine ganze Reihe ausgezeichneter Kompendien der KG. (Brück, Knöpfler, Marx), die ebenfalls mehrere Auflagen erlebt haben und von denen das eine Vorzüge vor dem andern besitzt; was indeß Ebenmaß in Behandlung des Stoffes,

Apoplexi tactus obiit vir indefessus [1]) 24. Febr. 1907. — Thomas Maria Wehofer Viennensis n. 4. Mart. 1870, aliquamdiu O. Praed. et in ordine soldalium lector, ex eo egressus privatim docens erat in universitate viennensi historiae et literaturae. mox tamen obiit 3. Mart. 1902. Inter plura, quae reliquit [2]) scripta, sunt: *Die Apologien Justins* des Phil. und M. in literarhistorischer Beziehung zum erstenmal untersucht etc., Rom 1897; *Philolog. Bemerkungen* zur Aberkiosinschrift in Röm. Qtlschr. für christl. Alterthumskunde X (1896) 63—84; 351—378; 405 s.: *Die Apostel Chinas.* Der selige Bischof Petrus Sanz u. seine Gefährten. Kreuzesblüten aus der Geschichte der Dominikanermission, Freiburg 1894 etc. — Martinus Winkler auctor est diss. *Der Traditionsbegriff* des Urchristenthums bis Tertullian, München 1897. — E. M. Gaucher exhibet *L'Apologétique.* Arguments de Tertullien contre le paganisme. Exposition de la vérité chrétienne, 1893 in 12., versio est libera, non literalis. Ejus quoque est *Essai d'instructions* ou Commentaires de beaux passages de l'Evangile et sujets divers, ib. s. a. — Jos. Kolberg in Lyceo Hosiano prof. Braunsbergensis n. 6. Aug. 1859 († 5/6. Febr. 1909) describit *Verfassung, Kultus und Disciplin* nach den Schriften Tertullians, Braunsberg 1886; *Die Einführung der Reformation* im Ordenslande Preussen, Mainz 1897. — Joannes Peters n. 4. Oct. 1831 in ducatu luxemburgensi, ib. in seminario professor historiae eccl., patrologiae et liturgicae, etiam subregens et canonicus (1879; † 21. Sept. 1897) exponit [1]) *Die Lehre des h. Cyprian* von der Einheit der Kirche gegenüber den beiden Schismen in Karthago und Rom, Luxemburg 1870; Cyprians Lehre *von der Eucharistie,* Katholik 1873 I, 669—87; II, 25—39; *der h. Cyprian von Karthago,* Bischof, Kirchenvater und Blutzeuge in s. Leben und Wirken dargestellt, Regensburg, 1877. Diss. et art. inseruit fasc. literariis et variis encyclopaediis, ut *Die Anfänge des Christenthums* im Grossherzogthum Luxemburg in Publications de la Section hist. de l'Institut grandducal de Lux. XXXII (1877), 219—38 etc. — De eodem s. Cypriano egit Bernardus Fechtrup (n. 23. Mart. 1844), qui a. sequenti decessit (21. Dec. 1898), prof. historiae ecclesiasticae in academia monasteriensi (1884), dein in facultate bonnensi encyclopaediae, patristicae, symbolicae et liturgicae. Coepit *Cyprians Leben,* cujus tamen p. 1. tantum prodiit Monasterii 1878. Inseruit lexico ecclesiastico ed. 2. de patrologia et historia plures articulos [2]). — Aemil. Ant. Blampignon Gallus n. 15. Nov. 1830 juris ecclesiastici in facultate theologica parisiensi prof., protonotarius apostolicus († 1908 a. aet. 79) disseruit *de s. Cypriano* et de primaeva carthaginensi ecclesia disq. historica atque philosophica; cui subjecta est Metaphrastae hagiographia hactenus inedita, Paris 1862 in 8; de s. Bernardo, Malebranche, Fr. Salesio, Bourdaloue et in primis de Massillon, cujus opera quoque edidit cum notis etc. Bar-le-Duc 1865—67 t. 3. Edidit *Les Facultés* de théologie de France, Paris

Klarheit und Prägnanz der Sprache, Zuverlässigkeit in Aufführung von Thatsachen, Personen, Daten, Literatur u. s. w. betrifft, so dürfte wohl das Funk'sche an der Spitze stehen. Alles ist in ihm so abgeklärt und so bestimmt und abgerundet, daß man den Eindruck bekommt, vollkommener könne wohl kaum ein Lehrbuch sein«. Ita Heiner Arch. für k. KR. 1907 p. 392. Sed cf. etiam Pfülf Stimmen aus M.-Laach XLI (1891), 102 ss.

[1]) Cf. accurate elaboratum elogium auctore Ant. Koch in Theologische Qtlschr. Tübingen 1908, 90, 95—139.

[2]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VII (1902) 263.

[1]) M. Blum Dr. Joh. Peters ... Ein Lebensbild in Ons Hémecht Luxemburg III (1897) p. 600—28; Lauchert allg. d. Biog. 53, 25 s.

[2]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 48, 505.

1872. — Guilelmus de Hartel etsi laicus meret hic mentionem ob plurium patrum opera accurate et critice in Corpore scriptorum eccles. latinorum edita. Natus est in oppido Moraviae Hof 28. Maj. 1839. Professor erat philologiae classicae, in qua excellebat, in universitate viennensi. Adlectus est sociis academiae viennensis, cujus etiam fuit vicepraeses, et monacensis, director bibliothecae caesareae, demum minister instructionis publicae († 1907). Ejus curae debentur *Cypriani opera* omnia 1868—71 t. I-III; *Enodii opera* omnia 1880 t. VI; *Luciferi Calaritani opuscula* 1886 t. XIV; *Pauli Nolani* opera 1894 t. XXIX. XXX. Edidit praeterea[1]): *Bibliotheca* PP. lat. hispaniensis 1887 complectens studia praeliminaria; *Patristische Studien* fasc. I. II, Viennae 1890—95; *Eutropius und Paulus Diaconus,* 1890—95; *Eutropii Breviarium,* 1872; *Zum Briefwechsel des Ausonius* und Paulinus, 1897; *Wiener Genesis* (codex purpureus viennensis), ed. splendida photographica (cum Fr. Wickhoff).

855. *S. Ephraem Syri carmina nisibena* additis prolegomenis et supplemento Lexicorum syriacorum primus edidit, vertit, explicavit Gust. Bickell, Lipsiae 1866; *s. Isaaci Antioch. opera,* 1873-77 t. 2; syrorum Patrum scripta et carmina quaedam germ. vertit in Thalhofer Bibliothek der Kirchenväter. Natus est Bickell 7. Jul. 1838, conversus ad fidem catholicam (5. Nov. 1865). Vocatus est professor linguae hebraicae Oenipontum, translatus Viennam († 15. Jan. 1906). Edidit praeterea *Dichtungen der Hebräer* nach dem Versmasse des Urtextes übersetzt, Innsbruck 1882—83 t. 3; contra quod opus scripsit Jac. Ecker Prof. Bickells carmina V. T. metrice. *Das neueste Denkmal* auf dem Kirchhofe der hebräischen Metrik, Münster 1883 ed. 2., quo in l. impugnat Bickellii opinionem de metro hebraicae poeseos. *Das Buch Job* nach Anleitung der Strophik und der LXX. auf seine ursprüngliche Form zurückgeführt und im Versmasse des Urtextes übersetzt, Wien 1891; *Messe und Pascha.* Der apost. Ursprung der Messliturgie und ihr genauer Anschluss an die Einsetzungsfeier der h. Eucharistie durch Christus, aus dem Pascharitus nachgewiesen, Mainz 1872; *Metrices biblicae regulae* exemplis illustratae, Innsbruck 1879, cum supplemento ib.; *Der Prediger* über den Wert des Daseins. Wiederherstellung des bisher zerstückelten Textes, Uebersetzung und Erklärung, Innsbruck 1884. Nimia tamen in hac reconstructione utitur libertate. Ipsius quoque videtur esse *Vergangenheit, Gegenwart und Zukunft* nach der Offenbarung des h. Joh. dargestellt von Exspectans Exspectavi Dülmen 1873. *Gründe* für die Unfehlbarkeit des Kirchenoberhauptes nebst Wiederlegung der Gegengründe, Münster 1870, qui libellus parvus est eruditus, accuratus, ab Krementz episcopo warmiensi clero suo commendatus: *Conspectus* rei Syrorum literariae, 1871. Inseruit quoque diss. foliis literariis. — De s. Ephraemo insigniter meruit Thomas J. Lamy Belga n. 27. Jan. 1827, professor lovaniensis, praelatus domesticus suae Sanctitatis, regiae academiae belgicae aliarumque societatum doctarum membrum († 30. Jul. 1907). Edidit enim ex codd. londinensibus, parisiensibus et oxoniensibus *s. Ephraem syri hymnos et sermones,* eosque latinitate donavit, variisque lectionibus instruxit, notis et prolegomenis illustravit, Mechliniae 1882—1902 t. 4; *Acta b. Abrahae Kidunaiae* monachi aramaice, in Analectis bolland. X (1891), 5 ss., etiam seorsim Bruxellis 1891. Disseruit *de Syrorum fide* et disciplina in re eucharistica. Accedunt *veteris eccl. syriacae monumenta* duo: Jo. Telensis resolutiones canonicae, nunc primum ed. et latine redditae; Jac. Edesseni resolu-

[1]) Cf. Revue, de sciences phil. et theol. I (1907), 390; biogr. Jahrb. XIII, 304—26.

tiones canonicae syriace cum versione latina ... Adduntur adnotationes variae theologicae, historicae, archaeologicae, Lovanii 1859. *Introductio in s. Scripturam,* Mechlinae 1866. 1867 t. 2; 1873; 1877; 1886—87; 1893 ed. 5; 1901 ed. 6; *Conc. Seleuciae et Ctesiphonte habitum* a. 410. Textum syriacum edidit, latine vertit, notisque instruxit, Lovanii 1868; Gregorii Barhebraei *chronicon ecclesiasticum* edidit, latinitate donavit annotationibusque theologicis, historicis, geographicis et archeologicis, conjuncta opera cum Jo. Bapt. Abeloos [1]), ib. 1872-77 t. 3; Commentarium *in Genesim,* ib. 1880; 1883—84 t. 2. Innumeras diss. exegeticas, historicas, ad Syrorum hist. etc. spectantes inseruit actis academiae aliisque foliis vel operibus literariis [2]).

856. Aug. Largent Orat. professor theologiae Parisiis (n. 1834) in *Etudes d' histoire ecclésiastique,* Paris 1892, splendide atque docte disserit de magnis patribus, de Joan. Chrysostomo, Cyrillo, Leone, Theodoreto etc. *S. Jérôme,* Parisiis 1898; *S. Hilaire* [3]), 1902 in 12. — Friedericus Wörter Offenburgensis prof. apologeticae et dogmaticae in universitate friburgensi (n. 6. Dec. 1819; † 18. Nov. 1901) edidit *Die Unsterblichkeitslehre* in den philos. Schriften Augustins 1880. *Die Geistesentwicklung* des hl. Aug. bis zu s. Taufe, Paderborn 1892. *Der Pelagianismus* nach seinem Ursprung u. seiner Lehre, Freiburg 1866. 1874 ed. 2; Beiträge zur Dogmengeschichte des Semipel., Paderborn 1898; Münster 1900; *Die christl. Lehre* über das Verhältnis von Gnade und Freiheit, 1856—60 t. 2; *Prosper von Aquitan.* über Gnade und Freiheit, 1867. Sequitur in argumento de gratia vestigia Kuhn, hinc a Schäzler et ipse fuit impugnatus [1]). — Jos. Storz philosophiae doctor, parochus deggingensis (n. 27. Jan. 1839; † 1895) exhibet *Die Philosophie des Augustin,* Freiburg 1882; *Handbuch der Wissenschaftslehre,* 1886. — Paulo post inter *Les grands Philosophes* recensuit J. Martin Saint Augustin, Paris 1901. — Inter eos qui in s. Augustini operibus admodum fuerunt versati multum laudatur Odilo Rottmanner OSB. Aichacensis n. 21. Nov. 1841. Concionatorem egit et bibliothecarium in abbatia s. Bonifatii Monachii. Opera quidem majora non composuit, sed quam plurimas admodum accuratas diss., quas inseruit fasciculis literariis, inprimis biblicas et patristicas. In interpretanda tamen s. Augustini doctrina subinde minus felix forte fuit [2]). Inter diss. sunt *Ueber neuere und ältere Deutungen* des Wortes missa, ib. 1889; *Bibliographische Nachträge* zu Kukulas Abhandlung: die Mauriner Ausgabe des Augustinus, Wien 1891; *Der Augustinismus,* München 1892; *Jo. 2, 4, eine mariolog. Studie* 1892; *Ein letztes Wort* über die clavis Melitonis, 1896. Plures prodierunt collectae: *Geistesfrüchte* aus der Klosterzelle,

[1]) Jo. Bapt. Abeloos n. 15. Jan. 1836 rector fuit universitatis lovaniensis (1887-98) protonotarius apostolicus a. i. p., membrum academiae romanae religionis cath. et vicarius generalis dioec. mechlinensis Disseruit *de vita et scriptis* s. Jacobi Sarugensis, Lovanii 1867; edidit *Acta s. Maris* syriace, ea transtulit et illustr., Bruxellis 1885; *Acta Mar Kardaghi M.,* ib. 1890 († 25. Febr. 1906). Cf. Univ. de Louvain 1900 p. 33.

[2]) Eas ad a. 1900 recenset Univ. cath. de Louvain p. 66—72; Suppl. I p. 8 ss.

[3]) S. Hilarii *tractatus super Psalmos* accurate et critice edidit in corp. script. eccl. t. XXII Ant. Zingerle Meranensis n. 1. Febr. 1882 professor philologiae in universitate oenipontana († 7. Dec. 1910) Viennae 1891. *Studien* zu Hilarius von Poitiers, 1885. — Eug. Fialon n. 1894 scripsit Athanase Etude littéraire, Paris 1877; *Les pères de l'Eglise grecque,* Recueil des discours, des lettres et poésies avec une appréciation et des notes, ib. 1882 in 12.

[1]) Cf. Sauer biogr. Jahrb. VI (1901), 196—200.

[2]) Cf. Mausbach Ethik des h. Augustin II (1909), 34 ss.

cura sodalis Rup. Jud, qui in praef. auctoris biographiam exhibet, München 1908. *Predigten u. Ansprachen* 1904. 1908 t. 2 ed. 2., quae a soliditate et dignitate a multis commendantur. Vir erat valde laboriosus [1]) et ad juvandos alios pronus, ab eruditis magni aestimatus († 11. Sept. 1907). — Franc. Weihrich gymnasii director (n. 26. Jul. 1845; † 23. Jun. 1910) edidit in corpore script. eccl. aliquot *s. Augustini opuscula* vol. XII. 1887; XXXXIII, 1904; die *Bibelexcerpte* de div. Scripturis u. die Itala des hl. Augustin 1893. — In opp. s. Joannis Chrysostomi admodum versatus erat Seb. Haidacher Salisburgensis professor in facultate theologica salisburgensi (n. 7. Jul. 1866; † 1908). Exposuit *Die Lehre des h. Jo. Chrysostomus* über die Schriftinspiration, 1897. Inseruit diss. accuratas de eodem hoc s. doctore in Zeitschrift für kath. Theologie. — A. Malnory describit *Saint Césaire* évêque d'Arles (503—43), Paris 1894, l. bonus. — Andreas Thiel [2]) historiae ecclesiasticae professor in lyceo braunsbergiensi, dein episcopus warmiensis (n. 28. Sept. 1826; † 17. Jul. 1908) condigne continuavit classicam *epistolarum rom. pontificum* ed. a Coustantio adornatam (cf. supra IV[3], 1147) a s. Hilaro usque ad s. Hormisdam (461—523), Brunsbergae 1868 t. 1; t. alter non prodiit; *de decretali Gelasii I.* papae de recipiendis et non recip. ll., 1866; *idea de primatu rom. pontificis* Nicolai I., ib. 1859; *de Nicolao I.*, ib. 1853; *Kurzer Abriss der Kirchengeschichte,* 1872; 1906 ed. jam 10. — Joannes Bollig SJ. n. in Kels Borussiae rhenanae oppido 23. Aug. 1821 egregius orientalista, biennium degit in Syria atque professorem Theol. in Gazir egit. Post reditum Romae linguas orientales in collegio romano docebat, consultor erat plurium congregationum, etiam congr. praeparatoriae pro concilio vaticano habendo, bibliothecae vaticanae praefectus († 9. Mart. 1895). Descripsit Joannis Euchaitarum metropolitae, quae in cod. vaticano graeco 676 supersunt, quae P. de Legarde edidit Göttingae 1882; S. Gregorii *l. carminum jambicorum.* Versio syriaca antiquissima, Beryti 1895 in 8. — Classicam plane *operum s. Bonaventurae* editionem [1]) curavit cooperantibus sodalibus Ignatius Jeiler O. Min. (ad Claras Aquas 1882—1902 t. 10) n. in Havixbeck ditionis monasteriensis 4. Dec. 1823, theologiae lector Paderbornae (1865—75), provinciae custos, meritissimus praeses collegii s. Bonaventurae ad Aquas claras (Quaracchi). Scripsit bellissimas biographias; Leben der ehrw. Klosterfrau *M. Crescentia Höss* von Kaufbeuern, Dülmen 1874; 1909 ed. 7; *Die gotts. Mutter Franciska Schervier* Stifterin der Genossenschaft der Armenschwestern vom hl. Franciskus, Freiburg 1893; 1897 ed. 2. S. Bonaventurae principia *de concursu Dei generali* ad actiones causarum secundarum collecta et s. Thomae doctrina confirmata, Quaracchi 1897. Diss. praesertim de s. Bonaventura inseruit fasc. literariis et ultra 60 art. Lexico ecclesiastico 2. ed. († 9. Dec. 1904).

---

[1]) Cf. Studien und Mittheilungen aus dem Ben. Or. 28 (1908), 730; kirchl. Hdl. 2, 1836; Hürbin biogr. Jahrb. X, 168—71.

[2]) Cf. Kolberg biogr. Jahrbuch XIII (1908), 164. Alius ab eo est Bern. Aug. Thiel congr. s. Laz. episcopus s. Josephi Costaericae († 9. Sept. 1901) qui scripsit de historia Costaericae et Nicaraguae in *Costa Rica en el secolo XIX,* 1902. Cf. Anales Instituto fisico geogr. de Costa Rica et in k. Hdl. II, 2377.

[1]) Cf. Lauchert biogr. Jahrb. IX (1904) 211. De s. Bonaventurae doctrina pluribus diss. egit Jos. Krause philosophiae prof. in lyceo Hosiano Braunsbergae (ib. n. 26. Jan. 1840; † 27. Mart. 1900). Ita S. Bonaventurae *de origine et via cognitionis intellectualis* doctrina, Braunsberg 1868; *Quomodo S. Bonaventura* mundum non esse aeternum sed tempore ortum demonstraverit, ib. 1890 etc. Cf. Lauchert ib. (1900) 307.

V. Historia ecclesiastica.

857. De historia Ecclesiae *universalis*[1]) scripserunt Augustinus Pellissier, de quo egimus pag. 1637: J. Bareille († 1895), de quo cf. p. 1636. Fr. X. Funk († 1907 cf. p. 1966). — Jos. Maria Graniello O. Barn. Neapolitanus n. 4. Febr. 1836, theologiae professor Romae, a Leone XIII. dictus archiep. Caesareae in Ponto (1891) et 1893 creatus cardinalis († 1896), cujus supersunt *Tavole cronologiche* di storia ecclesiastica. — Petrus Prada congr. Rosm. (n. Arluni 3. Mart. 1838; † 21. Mart. 1900), qui reliquit *il Sillabo,* Mediolani 1866; *Lezioni di Storia* t. 3; et in primis *Corso di Storia civile,* Milano 1885—96 t. 5. — Eug. de Margerie Parisiensis (1820—15. Mart. 1900) laicus operibus beneficentiae totus deditus, cujus est praeter alia *Histoire de l' Eglise,* Paris 1886 in 12. — Jos. Kopallik Viennensis n. 8. Maj. 1849, historiae ecclesiasticae professor Olomucii, dein Viennae († 21. Sept. 1897) edidit *Historiam ecclesiae catholicae* 1885 t. 2; Vorlesungen *über die Chronologie des MA.* 1885; *Regesten* zur Geschichte der Erzdiöcese Wien 1890—94 t. 2; *Cyrillus von Alexandrien,* 1881; *de historiae ecclesiasticae indole, objecto, utilitate,* 1882. — Aloysius (Josephus) Tosti nobili ortus familia 13. Febr. 1811 puerulus 7 a. oblatus est instituendus patribus O. S. Ben. in Monte Cassino, quem ordinem ingressus est adolescens. Vitam omnem impendit studiis historicis praesertim, sodales docuit theologiam et historiam (1836—42). Munere decani et prioris claustralis functus est et a. 1858, titulo abbatis honoratus. Obiit 24. Sept. 1897 aetatis 87 post vitam religiose transactam ab eruditis magni factus, a gubernio superintendens monumentorum sacrorum constitutus et a pontifice vicearchivista s. rom. Ecclesiae dictus[1]). Plura reliquit opera quae spectant praesertim historiam Ecclesiae et ordinis: ea excellunt stili splendore et elegantia, sed minus sunt critica. Ita

[1]) Caesar Cantù n. 8. Dec. 1807 Brivii in Lombardia scriptor erat admodum ferax: poësi delectabatur et historia in primis: hinc plura composuit opera historica, inter quae potiora sunt: *Storia universale,* Taurini 1836 ss. t. 35, admodum bene excepta, ut saltem decies fuerit edita et in varias versa linguas, germanice a Brühl et Fehr 1890-94 ed. 3. t. 17; *gli eretici d'Italia,* ib. 1865 t. 3; quod opus gallice vertit Paris 1867—70 t. 5 Anicet Digard (n. 24. Sept. 1815; † 14. Jul. 1888, professione advocatus, sed de operariorum conditione admodum sollicitus et in omnia pia opera propensus) *Storia degli Italiani,* ib. 1893—96 t. 4 ed. 4; *Storia della città e diocesi di Como,* Como 1829—32 t. 2 in 12; *Storia della Letteratura italiana,* Firenze 1864 in 8; *Storia di cento anni* (1750—1850), ib. *Storia degli ultimi tempi,* ib. 1848 etc. Membrum electus est Instituti gallici et plurium societatum, et inspector constitutus Archivorum Italiae († 11. Mart. 1895). A Pio IX. tanti factus est ut ipsum solum ex laicis permiserit adesse concilio vaticano, ut ejus esset historiographus: nam suam historiam universalem probo scripsit spiritu catholico, ut pro medio aevo insignis sit apologia. — Alius historiographus admodum meritus fuit Onno Klopp Hannoveranus, laicus et ad fidem catholicam a. 1873 conversus (n. 9. Oct. 1822; † 9. Aug. 1903) vir incredibilis eruditionis et diligentiae, edidit opera Leibnitii Hannover 1864—84 t. 11, quam ed. agente Bismarck absolvere non potuit; et composuit opera historica, quae nos minus spectant, ea prorsus egregia, solida, accurata, a partium studio aliena quaeque causam cath. non parum juvant: ut Geschichte des 30jähr. Krieges bis zum Tode Gustav Adolfs 1861 t. 2; t. 4 ed. 2; *Gustav Adolf u. seine Zeit* auctore Gfrörer, Stuttgart 1863 ed. 4; Phil. *Melanchton* 1497—1560, Berlin 1897 etc. Cf. Dr. Wiard Klopp (ejus filius) in biogr. Jahrb. VIII (1903), 117—123, ubi accuratum operum ejus sub n 43 reperies indicem.

[1]) Studien und Mittheilungen aus dem Ben. O. XV, 149 s; XVIII (1897), 721—24; in primis Capecelatro ib. XXI (1900) 356-83. D' Ovidio Don L. Tosti 1898.

Storia della Badia di Monte Cassino II, illustrata di note e documenti t. 3 in 8 Neapoli 1841—43, opus insigne et accuratum; *Storia di Papa Bonifazio VIII.* e de suoi tempi, ib. 1846 t. 2; Romae 1886; *Storia del Conc. di Costanza,* ib. 1853, Milano 1855 t. 2; Romae 1887 t. 2; germanice interprete Arnold, 1860; *Storia dell' origine dello scisma greco,* Florentiae 1856; *Prolegomini* alla storia universale della Chiesa, ib. 1861 t. 2; Romae 1888; *della vita di s. Benedetto,* Monte Cassino, 1892; *Storia d' Abelardo,* Neapoli 1851: Florentiae 1855; *La contessa Matilde* e i pontifici romani, Firenze 1859 in 8.; 1861 ed. 2; Romae 1886; *La Lega Lombarda* 1878, ardenti patrio amore inspiratum. Opere postume, ib. 1899. *Opera* collecta prodiere cur. Pasqualucci, Romae 1886—92 t. 18; Monte Cassino t. 19. Opere suo *La Conciliazione* (regni italici cum sede romana), Romae 1887, censuram incurrit romanam, illudque retractavit.

858. Magnum inter historicos nomen adeptus est Franc. X. Kraus Trevirensis n. 18. Sept. 1840, Argentorati professor historiae artis christianae, dein hist. eccl. in universitate friburgensi († 26. Dec. 1901). Vir erat magnae sed non semper satis accuratae eruditionis, stilo utebatur eleganti, excelluit in archaeologia: dolendum eum ob liberiorem sentiendi rationem et criticam ducem fuisse factionis minus sincere catholicae. Quam plurima reliquit opera: potiora sunt [1]): *Das Spottcrucifix vom Palatin,* 1872; *Lehrbuch der Kirchengeschichte,* Trier 1872; 1882 ed. 2., quae propter opiniones minus probandas suppressa fuit. Eam gravi subjecerunt crisi Joseph. Schröder *Der Liberalismus* in der Theologie und Geschichte, Trier 1883; et praesertim Scheeben in fasc. lit. hist. pol. Blätter. 102 (1889), 279 ss. Prodiit 1896 ed. 4. *Charakterbilder* aus der christl. KG., ib. 1877—79; *Roma sotterranea,* Friburgi 1873; 1879; *über Begriff, Umfang, Geschichte* der christl. Archäologie, ib. 1879; *synchronistische Tabellen zur christl. Kunstgeschichte,* Friburgi 1880; 1894; *Realencyklopaedie* der christl. Altertümer, 1882—86 t. 2; *Geschichte der christl. Kunst,* quam coepit 1896 ib. t. 2, cujus fasc. 2. t. 2. edidit ib. Sauer 1908. Inseruit diss. et articulos foliis literariis et politicis. Ejus *Essays* historicae et literariae prodierunt collectae 1896—1901 t. 2. — Franc. Chamard OSB. Gallus (n. 16. Apr. 1828; † 10. Jul. 1908 a. aet. 80) continuavit Historiam ecclesiasticam a Rohrbacher coeptam in forma Annalium: *Annales ecclésiastiques* ab a. 1846—89, Paris 1893—98 t. 3. *Histoire ecclésiastique du Poitou,* Poitiers 1873—1889 t. 3 (usque ad sec. VII.); *Les vies des saints personnages* de l'Anjou, Paris 1863 t. 3 in 12; *Saint Martin* et son monastère de Ligugé, Paris 1873; *L' Établissement du christianisme* et les origines apostoliques des églises de France, ib. 1873. Hanc originem apostolicam ardenter tuetur adversus Duchesne, et adversus Meissas in op. *Les Origines chrétiennes* de la Gaule, ib. 1881. *Les églises du monde romain* et notamment celles des Gaules pendant les premiers siècles, ib. 1877; *Les origines du Symbole des Apôtres,* ib. 1901; *Les Papes au sixième siècle,* Ligugé 1885 etc. Reliquit et plurimas diss. historicas fol. literariis insertas [1]) — Jod. Adolfus Birkhaeuser n. quidem in Borussia rhenana 9. Jan. 1841, in America in seminario praefectum spiritus egit, brevemque composuit. *History of the Church,* 1888; 1901 ed jam 7. Obiit ante 1910. — Majoris celebritatis et eruditionis est Henricus

[1]) Cf. kath. Hdl. II, 494; Schrörs Bad. Biographie V (1906), 424 ss.; E. Hauviller biogr. Jahrb. VI (1901), 51—63.

[1]) Cf. Bibl. des Bénéd., Paris 1906 ed. 2. p. 27—32; Polybiblion 1908 II, 177.

Brück n. in Bingen 25. Oct. 1831. Etsi nunquam gymnasium frequentaverat, optimum maturitatis testimonium promeruit. Absolutis studiis theologicis in seminario moguntino, ut se magis excoleret, Monachium adiit, ubi Döllinger audiit, et Romam. Cathedram historiae ecclesiasticae Riffelii successor est consecutus (1857) in seminario moguntino, quam a. fere 40 illustravit. Familiari conversatione utebatur cum tot viris egregiis, qui tunc ecclesiam ornabant moguntinam, Lennig, Hirschel, Heinrich, Moufang, Haffner etc. Dum diligenter incumbit suo muneri, proh dolor inique suppressum fuit floridissimum seminarium 1878, et non nisi 1887 reapertum. Cum historia ecclesiastica conjunxit jus canonicum, factusque est canonicus (1889) et aliis muneribus auctus. Defuncto episcopo P. Leopoldo Haffner electus est in vicarium capitularem, mox in episcopum 21. Dec. 1899. Non diu tenuit sedem episcopalem: apoplexi correptus obiit 4/5. Nov. 1903. Indefessae diligentiae hi sunt fructus praeclari [1]): *Die rationalistischen Bestrebungen* im kath. Deutschland, Mainz 1865. *Die oberrheinische Kirchenprovinz* . . . mit besonderer Berücksichtigung des Verhältnisses der Kirche zur Staatsgewalt, Mainz 1868; quam historiam solide tuetur adversus exceptiones Schulte et Hermann, professorem heidelbergensem, productis actis magni momenti in Katholik 1869 I, 298—318 et ed. diss. *Die Erzbischofwahl* in Freiburg und die bad. Regierung ib. 1869; *Ad. Franc. Lennig* Generalvikar und Domdekan von Mainz in s. Leben und Wirken, ib. 1870; aliorum collegarum ut Hirschel, Moufang et Heinrich encomia in Katholik; *Lehrb. der Kirchengesch.*, 1874; Münster 1902 ed. 8; *Geschichte der k. Kirche* in Deutschland im 19. Jahrh. 1887—1905 t. 4; qui aucti p. 2. t. 4. iterum prodierunt cur. JB. Kissling Münster 1902—8; *Die geheimen Gesellschaften* in Spanien und ihre Stellung in Kirche und Staat, Mainz 1881 etc. Omnia haec produnt magnam diligentiam et accurationem, atque spiritum vere ecclesiasticum suntque studiosis admodum utilia, ut colligitur ex tot editionibus et tot versionibus in alias linguas. — Franciscus Zeibert, Moravus (n. 1830, † 1901) prof. historiae in seminario Brunensi, dein canonicus et decanus capit. cathedralis Brunensis, qui praeter alia parva conscripsit practicum *Compendium historiae ecclesiasticae* (1906 ed. 3ª) in multis seminariis ad usum discipulorum introductum. — Franc. Ign. Jos. Labis quondam theologiae professor canonicus (1818 — 1904) reliquit *Histoire abrégée de l' Eglise catholique* depuis J.-Christ jusqu' à nos jours (1900), Paris 1901; *l' Eglise catholique* depuis J.-Christ jusqu' à nos jours (1900), Paris 1901; *L' Eglise catholique* et son mortel ennemi; Ses Droits divins et nos devoirs, Parisiis 1869; 1904. Vertit quoque, ut jam diximus, historiam paparum auctore *Audisio,* ib. 1885—96 t. 5.

859. Antequam ad eos veniamus, qui de historia ecclesiastica magis *speciali* egerunt, praeprimis debito cum honore nominandus est vir qui inter historicos hujus aevi gigantis instar eminet, Henricus Suso (Joseph) Denifle [1]) Imstensis, Tirolensis n. 16. Jan. 1844. Ordinem s. Dominici ipse ingressus est 1861. Initio quidem concionatorem et confessarium egit necnon et sodalium magistrum. Archivis dein se dedit et eruendis antiquitatis monumentis medii praesertim aevi, quibus in studiis singulari prorsus sedulitate et sagacitate excelluit. Fuit definitor

[1]) Cf. J. Schäfer Katholik 1903 II, 481-499, et seorsim Moguntiae 1904; Lauchert biogr. Jahrb. VIII (1903), 246—48.

[1]) Cf. Grauert hist. Jahrb. 26 (1905), 959—1018; Hdl. I, 1071.

generalis sui ordinis, subarchivarius s. Sedis; socius academiarum viennensis, berolinensis, göttinganae, parisiensis (inscriptionum). Inter alia scripsit vel edidit: *Die katholische Kirche* und das Ziel der Menschheit, Gratz 1872 sex scil. conc., quae Ecclesiae complectuntur apologiam; H. Seuse *Das geistl. Leben*, florilegium ex myst. sec. XIV., ib. 1873; 1904 ed. 5; *Der Gottesfreund im Oberland* und Nikol. von Basel 1875. Magnam lucem attulit controversiae de sic dictis amicis Dei diss. in Ztschr. f. deutsches Altertum [1]); *Das Buch von der geistlichen Armuth*, 1877; *Bekehrung Taulers* 1879. *Seuse's Schriften* nach den ältesten Handschr. in jetziger Schriftsprache vollständig herausgegeben, t. 1. Deutsche Schriften; 1. Abth. pp. 3, Augustae 1878—80, ed. proh dolor incompleta; et haec sunt ascetica, sequuntur opera majoris jam momenti: *Die päpstl. Registerbde* des 13. Jahrh. 1886. *Specimina palaeographica* regestorum rom. pontificum ab Innocentio III. ad Urbanum IV., 1888, ed. splendida, introductio egregia in diplomaticam pontificiam medii aevi; *Die Universitäten des MA.* bis 1400, Berlin 1885 t. 1. et unicus ex 5, quos mente conceperat; *Chartularium universitatis parisiensis* cooperante Aem. Chatelain, Parisiis 1889—97 t. 4, cum *Auctario* 1894—97 t. 2, opus grande et splendidum: cujus occasione adjecit *Désolation des églises*, monastères, hôpitaux en France pendant la guerre de 100 ans, ib. 1897 t. 2, in cujus t. 1. exhibet monumenta 1083 fere inedita. T. alter prodiit 1899 Parisiis. Vitam absolvit op. magno *Luther u. Luthertum*, cujus t. 1. prodiit 1904, opus immensae eruditionis, acri conscriptum stilo, quod protestantes haud parum pupugit. Pars prior prodiit ed. 2., in qua nonnulla mollivit. Illud continuavit ejus sodalis Alb. Weiss, qui curavit part. 2. t. 1. novam editionem 1906, et adjecit t. 2. Adjecerat Denifle *Quellenbelege* Mainz 1905, in quo reperiuntur Die abendländ. Schriftausleger bis Luther über Justitia Dei (Rom. 1, 17) und justificatio, in quo op. adducit testimonia 66 theologorum medii aevi stupenda eruditionis antea fere incompertae prodigalitate. Occasione criticae censurae adversariorum scripsit *Luther in rationalistischer und christlicher Beleuchtung* (Prinzipielle Auseinandersetzung mit Harnack und Seeberg), 1904. Cum Ehrle condidit *Archiv für Literatur und KG. des MA.*, Berlin et Freiburg 1885—1900 t. 7 plenum admodum eruditis diss., quae fontium instar sunt pro variis argumentis historicis. Criticus erat admodum acer, quod et plures experti sunt adversarii viri alioquin admodum periti [1]). Dum Oxonium tenderet pro obtinenda doctoris laurea, quam academia illa celebris honoris gratia ei decreverat, Monachii apoplexi correptus est decessitque 10. Maji 1908.

860. De romanis *pontificibus* vel generatim vel de pluribus egerunt: Jo. B. Matthias Watterich, qui edidit *Pontificum rom.* qui fuerunt inde ab exeunte saec. IX. usque ad finem seculi XIII. *vitas* ab aequalibus conscriptas, ex archivi pontificii bibliothecae vaticanae aliorumque codd. adjectis suis cuique et annalibus et documentis gravioribus, (ab a. 872—1193), Lipsiae 1862 t. I. et II., III. deest. Opus certe doctum et laude dignum. Fuit Watterich professor historiae eccl. in Lyceo Hosiano. Cathedra abdicata (1863) animarum curam in se suscepit, sed misere ad veteres defecit catholicos (1874). Ad meliora rediens sensa in monasterio Beuron se abdidit (1902) et inter Oblatos OSB. receptus [2]) in pace cum Ec-

[1]) Cf. supra Nomencl. II[3], 722.

[1]) Cf. Grabmann P. H. Denifle OP., Mainz 1905.

[2]) Cf. Lauchert biogr. Jahrb. IX (1904), 176; in primis Welte Katholik 1904. I, 161—75.

clesia decessit 10. Jan. 1904. — Urbanus Ferreiroa, qui a. 1895 magnum suscepit opus scil.; *Historia apologetica de los Papas* desde s. Pedro al Pontefice reinante, cujus ad a. 1899 prodierunt Valentiae t. 7 (usque ad a. 1404), in qua veritati studens historicae non omnia excusat vel laudat. Redegit etiam fasciculos menstruos *Las soluciones católicas.* — Justinus Fevre n. 1829 parochus, protonotarius apostolicus, scriptor admodum ferax, cujus scripta ultra 100 complere tomos dicuntur [1]), compilavit Histoire apologétique de la Papauté (usque ad Pium IX.), Paris 1878—82 t. 7. Subjecit Le Pontificat de Léon XIII, ib. 1907 t. 2. Historiae auctore Darras adjecit plures t., ib. 1878—82. Scripsit *Histoire de . . . Card. Gousset,* ib. 1882, de Msgr. *Parisis,* ib. 1907, redegit et *Revue du monde catholique* († 1. Sept. 1907 a. aestatis 81.) Nimis festinanter et leviori manu compilavit sua opera, hinc minoris sunt pretii scientifici. — Paulus Mencacci († 4. Apr. 1897) edidit *I Papi ed i persecutori,* cenni storici, Roma 1886 t. 2; *L'Italia senza il Papa* (1300—77), ib. 1886; *Gregorio VII.,* ib. 1885 ed. 3; *Memoria* sull' imagine archerotipa del Salvatore ib. 1863. Erat Mencacci laicus, inter cubicularios pontificis receptus et commendator ordinis s. Gregorii M. dictus, a Leone XIII patricius romanus. — Diligens scriptor erat Aloysius Tripepi Cardineti in Calabria n. 21. Jun. 1836, quem eruditio et merita ad purpuram (15. Apr. 1901) provexerunt († 29. Dec. 1906). Inter plurima ejusdem opera [2]) huc referri possunt *Alcune glorie dei papi* nell'ordine scientifico, civile e religioso, Romae 1884; *Erudizione e logica* di alcuni avversari dei papi, ib. 1892; *i papi e la Vergine,* studi, Torino t. 2 (usque ad Hadrianum II.); *La scienza critica* e gli studi letterari nei giorni nostri sopra alcuni papi, Roma 1878; *Polemica e storia* ovvero nuovi discorsi scientifici e letterari in difesa dei papi e della religione, ib. 1883; *Ragioni e fatti* od apologia di alcuni papi: studi, ib. 1894; *Ritratti e biografie* dei rom. pontefici da s. Pietro a Leone XIII. editi di Dav. Valgimigli, it. 1879, t. 2; S. Pio I., ib. 1869 et alia opuscula in defensionem pont. — Car. Adolphus Constantinus eques de Höfler, unus ex potioribus Germaniae historicis, Memmingae in Bavaria 26. Mart. 1811 n. est fuitque Monachii Görresii, Thiersch, Döllinger, Schelling discipulus. Ut se magis excoleret Goettingam adiit, Italiam invisit. Factus est historiae professor et socius academiae monacensis (1842): sed jam paucos post annos missionem accepit tristibus turbis Monachii 1846 ortis. Pragam accitus est historiae professor. Obiit 29. Dez. 1897 a. aetatis 87. Egregius erat professor, de discipulorum profectu admodum sollicitus, et ferax scriptor. Pleraque opera respiciunt historiam profanam, praesertim Bohemiae; ad nos spectant: *Die deutschen Päpste* 1839 t. 2: *die Geschichtschreiber* der hussitischen Bewegung, 1865. 1866 t. 3; *Magister Joh. Huss* u. der Abzug der deutschen Professoren u. Studenten aus Prag (1409) 1864; *Concilia Pragensia* 1353—1413, 1862; *Don Anton de Acuña* genannt der Luther Spaniens, 1882 juxta fontes hispanos; *Der deutsche Kaiser* und der letzte deutsche Papst Karl V. und Adrian VI., 1876; *Papst Adrian VI.*[1]) 1880; *Die avignonischen Päpste,* 1871; *Don Rodrigo de Borgia* (Alexander VI.), und seine Söhne, 1886; *Bonifacius* der

[1]) Cf. Lorenz II, 309; V, 500; IX, 575; XIV, 765.

[2]) Cf. Pagliaini Catal. gen. della Libraria ital. II, 691.

[1]) De *Hadriano VI.* scripsit etiam (gallice) Alb. Lepitre professor Parisiis et in univ. catholica lugdunensi, Paris 1880 in 8. Edidit quoque *Les Chroniqueurs français* du moyen âge Villehardouin, Joinville, Froissart, Commynes, ib. 1893 in 12. etc. Cf. Polybiblion 1906 I, 363.

Apostel der Deutschen und die Slavenapostel Konstantinos (Cyrillus) und Methodios, 1887. Erat etiam insignis poeta. — Augustinus Jos. Nürnberger Silesius (n. 6. Jun. 1854; † 20. Apr. 1910) professor historiae ecclesiasticae et archaeologiae in univers. wratislaviensi plura edidit, quae s. Bonifatium spectant, inter quae *vitam s. Bonifatii* auctore Willibrordo, 1895; *Zur Kirchengeschichte des 19. Jhts.* Papsttum und Kirchenstaat, Mainz 1891 t. 3; *Synodus romana* sub Zacharia, 1898; zum 200jährigen Bestand der k. Theologen-Fac. an der Univ. Breslau, 1903. *Fakultät und Fürstbischöfe* von Breslau, Breslau 1910; Inseruit quoque Rom. Qtlsch. II (1989), 64—80; 248—76; 354—67 *Dokumente* zum Ausgleich zwischen Paul V. und Venedig; Analecta Bonifatiana, ib. (1891) 29-53 etc. — Bernardus Niehues, professor in universitate monasteriensi (n. 18. Maj. 1831; † 26. Apr. 1909) Geschichte des Verhältnisses *zwischen Kaisertum und Papsttum* im Mittelalter, Münster 1863; 1887 ed. 2 t. 2; *Gesehichte des Hexenglaubens* und der Hexenprozesse vornehmlich im Münsterlande, 1875. *Die ersten Versuche* der Gegenreformation im ehemaligen Fürstb. Münster. 1879; *Die Wahldecrete* der Päpste Stephan III. und IV., 1880; *die Schenkungen* der Karolinger an die Päpste [1]) 1881.

861. Petrum primum primatem spectant Henricus Constans Fouard n. 6. Aug. 1837 professor s. Scripturae in facultate theologica rotomagensi († 1903) qui scripsit ex ordine et judicio critico *La Vie de N.-S. J.-Christ,* Paris 1881 t. 2; 1884 ed. 3. opus bonum, solidum, sobrium [1]); *Les origines de l'Eglise:* S. Pierre et les premiers années du christianisme, ib. 1886; 1888 ed. 2; *Les Origines de l'Eglise:* S. Paul, ses missions [2]) 1893; 1894 ed. 2; ses dernières années 1897 . . . *S. Jean* et la fin de l'âge apostolique 1904. 1905. — Henriot parochus proponit *Saint Pierre,* son apostolat, son pontificat, son épiscopat. Histoire, traditions et légendes, Lille 1891. — Joan. Schmid theologiae professor et canonicus lucernensis (n. 23. Apr. 1843; † 1898) dedit *Petrus in Rom* Luzern 1879, quod plenius et fusius probat in *novis vindicis petrinis;* Untersuchung dieser Frage, nicht Sage 1892. — Lud. Galimberti Romae n. 25. Apr. 1836, in collegio de propaganda fide historiae ecclesiasticae professor, a Leone XIII archiepiscopus nicaenus dictus, Viennam nuncius apostolicus missus et 1893 cardinalis creatus et post Hergenroether praefectus archivorum vaticanorum constitutus († 6. Maj. 1896), apologiam composuit *pro Marcellino* papa, Romae 1877; *introductionem* philosophicam ad historiam universam, singillatim vero ad ecclesiasticam, ib. 1877; *Lutero ed il Socialismo,* 1879. — L. Lévêque OSB. congr. Solesmens. a. 20 historiae professor (n. 21. Mart. 1830; † 19. Feb. 1901 typis praeter alia dedit [3]) *Etudes sur le Pape Vigile* [4]), prius in Revue de Sciences eccl. a. 1886, s., dein seorsim Amiens 1887; *Précis* de l'histoire du moyen âge, Paris 1874—75 t. 2; *La congr. de S. Maure,* d'a-

---

[1]) Cf. Keiter kath. Lit. Kal. VII. 224. — Guérard (n. 1862) capellanus ad s. Lud. Gallorum (Romae) coepit magna accuratione edere *Documents Pontificaux* sur la Gascogne, Paris 1896. 1903 t. 2. Incipit ab a. 1316—1334, et monumenta 180 exhibet.

[1]) Cf. Revue des qq. hist. 29 (1881), 669; Polybiblion 1904 1, 76.

[2]) Barth. Ambrosi edidit Vita, Viaggi e predicazione dell'ap. s. Paolo, Venezia 1869 t. 3; Parma 1875—77 t. 5; Milano 1891—92 t. 2.

[3]) Cf. Bibliogr. des Bénéd. p. 88 s.

[4]) Jos. Punkes Bavarus theologiae moralis in lyceo frisingano professor (n. 16. Febr. 1835; † 23. Oct. 1903) scripsit *Papst Vigilius* und der Dreicapitelstreit, München 1865. Cf. Lauchert biogr. Jahrb. VIII (1903) 245.

près le Journal et ses Lettres de dom Benoît Dassac, Bruxelles, 1893; *S. Grégoire le Grand* et l'ordre de S. Benoît, Paris 1906 — Guilelmus Martens[3]) n. Danzigae 30. Juni 1831 conversus est ad fidem catholicam (1857). Fuit historiae eccles. Pelplini prof. et seminarii regens (1868—83; † 27. Mart. 1902); quo munere se abdicavit, quod non probaret modum agendi episcoporum contra vexationes gubernii. Scripsit Gregor VII., sein Leben und Wirken, Leipzig 1894 t. 2. *Die römische Frage* unter Pippin und Karl d. Gr., Stuttgart 1881; *Neue Erörterungen*, ib. 1882. (*Die Besetzung des päpstl. Stuhles* unter den Kaisern Heinrich III. und H. IV., Freiburg 1886; *Die falsche General-Koncession* Konstantin d. Gr. (Donatio Constantini), München 1889; *die Beziehungen* der Ueberordnung, Nebenordnung und Unterordnung zwischen Kirche und Staat, Stuttgart 1877 etc. — Odo Delarc gallice vertit[2]) cum Göschler historiam conciliorum auctore Hefele, Paris 1869—76 t. 2 in 8; scripsit *Histoire de S. Grégoire* VII et de la réforme de l'Eglise au XI^e siècle, Paris 1889—90 t. 3, opus ab academia gallica coronatum; *Un pape alsacien* essai historique sur s. Léon IX et son temps ib. 1876. *L'Eglise de Paris* pendant la Révolution française 1790—1801, Paris 1895—97 t. 3 († 1. Jul. 1898). — Ulysses Leonardus Robert Gallus (n. 6. Aug. 1845; † 5. Nov. 1903) inspector generalis bibliothecarum et archivorum narrat *Histoire du Pape Calixte II.*, cum *Bullaire* du pape Calixte II. (1119—24), Paris 1881 t. 3, opus ab academia praemio donatum. *Pentateuchi versio latina* antiquissima ex cod. lugd. avec des fac-similés, des observations paléographiques, philologiques et littéraires sur l'origine et la valeur de ce texte, ib. 1881 ed. accurata et splendida; *Supplément* à l'histoire littéraire de la congr. de S. Maure, 1881[1]). — De Innocentio III. sex monographias magno eruditionis apparatu edidit Achilles Luchaire Parisiensis n. 4. Oct. 1846 († 3. Nov. 1908) laicus, historiae in Sorbona professor, membrum academiae scientiarum moralium et politicarum, a qua ingens retulit propter sua opera praemium. Splendidam quidem exhibet tanti pontificis ideam sed umbris quibusdam minutam, caruit enim nobili Ecclesiae catholicae idea. Magni fiunt ejus de historia Galliae politica opera[2]). — Mauritius Prou archivista et palaeographus diligens, membrum scholae gallico-romanae collegit *Les registres d'Honorius IV.* recueil des bulles de ce pape publiées ou analysées d'après le manuscrit original des archives du Vatican, Paris 1886—88 fasc. 4. Concinnavit etiam *Manuel* de Paléographie 1892—96 t. 2 pro medio aevo. 1910 ed. 3. retractata et aucta. — Victor Verlaque canonicus frejensis (1844—1909) edidit *Jean XXII*, sa vie et ses oeuvres d'après des documents inédits, Paris 1883 in 8; *Histoire du Card. de Fleury* et de son administration, ib. 1877 in 12; *Bibliographie raisonnée* des oeuvres de Bossuet, ib. 1908. — Lud. Alex. Pougeois parochus et decanus canonicus (n. 8. Apr. 1819; † 2. Aug. 1897) praeter conciones aliaque opera composuit *Histoire* de Pie IX., son pontificat et son siècle, Paris 1877—86 t. 6 8. — Raphaelis Ballerini SJ. († 17. Jan. 1907) exstat opus posthumum *Le prime pagine* del Ponteficato di Papa Pio X., Roma 1909.

862. De *concilio* vaticano insigniter meruit Theodorus Granderath SJ. (n. 19. Jun. 1839; † 19. Mart. 1902),

[1]) Cf. Lauchert bibliogr. Jahrbuch VII (1902), 134.

[2]) Polybiblion 1898 II, 177.

[1]) Cf. Polybiblion 1904 I, 73, ubi plurima alia ejusdem recensentur opera.

[2]) Cf. Roch de Chefdebien in Revue Augustienne XIII (1908) 721—29; Polybiblion 1908 II, 542.

nam edidit magna accuratione *Acta* ... conc. vaticani, quae complent t. VII. collectionis lacensis, Friburgi 1890; explicavit accurate ex ipsis ejus actis ejus *constitutiones dogmaticas*, ib. 1892, quae explicatio magnae pro studiosis theologiae est utilitatis. Descripsit dein fuse et diligenter ex monumentis authenticis *Geschichte des vatikanischen Konzils*, ib. 1903—6 t. 3, opus posthumum, quod absolvit ediditque Conr. Kirch. Inseruit doctas et practicas diss. de argumentis magni momenti apologiae et theologiae dogmaticae [1]) fasc. lit. Stimmen aus M. Laach, Katholik et Zeitschr. f. k. Theol. — De gestis et actis Romae tempore concilii multa literis consignavit (sed non in bonum sensum) et sub nomine Quirini Londini et Monachii publicae luci dedit Jo. Emericus Dalberg Lord Acton natione Anglus, sed Neapoli n. 10. Jan. 1834. Laicus vir stupendae erat eruditionis [2]), Döllingeri discipulus et assecla, catholicus liberalis, qui demum contra praxim tenaciter observatam cathedram obtinuit historiae modernae in universitate cambrigiensi († 19. Jun. 1902).

863. Pro historia religionis catholicae in *Batavia* multa reperies in scriptis Ant. van Lommel SJ. n. in Terheyden (Breda) 3. Oct. 1827 († 10. Nov. 1894), qui quamplurima reliquit [3]) opuscula, diss., articulos et notitias in foliis lit. de missionibus sodalium, Minoritarum etc. per Bataviam (et alias regiones), de variis dioecesibus et ecclesiis, de jansenistis etc. — Initio mensis Dec. 1894 decessit. grandaevus W. J. F. Nuyens batavus, qui etsi medicus, celeber fuit historiographus catholicus, scriptisque suis permultis animos diuturna persecutione atque rejectione depressos erexit et ad vindicandam patrum hereditatem fortiter incitavit. Scripsit praeter alia egregia *Geschiedenis Nederlandschen Volks; Geschiedenis* der Nederlandschen Beroerten t, 4; Leven *van Pius IX.* 1862 t. 2. etc.; multaque polemica et historica inseruit fasc. periodicis *Onze Wachter* et *De Wachter*. — Anno sequenti (8. Febr. 1895) decessit Jos. Stevenson [1]) Scotus (n. 27. Nov. 1806), pastor presbyterianus. Studiis delectabatur historicis et archivariis, hinc aliquamdiu addictus fuit Museo britannico pluraque edidit monumenta et opera historica. Gradatim agnovit veritatem et amplexus est fidem catholicam (1863). Defuncta uxore, e qua susceperat unde cim filios, sacros accepit ordines (1872). Interveniente Gladstone annuo donatus est stipendio et Romam ad scrutanda archivia missus, ibique a. 1877 societatem Jesu est ingressus. Post suam conversionem primus edidit *The history of Mary Stewart*, auctore C. Nau reginae secretario, Edinburgh 1883. *Mary Stuart:* a Narrative of the first 18 years of her life principaly from original documents, ib. 1886 in 8; *The Truth about John Wyclif*, his Life, Writings and Opinions chiefly from the evidence of his contemporaries, London 1885; *Cranmer and Anne Boleyn* ib. (1892) in 8 seu n. 3. in Historical Se-

[1]) Cf. passim im Gla 1, II, et Lauchert biogr. Jahrb. VII (1902), 265.

[2]) Cf. Lady Blennerhasset biogr. Jahrb. VII (1902), 16—22.

[3]) Cf. prolixum elenchum apud Sommervogel IX, 600—604.

[1]) Ejus filius Enricus senior dictus n. est Genuae 11. Apr. 1884, sagacissimus magistri sui de Rossi discipulus (cf. röm. Qtlschr. 1898 XII, 294) conservator numothecae vaticanae, scriptor graecus bibliothecae vatic., qui reperit Romae cryptas ss. Petri et Marcellini († 15. Aug. 1898), edidit primum ad codd. *Theodori Prodromi commentarios* in carmina sacra Melodorum Cosmae Hieros. et Jo. Damasceni, Romae 1888 in 4; *Bibliothecae apost. vatic.* codd. msc. recensita. *Codices msc.* palatini graeci, 1884 etc. Disseruit *de coemiterio s. Christinae* Bolsenae in röm. Qtlschr. II (1888) p. 327—53; VII, 15—31.

ries ed. a Morris SJ.[1]). — James Forbes SJ. († 1907) descripsit[2]) *Martyre de Jean Ogilvie* de la C. d. J. torturé et mis à mort pour la foi à Glasgow 19. Mart. 1615, Paris 1885; *La Crise du Protestantisme* en Angleterre, ib. 1876 etc. — Pro *Hungaria* multum disces ex ep. Card. Leopoldus Graf Kollonitsch, Primas von Ungarn, Innsbruck 1887. quod est fructus accurati et indefessi, studii Josephi Maurer[3]) parochi (n. 16. Jan. 1853; † 3. Nov. 1904), cui et multos libellos pro populo et juventute debemus. — Jul. Pelesz n. 3. Jan. 1843 episcopus przemisliensis († 1896) narrat *Geschichte der Union* der ruthenischen Kirche mit Rom, Wien 1878—80 t. 2; reliquit et *Pastoral-Theologie* 1876—77; *geistl. Geschäftsstil,* 1878; *Lehrbuch* der kath. Religion 1876—78 t. 3. — Quaedam pro hist. Ecclesiae in Bohemia reperies[4]) in variis libellis et diss. Josephi Svoboda SJ. Bohemi (n. 11. Jul. 1826; † 19. Maj. 1896). — De Madaune sacerdos gallus (n. 1838; † 16. Febr. 1891) narrat *Histoire de la renaissance* du catholicisme en Angleterre au XIX^e^ siècle, Paris 1896 ed. 3. retractata et reformata (1. est a. 1873. sed mendosa). — Martinus Marty OSB. in monasterio einsiedlensi Helvetus Svitensis n. 12. Jan. 1834 missus est in Americam factusque est primus abbas monasterii S. Meinradi in statibus unitis (1870). Multum laboravit pro conversione Indianorum, dictus est vicarius apostolicus, episcopus siouxormensis (Sioux-Falls), dein (1895) S. Claudii († 19. Sept. 1896). Scripsit[5]) *die katholische Kirche* in den Ver. Staaten, 1864; et narrat vitam Henni archiepiscopi milwaukiensis († 1881), Neoeboraci (1888).

[1]) Cf. The Month 83 (1895), 331—44; 500—11; Katholik 1895 p. 1, 289 ss.

[2]) Cf. Polybiblion 1907 I, 543.

[3]) Cf. Truxa, der österr. Geschichtsforscher, Schriftsteller und Dichter Pf. J. Maurer, Wien 1896. 1897.

[4]) Sommervogel IX, 868.

[5]) Cf. G. Meier Kirchl. Hdl. II, 867.

864. Ludov. Baunard canonicus honorarius aurelianensis n. 1826 describit[1]). *Un siècle de l'Eglise de France* (1809 — 1900), Parisiis 1891; 1892 ed. 2; *Vie des saints* et personnages illustres de l'Eglise d'Orléans, 1862—63 fasc. 3; scil. Mauritii de Sully, b. Reginaldi de Saint-Aignan O., b. Odonis Tornacensis. *Le Doute et ses victimes* dans le siècle present, 1865; 1879 ed. 5; 1899 ed. 9; *L'Apôtre S. Jean* 1869; 1872 ed. retractata; *Histoire de S. Ambroise,* 1871; *La Foi et ses victoires,* conférences sur les plus illustres convertis de ce siècle (Schouvaloff, Donoso Cortes, La Moricière) 1881; 1882; 1884 t. 2 (Jos. Droz, Frid. Bastiat, Al. de Tocqueville, Frid. Le Play) opus elegans, lectu dignum et utile. *Histoire*[2]) *du Card. Pie,* 1885; *Histoire de Mad. Barat,* fondatrice de la Société du S. Coeur de J. 1876 t. 2; 1879 ed. 4; 1900 t. 2 ed. 7. — De Meaux vicecomes laicus, quondam

[1]) Geminum opus est *L'Episcopat français* depuis le Concordat jusqu'à la séparation (1802—1905). Ouvrage publié sous la direction de la Société Bibliographique avec le concours de 90 Collaborateurs diocésans, Paris 1907, ad quod Baunard praefationem scripsit. Magnam partem in eo concinnando habuit Victor Pierre (1834—1904) professione advocatus, sed literis historicis et operibus pietatis deditus. Descripsit praeter alia etiam *La Déportation ecclésiastique* sous le Directoire, ib. 1896, opus laboriosum et grave. Cf. Polybiblion 1904 II, 539; *la Terreur sous le Directoire,* ib. 1887. Huc referri poterit opus L. Bourgain n. 1850 professoris andegavensis *L'Eglise de France* et l'Etat au XIX^e^ siècle (1802—1900), Conférences faites aux facultés cath. d'Angers 1901 t. 2. Ejus quoque est *L'Eglise d'Angers* pendant la Révolution et jusqu'en 1870, Conférences etc. Angers (1898); *La Chaire française* au XII^e^ siècle d'après les manuscrits, Paris 1879 stilo nimis rhetorico conscriptum. Complementi loco addimus opus *La Hiérarchie épiscopale,* provinces, métropolitains, primats en Gaule et en Germanie, depuis la réforme de St. Boniface jusqu'à la mort d'Hincmar 712—882, auctore E. Lesne, Paris 1905.

[2]) Cf. Lorenz I, 180; V, 93; IX, 99 etc.

minister Status († 1907) describit bene et accurate *Les Luttes religieuses* en France au XVI. siècle, Paris 1879. — Antonius Ricard n. in La Ciotat 2. Dec. (1834) theologiae professor in facultate theologica acquensi, plurium capitulorum canonicus honorarius et praelatus domesticus suae Sanctitatis († 26. Mart. 1895) exhibet *les Grands évêques de l'Eglise de France* au XIX^e^ siècle, Paris 1892—95; *L'abbé Combalot* missionnaire apostolique. L'Action catholique de 1820—70, ib. 1891 in 4; *Vie de Mgr. JB. Gault* év. de Marseille (1595—1643), ib. 1864; *Souvenirs* du clergé marseillais au XIX^e^ siècle, Marseille, 1881; *le Card. Fesch,* ib. 1893; *le Concile de 1811* d'après les papiers inédits du card. Fesch, ib. 1894, non est historia, sed collectio monumentorum nonnihil confusa; *le Card. Lavigerie* (1825—92), 1893; *Léon XIII.:* sa vie, ses oeuvres, son pontificat, ib. 1895; *Mons. Freppel* ib. 1892 in 12; *Mons. de Mazenod* év. de Marseille (1782—1861) ib. 1892; *Mons. de Miollis* év. de Digne (1753—1843), ib. 1883. *Vie de Mgr. de la Bouillerie* évêque de la Carcassone etc. ib. 1887; 1888 ed. 2; *l'abbé Maury* (1746—91), 1887 in 12; necnon *Correspondance diplomatique* et mémoires inédits de card. Maury; vertit ediditque multa opuscula ascetica gallice, collegit *Les Orateurs sacrés* contemporains, ib. 1884 t. 5. Describit *L'Ecole mennaisienne:* Gerbet et Salinis, Paris 1883 in 12. ed. 2; L'Ecole men: *Lamennais* 1882 ed. retractata et aucta; L'Ecole men.: *Lacordaire,* ib. 1883 ed. 3; L'Ecole men.: *Montalembert* 1884 in 12; L'Ecole men.: *Rohrbacher,* ib. 1885; *Les premiers Jansénistes* et Port-Royal, ib., opus ex lectionibus (15), quas Aquis (Aix) et Massiliae habuit, concinnatum, utile quidem, sed non ex fontibus originalibus haustum, subinde minus accuratum et lingua minus nobili conscriptum. — Eodem a. (3. Nov. 1895) decessit Armandus Jean SJ. n. 25. Sept. 1823 aliquamdiu s. Scripturae et historiae ecclesiasticae professor, qui recenset *Les évêques et archevêques de France* depuis 1682 jusqu'á 1801, Paris 1891 in 8; iterum edidit *Histoire sainte* auctore Didon, ib. 1875 in 8; redegit *literas annuas* provinciae Franciae SJ. ab a. 1874—91, ib. 1884—97 pp. 5; inseruit quoque dissertationes foliis literariis. — Multum laudatur opus F. Tournier *Clovis et la France* au baptistère de Reims, Lille 1896 in 8. — Ch. F. Bellet edidit *S. Hugues* d'Avalon chartreux et év. de Lincoln (1140—1212), Grenoble 1891; magna eruditione sed minori judicio critico proponit *Les Origines des églises de France* [1]) et les fastes épiscopaux, Paris 1896; 1898 ed. plurimum retractata, quo in op. stat (adversus Duchesne) pro origine remotissima ecclesiarum Galliae [2]). — Fr. Arbellot parochus et can. honorarius, diligens archaelogus, fundator et praeses societatis archaeologicae lemovicensis (n. 21. Dec. 1816; † 1900), perseveranter stetit pro ecclesiarum Galliae apostolicitate, quam pluribus tuetur scriptis. Diss. *sur l'apostolat de s. Martial* et sur l'antiquité des églises de France, Limoges 1855; *Documents inédits* de hoc eodem argumento, Paris 1861; Etudes *sur les origines chrétiennes* de la Gaule, 1. p. S. Denys de Paris, ib. 1881; *Observations critiques* sur la légende de s. Austremoine et les origines chrétiennes de la Gaule, Tours 1870. Scripsit quoque plura ad illustrandas antiquitates lemovicenses [3]). — Lud. Sciout,

---

[1]) Cf. Lorenz IV, 223; VI, 479; X, 498; XV, 686; Polyb. 1895 I, 365.

[2]) De hac controversia recentiori aetate multum iterum agitata cf. etiam Brémenson *Essai sur les Origines* des églises des Gaules, Paris 1879, qui copiose proponit argumenta in utramque partem pro et contra ecclesiarum Galliae originem apostolicam, sed judicium de ea re suspendit.

[3]) Polybiblion 1901 I, 81 s; Lorenz I, 62; V, 37; IX, 40.

qui plures articulos inseruit Revue des qq. hist. († 9. Jun. 1900), narrat *Histoire de la constitution civile* du clergé, Paris 1873—81 t. 4 in 8. — Jos. Hyac. Albanès theologiae professor († 3. Mart. 1897) plura monumenta studii seduli reliquit. Coepit *Galliam Christianam novissimam* tamquam supplementum Galliae christianae scil. Histoire des archevêchés, évêchés et abbayes de France d'après les documents authentiques, Marseille 1895. qui t. agit de dioecesibus Aix, Apt, Fréjus Gap, Riez et Sisteron. Alium t. post auctoris obitum edidit U. Chevalier ib. 1899, qui agit tantum de episcopis et praepositis cathedralibus massiliensibus. Collegerat et *Actes anciens et documents* concernant le bienh. Urbain, quae pariter edidit Chevalier, Paris 1897. *La vie de s. Douceline* fondatrice des béguines de Marseille composée au XIII[e] siècle en langue provencale . . . avec la traduction en français et une introduction critique et historique, Marseille 1879. Opus continuavit canonicus Fillet († a. 1907); cur. Chevalier prodiit alius t. 1909 quo continetur Saint-Paul-Trais-Château. Les chartes du dioecèse de Maurienne, Chambery 1861; *Armorial et sigillographie* des évêques de Marseille avec des notices historiques sur chacun de ces prélats, Massiliae 1884 in 4; *le couvent royal de s. Maximin* en Provence de l'ordre des Frères prêcheurs ses prieurs, ses annales, ses écrivains, avec un cartulaire de 85 documents inédits, ib. 1880 in 8; *Pierre d'Aigrefeuille* évêque d'Avignon etc. ib. 1877 cum *Nouvelles Recherches* de eodem[1]), 1892. Praesertim de Urbano V. plures edidit diss., demum *Abrégé* de la vie et des miracles du b. Urbain V., 1872.

865. Franciscus Des. Mathieu n. 27. Maj. 1839 episcopus andegavensis dignus antecessoris sui Freppel successor, mox translatus (1896) ad sedem archiepiscopalem tolosanam, cui resignavit 1899, creatus est card. a Leone XIII; acad. gallicae fuit socius († 28. Oct. 1908). Scripsit[1]) *le concordat de 1801* ses origines, son histoire d'après de documents inédits, Paris 1903. — Anatolius de Barthélemy Remensis n. 1. Jul. 1821, laicus etsi publicis detentus muneribus studia non neglexit praesertim numismatica. Cum Geslin de Bourgogne collegit *Anciens évêchés de Bretagne*, histoire et monuments Paris 1855—79 t. 6 in 8. *Nouveau Manuel* complet de numismatique ancienne, ib. 1851, retractatum, ib. 1890; Nouveau Manuel complet de numism. *du moyen âge* et moderne, ib. 1853; aliaque edidit[2]) opera ad illustrandam historiam Britanniae minoris et Alsatiae et inseruit multas diss. de re numismatica foliis literariis. Electus est membrum academiae inscriptionis 1887 decessitque 27. Jun. 1904 a. aetatis 83. — *Obituaires* de la province de Sens coepit edere Augustus Molinier († 1904) Paris 1903 t. 1, cujus collectionis t. 2. typis dedit M. Lovignon instituti membrum, ib. 1906. Ea censetur fons magni momenti pro Galliae historia. — Opus praecipuum (capital dicitur a Polybiblion 1905 II, 368) pro historia ecclesiae in Gallia sec. XIX, dicitur biographia Louis Veuillot, Paris 1899—1904 t. 3 (deest t. 4) auctore Eug. Veuillot fratre celebris Lud. Veuillot (cf. pag. 1485). Natus est Eugenius 5. Oct. 1818 et postquam in edendis aliis foliis publicis partem habuit, adscitus est a fratre in redactionem Univers[3]), quam post fratris mortem (1883) ipse valide con-

[1]) Cf. Polybibl. 1897 I, 366; in primis Chevalier, Le chan. Albanès bio-bibliographie s. l. 1897, in qua sub n. 243 recenset hujus viri diligentis scripta edita et inedita.

[1]) Cf. Les qq. eccl. I (1908) 95 ss.
[2]) Cf. Polybiblion 1904 II, 80 ss.
[3]) In hujus edititione ei successit ejus filius Petrus V. († 20. Apr. 1907), qui non minus valide eam continuavit.

tinuavit († 18. Sept. 1905 a. aetatis 87). Alia quoque opera stilo nitido et conciso conscripsit, inter quae *L' Eglise, la France et le schisme en Orient,* Etudes historiques sur les chrétientés orientales et sur la guerre contre la Russie. Paris 1855 in 12; *La Cochinchine* et le Tonquin. Le Pays, l'histoire et les missions, ib. 1855 in 8; Son Em. *le Card. Antonelli,* ib. 1862; *Mons. de Mérode,* ib. 1863; *Mons. de Gerbet* ev. de Perpignan, ib. 1865 in 12; *Le Comte de Falloux* et ses Mémoires, ib. 1888 in 12; *Les Pères X. de Ravignan et Ventura,* ib. 1865 in 8 etc. — Petrus Ed. Pouyol Bajonensis n. 1835 prof. theologiae in facultate parisiensi († 1904), qui plura edidit opuscula de op. de imitatione Christi [1]), publicae luci dedit: *Edm. Richer,* étude historique et critique sur la rénovation du gallicanisme au commencement du XVII[e] siècle. Paris 1876 t. 2. — Opus haud contemnendum concinnavit Jo. Em. Drochun scil. Essai historique *sur le schisme anticoncordataire,* forte minus bene dispositum et accuratum, utile tamen, quod prodiit Paris 1894 in 8. Hujus op. prolixam analysim exhibet Lud. Audiat in opusculo *Une histoire* de la petite Eglise, Vannes 1895. Illam ita complet ut necessarii supplementi instar haberi possit.

866. Franc. X. Simonet Malacitanus (n. 1829; † 9. Jul. 1897) professor linguae arabicae in universitate granatensi, vir eruditus, cujus fama praetergressa est Hispaniae limites, ed. *Tercero concilio Toledano,* Madrid 1891, quod magni fit pro historia ecclesiastica hispana; *Martyrologium hispanum* (1040—60) arabice quondam editum, latine versum et annotationibus illustratum, ib. 1875; in coll. Ciudad de Dios, ed. Ortí y Lara t. V. — Multa pro historia Germanicae eccl. disces ex op. diligenti et praestanti *Geschichte des Kollegium Germanikum Hungaricum* in Rom [1]), Freiburg 1895 t. 2; 1906 ed. 2. auctore card. Andrea Steinhuber. Natus is est Uttlaviae in Bavaria 11. Nov. 1825, egregie institutus Romae eo in collegio (1845—53), ingressus 1857 Soc. Jesu. In universitate oenipontana cathedram rexit propaedeuticae, deinde theologiae dogmaticae: inde Romam vocatus est rector collegii germanici; cui praefuit magno ejusdem emolumento (1867—80). Consultorem egit s. Poenitentiariae, Propagandae et. s. Officii et ob suam prudentiam, insignem solidamque doctrinam et merita invitus creatus est cardinalis a Leone XIII. Decessit praefectus congregationis Indicis 15. Oct. 1907. — Acerrimus et imperterritus propugnator causae catholicorum adversus iniquas gubernii vexationes verbis in parlamento et scriptis, praesertim editione folii publici *Germania* erat Paulus Majunke Silesius n. 14. Jul. 1842. Post pugnacissimam vitam [2]) decessit parochus 21. Maj. 1899. Ex plurimis ejusdem scriptis huc spectant: *Geschichte des Kulturkampfes* in Preußen, 1886; 1890; 1902 ed. 3; *Biographie* Ludwig Windhorsts, 1891. Fuit unus ex auctoribus libri *Geschichtslügen,* 1883; 1898 ed. 15; 1902 ed. 17. — Clemens Borový, Bohemus (n. 12. Jan. 1838, † 3. Sept. 1897) praelatus scholasticus metrop. capituli Pragensis multa edidit ad historiam ecclesiasticam, praes. Bohemiae, spectantia. Germanice prodiit *Anton von Müglitz,* Erzbischof von Prag (1874); bohemice vitas *Antonii Brus,* archiep. Pragensis (1873); *Martini Medek,* archiep. Pragensis (1877); *Die Geschichte der Diözese Prag* (1874); *Der hl. Johann von Nepomuk* (1878). Edidit etiam

[1]) Cf. Polybiblion 1904 II, 459.

[1]) De hoc cf. etiam *Monumenta* quae spectant primordia Collegii Germanici et Hungarici, quae collegit et illustravit Frid. Schroeder SJ., ejus quondam rector († 1900), Romae 1896.

[2]) Cf. Fränkel allg. d. Biogr. 52, 156; Gla 1, II, passim.

Libri erectionum archidioecesis Pragensis saeculo XIV. et XV. (1875—89) et *Acta consistorii catholici et utraquistici* Pragensis (1868—69). — Franciscus Krásl, Bohemus (n. 24. Dec. 1844, † 27. Juli 1907) praep. capituli metropol. Pragensis et episcopus aux., historiam coluit praesertim bohemicae ecclesiae. Edidit bohemice historias vitarum *S. Adalberti* (1898); *B. Hroznatae* (1898); *Ernesti Comitis Harrach,* cardinalis et archiep. Pragensis (1885); insuper *Historiam vitae, monasterii et cultus s. Procopii* in Bohemia (1895). — Lud. Lescoeurs Orat. Gallus (n. 15. Aug. 1825. † 16. Apr. 1910 a. aetatis 85) quondam advocatus[1]) describit *L'Eglise Catholique* en Pologne sous le gouvernement russe, Paris 1860; cum monumentis seu actis Pii IX. pro hac Ecclesia, 1868; 1876 t. 2 ed. retractata; 1903; *La persécution de l'Eglise en Lithuanie* et particulièrement dans le diocèse de Vilna, quae est versio op. polonici, ib. 1873; *Le Schisme moscovite* et la Pologne catholique 1859; *Le règne temporel* de J.-C. Etude sur le millénarisme, 1867. *La science* et les faits surnaturels contemporains. Les vrais et les faux miracles, 1897; 1900 ed. aucta et retractata; *La vie future,* Conférences, 1872; *La foi catholique* et la réforme sociale, Conférences (5), ib. 1878; *L'Esprit révolutionnaire,* 1873; *Jésus-Christ,* Conférences 1880. *Le dogme de la vie future* et la libre pensée contemporaine, 1892 in 12. *La Théodicée chrétienne* d'après les Pères de l'Eglise ou Essai philosophique sur le tr. de Deo du P. Thomassin, ib. 1852. Cum Duchesne condidit 1879 *Bulletin critique,* quod tamen recentiori aetate prodire cessavit. — Multum laudatur ab Allard[2]) J. Ferrère *La situation religieuse de l'Afrique* romaine depuis la fin du IVe siècle jusqu'à l'invasion des Vandales (419), Paris 1897. — Huic affine est *Histoire littéraire de l'Afrique chrétienne*[1]) depuis les originus jusqu'à l'invasion arabe auctore Paulo Monceaux (antissiodocensi n. 1859). Paris 1902—5 t. 3 opus ab academia praemio coronatum. — Adolphus Baro d'Avril Parisiensis n. 1822 laicus in legationibus in orientem a gubernio gallico diu adhibitus († 27. Oct. 1904) plurima reliquit scripta ad illustrandum ecclesiarum orientalium statum utilia[2]): *La Bulgarie chrétienne,* Paris 1863; 1898 ed. 2; *La Chaldée chrétienne:* étude sur l'histoire religieuse et politique des chaldéens-unis et des nestoriens, ib. 1863; 1892; *Documents* relatifs aux églises de l'Orient considérées dans leurs rapports avec le saint-siège de Rome, 1862 in 12; 1869; 1885 ed. 3; *Une Mission religieuse* en Orient. *Relation adressée* à Sixte-Quint par l'évêque de Sidon, 1866; *S. Cyrille et S. Méthode.* Première lutte des Allemands contre les Slaves. Avec un essai sur les destinées du Glagol et une mémoire sur l'alphabet, la langue, le rite des apôtres slaves au IVe siècle. ib. 1885, opus magni momenti pro Slavorum historia. Les Grecs melkites, 1899; La Serbie chrétienne 1897 etc. — Magni momenti pro hist. Orientis est *L'Eglise byzantine* de 527—817 Parisisis 1905 auctore J. Pargoire Congr. Assumpt., qui n. 8. Sept. 1872 in Gallia obiit in flore aetatis jam 17. Aug. 1907. Studiis operam dederat in Oriente ibique missionarium egit. Magna sedulitate copiosam sibi comparavit eruditionem in critica, historia, literatura orientali, cujus testes sunt quam plurimae diss., quibus tot folia literaria ditavit[3]). —

[1]) Cf. Polybiblion 1910 I, 462.
[2]) Polybiblion 1899 II, 251 ss.

[1]) Cf. Lorenz I, 107; V, 61; IX, 66; Polybiblion 1904 II, 538.
[2]) Anatolius Toulotte congr. miss. alger. episcopus tagastenus et vicarius apostolicus Saharae († 1907) coepit *Histoire de l'Afrique chrétienne,* cujus plures tomi prodisse leguntur.
[3]) Cf. Polyb. 1908 I, 76; 1907 I, 243.

Leo Iren. Joly canonicus parisiensis, regens quondam scholae s. Genovefae († 1909) auctor est op. *Le Christianisme et l' Extrême-Orient,* 1907 t. 2, quod occasionem dedit gravi controversiae et novi operis ejusdem auctoris *Le Problème des missions.* Tribulations d' un vieux chanoine, 1908. — *Histoire des religions* de l' Extrême-Orient jam antea ediderat L. Peissons († 1. Jul. 1897) Amiens 1888. Condiderat etiam folium literarium *Revue des religions.*

867. Jam ad eos veniamus, qui *singularium* eccl. seu dioeceseon historiam narrant. Horum ingens est praesertim in Gallia numerus, quorum aliquos tantum speciminis gratia ordine fere chronologico indicabimus. Lugo sacerdos et professor († 1895) typis dedit *Pouillé historique* de l' ancien diocèse de Vannes, 1884 in 8. — J. Morey canonicus honorarius bisuntinus (n. 1830; † 1895), praeter multa alia edidit[1]) *La Chronique de l' église de Vesoul,* composée d' après les titres originaux, Montbéliard 1886 in 8. — De ecclesia lugdunensi accurata studia instituit Andreas Gouilloud S. J. (n. 14. Apr. 1816; † 8. Mart. 1896), cujus studii en fructus: *Saint Pothin* et ses compaignons martyrs. Origines de l' Eglise de Lyon[2]), Lyon 1896; *Vie de S. Germain* d' Auxerre par le prêtre Constance de Lyon (gallice) avec une Etude sur le prêtre Constance et une introduction historique, ib. 1874; *S. Irénée et son temps,* ib. 1876; *S. Eucher,* Lérins et l' Eglise de Lyon au V^e^ siècle, 1881; Deux grands évêques de Lyon. *S. Just et s. Nizier,* ib. 1886 in 8. Inseruit quoque diss. historicas fasc. lit. Etudes rel. — Multarum dioecesium Galliae, praesertim Provinciae, historiam illustravit Theoph. Berengier O. S. B. congr. Solesm. Massiliensis n. 1. Aug. 1827, aliquamdiu card. Pitra a secretis († 6. Nov. 1897), multorum operum auctor, quorum praecipua sunt: *Les Martyrs Uniates:* récits des dernières persécutions russes en Pologne, Poitiers 1868; *Vie de s. Turibe* archevêque de Lima et apôtre du Pérou (1538-1606), ib. 1872. *Vie du Card. Charles Odescalchi* (S. J. 1785—1841), Paris 1877; *La Nouvelle Nursie,* histoire d' une colonie bénédictine dans l' Australie occidentale (1846-78), ib. 1879; *L' Episcopat provençal* au XVIII^e^ siècle, in quo exhibet notitias de Jos. Fr. de Chadenet-Charleval ep. agd. (1710—59), Mgr. de Jac. de Forbin-Janson archiep. arelatensi (1711—41), de Jos. Ign. de Foresta-Collongue ep. aptensi (1654—1736), de Jos. Ign. de Mégrigny ep. grimic. (1653-1726); de Jo. M. du Lau arch. arelatensi (1755-92); de JB. de Surian ep. vinc. (1727-54) pas. in Revue de Marseille t. XXIV et XXXI, et seorsim ib. 1884-95 fasc. 5. Vie de Mgr. J.B. *Scip. de Roux de Bonneval* ep. san. (1747—1837), ib. 1885; *Notice* sur Mgr. Pierre Fr. Lafitau év. de Sisteron (1719—64), Aix 1886; sur Mgr. *Jo. B. de Brancas* archev. d' Aix (1693—1770), ib. 1887; *Vie de Mgr. H. de Belsunce* év. de Marseille (1670—1755), Paris 1886; *D. Malachie d' Inguimbert O. Cist.* archev. de Carpentras (1683—1757), Avignon 1888; *La s. Eglise d' Aix et Arles.* Nos évêq.: Mgr. JB. Ant. de Brancas arch. aq. (1693—1770), Aix 1889; *Pèlerinages monastiques,* Avignon 1890-92 t. 2, quo in op. describit sanctuaria praecipua Subiaco, Montserrat, Einsiedeln etc.; Le Bienheureux *Pape Urbain V.,* Tours 1895 etc. Inseruit quam plurimas diss. et articulos fasc. variis literariis[1]). — Paulus M. de la Foata

[1]) Cf. Polybiblion 1895 I, 540.

[2]) *Les évêques auxiliaires de Lyon* 1875 recenset Petrus Paulus Servonnet (n. 14. Dec. 1830) episcopus diniensis (1889), dein archiepiscopus bituricensis (1897; † 1909), cujus etiam sunt *Conférences* sur l' Ecriture Sainte, Lyon 1886.

[1]) Cf. Bibliogr. des Bénéd. p. 8—11; Studien und Mittheil. (1898), 725; Polybiblion 1897 II, 546.

Corsus n. 14. Aug. 1817 vicarius generalis ep. de Gaffory, quo defuncto vicarius capitularis (1877) et ejus in sede successor (21. Aug. 1877; † 3. Jan. 1899). Habuit synodum dioecesanam (1885). Reliquit *Recherches et notes* diverses sur l'histoire de l'Eglise de Corse in Bulletin de la Soc. des Sciences hist. et naturelles de la Corse 1895 t. XIV. — Pécheur sacerdos collegit *Annales du diocèse de Soissons,* Soissons (1863—75 I—III; 1880 t. IV; 1888—91 V—VIII, t. X. prodiit demum ib. 1896, qui pertingit usque ad a. 1849. — Cyr. Jo. Destombes canonicus honorarius et vicarius generalis cameracensis (n. 1819 † 5. Nov. 1898) narrat *Histoire de l'Eglise de Cambrai* ad a. 1801, Insulis 1890-91 t. 3 in 8; *Vie de S. E. le Card. Regnier* archev. de Cambrai, ib. 1885 t. 2; *Les Vies des Saints* et des personnes d'une éminente piété des diocèses de Cambrai et d' Arras, Cameraci 1851 t. 4 in 12; Insulis 1889 ed. 3; *Histoire de St. Amand* évêque missionaire et du christianisme chez les Francs du nord au VII[e] siècle, Parisiis 1850, in 8. Duaci 1867 t. 2; *La persécution religieuse en* Angleterre sous le règne d' Elisabeth, Parisiis 1863, accurata narratio; *La persécution . . .* sous les successeurs d' Elisabeth, Jacques I., Charles I., Cromwell et Charles II., ib. 1864; utrumque simul ib. 1883 t. 3. — Jul. Loth[1]) narrat *Histoire* du card., de Rochefoucauld (archiep. rotomagensis † 23. Sept. 1800) et du diocèse de Rouen pendant la révolution, Evreux 1894. — Canonicus F. Saurel n. 1825 prolixe, sed diligenter et accurate narrat *Histoire religieuse* du département de l' Hérault pendant le Consulat et les premières années de l' Empire, Paris 1896 t. 2; *L' ancien clergé* du dioc. de Montpellier, Montpellier 1901—2 t. 4; *Raym. de Dufort* év. d' Avranches et de Montpellier, archev. de Besançon († 1792) Paris 1898. — *Histoire* de l'Eglise de Besançon t. 6 auctore L. Loye parocho († 1910) prodiit Paris 1903, 1—2 t. 3. — Eugenius Martin director seminarii nancejensis (n. 1859) describit *Histoire des diocèses* de Toul. de Nancy et de St.-Dié, Nancy 1903 t. 3; *L' Université de Pont-à-Mousson* (1572-1768), Nancy 1895, S. Léon IX. (1002—54), Paris 1904. — A. Lecler parochus et decanus collegit ediditque *Chroniques ecclésiastiques* du Limoges 1891; *Martyrs et Confesseurs* de la foi du diocèse de Limoges pendant la Révolution [2]), Limoges 1892-1901 t. 2. — Aloysius, Jos. Eug. Arnaud episcopus forojuliensis (Fréjus, 1899—17. Jun. 1905) ante suum episcopatum collegit *Les Annales* de l'Eglise de Marseille: ses saints, ses pasteurs, le chapitre de la cathédrale etc.. *La ville de Roquevaire* et son église, 1892 in 8; *La succession chronologique* des Papes d' après le Liber pontificalis de M. Duchesne. — Augustinus Victor Deramecourt n. 7. Mart. 1841 vicarius generalis atrebatensis, dictus episcopus suessionensis (1898; † 16. Sept. 1906) narrat *Histoire du clergé d' Arras* pendant la Révolution, Arras 1884—86 t. 4; *Les étapes de la vie chrétienne,* Paris 1904 t. 2 in 12. Fortiter quoque stetit contra opiniones exegeticas modernismo infectas[1]). — Jo. B. Poulbrière n. 1842, archiv. dioecesanus collegit *Dictionnaire historique* et archéologique des paroisses du diocèse de Tulle, cujus ad a. 1905 prodierunt Tulle t. 2. Descripserat antea *Histoire du diocèse de Tulle,* Tulle

[1]) Alius ab hoc est Georgius Loth, qui ob oculos ponit *Les Gloires de la France chrétienne* au XIX[e] siècle, 2[e] serie, Paris 1896, in qua virtutum exempla narrat virorum illustrium Galliae seculi 19., unde infert viros illustriores omnis ordinis fuisse bonos catholicos, hanc esse Galliae gloriam. Primam seriem collegerat Pellisier Seguier philosophus christianus, quem propterea municipium parisiense male habuit.

[1]) Cf. Polybiblion 1906 II, 372.

1885. — Blanchet sacerdos engolismensis († 7. Jun. 1908) pariter describit *Le Clergé charentois* pendant la Révolution, Angoulême 1898 etc. et alia ad ecclesiam engolismensem spectantia. Ita *Histoire de l' abbaye royale* de N.-Dame de la Couronne en Angumois avec une notice sur les prieurés, qui en dépendaient, ib. 1888—89 t. 2 in 8.

868. Jos. Daris per semiseculum fere professor in seminario leodiensi et canonicus († 1905 a. aetatis 84) collegit *Histoire du diocèse et de la principauté de Liége* t. 11; et multas notitias de ecclesiis singularibus hujus dioecesis. *Praelectiones canonicae* etc. — Joachim Vos Belga archivarius dioecesis et canonicus tornacensis (1832-1906) indefessa sedulitate de hac dioecesi erat sollicitus, ut testantur ejus opera: *Le clergé du diocèse de Tournai* depuis le concordat de 1801 jusqu'à nos jours, Tournai 1887—93 t. 5; *Les Paroisses et les curés* du diocèse actuel de Tournai, Bruxellis 1899—1904 t. 8 (ex 14). — Dominicus Taccone Gallucci Nicoterae et Tropaeae (1902) episcopus (n. 1852, † 1909) reliquit Monografie *di Storia Calabra ecclesiastica*, 1900, inter quas praecipua est *Mileto* e la sua diocesi; *cronotassi* dei metropolitani, arcivescovi e vescovi della Calabria, Tropea 1902; *Regesti* dei rom. pontefici per le chiese della Calabria con annotazioni storiche [1]). — Aemilius Morera describit *Tarragona cristiana*. Historia del arzobispado de Tarrogona y de su territorio, Tarragona 1898 t. 1., opus accuratum. — Jo. de Deo Posadilla collegit *Episcopologio Legionense*, Leon 1899 t. 2, fontes tamen quibus utitur, non satis accurate indicat. — Ant. Lopez Ferreiro canonicus s. Jacobi de Compostella, archaeologiae in seminario illius urbis professor († 20 Mart. 1910) ed. *Historia de la Santa Metropolitana iglesia de Santiago t. 11, sobre los concilios de Compostela* en el siglo XI; *El Priscilianismo* en Galicia; *Altar y scripta* del Ap. Santiago reseña histórica de su origen hasta nuestros dias [1]) etc.

869. In *Germania* Adolphus Jos. Cornelius Tibus n. Emericae 21. Mart. 1817, canonicus (1871) et cancellarius vicariatus episcopalis monasteriensis († 1894) dedit *Geschichtliche Nachrichten* über die Weihbischöfe von Münster, ib. 1862; *Gründungsgeschichte* der Stifter, Pfarrkirchen, Klöster und Kapellen im Bereiche des alten Bisthums Münster mit Ausschluss des ehemaligen friesischen Theiles, 1. Theil: die vom h. Liudger gegründeten Kirchen pluribus fasc. ib. 1867—85; et alia ad historiam monasteriensem spectantia [2]). — Henr. Maas n. 1. Apr. 1826, ad fidem catholicam ex judaismo (1852) conversus secretarii et directoris fungebatur munere in cancellaria archiepiscopatus friburgensis, hinc magnam partem habuit in controversiis molestis et implexis archiepiscopum inter et gubernium († 12. Nov. 1895). Composuit [3]) graves diss. et libellos hoc de argumento, inter quos etiam *Geschichte der kathol. Kirche in Baden*, mit besonderer Berücksichtiguug der Regierungszeit des Erzb. Hermann von Vicari, Freiburg 1891. — Petrus Grosfeld Dulmensis n. 19. Febr. 1826 sacerdos, philosophiae doctor et rector gymnasii rhenensis disseruit *de archiepiscopatus magdeburgensis originibus*, Monasterii 1857; edidit et chronicon bentlacense in op. Beiträge zur Geschichte der Pfarrei und Stadt Rheine ib. 1875 († 1895). — Ferdinand Janner n. 4. Febr. 1836. Hirschaviae in Palatinatu superiori, in lyceo ratis-

[1]) Cf. Kehr Röm. Quartalschrift XVI (1902), 424.

[1]) Cf. Revue des sciences phil. et théol. IV, 623.

[2]) Cf. Rassmann 1, 343; II, 222.

bonensi historiae ecclesiasticae et artis christianae professor († 1. Nov. 1895) coepit narrare solide et diligenter *Geschichte der Bischöfe von Regensburg,* sed morbis pressus pervenit tantum ad sec. XVI., 1883—86 t. 3; *Geschichte der Bauhütten des MA.,* 1876. Illustravit scholam exegeticam antiochenam, 1858; disseruit et *de infallibilitate Ecclesiae* in factis dogmaticis decernendis 1861; *das hl. Land* und die h. Stätten, nova ed. op. Mesmeri etc. — Philippus de Lorenzi n. 3. Jul. Kreutznachii 1818, capituli trevirensis decanus (3. Jan. 1898) describit *Geschichte der Trierer Pfarreien* 1887 t. 2; *Geiler v. K. Leben* u. ausgewählte Schriften in freier Bearbeitung [1]), Trier 1881-83. — Pluribus operibus et diss. illustravit [2]) ditionem et dioecesim bambergensem Henricus Weber Bavarus, sacerdos et historiae professor in lyceo bambergensi (n. 21. Jun. 1834; † 18. Jan. 1898), ab universitate in praemium meritorum doctor h. c. creatus. Inter illa mentione dignum est *Geschichte der gelehrten Schulen* im Hochstifte Bamberg von 1007—1803; 1880 t. 2. — Car. Theodorus Dumont Rhenanus n. 21. Jun. 1827, archiepiscopo de Geissel erat a secretis, hujus etiam scripta collegit et edidit, ut jam alias diximus. Praeterea reliquit *descriptionem* omnium archidioeceseos coloniensis ecclesiarum parochialium 1879 et redegit magnum opus *Geschichte der Pfarreien* der Erzb. Köln [3]), nach den einzelnen Dekanaten geordnet, cujus ab a. 1883 ss. multi t. prodierunt. Obiit [1]) canonicus et a consiliis eccl. 13. Oct. 1898. — Ludov. Gabr. Gloeckler parochus (n. 18. Mart. 1831; † 26. Dec. 1912) describit [2]) *Geschichte des Bistums Strassburg* 1879. 1880 t. 2; *St. Maternus* oder Ursprung des Christentums im Elsass und in den Rheinlanden, 1884; *Geburtsort* des Elsässer Papstes Leo IX., 1892. — Cornelius Will Archivarius et bibliothecarius principis Thurn et Taxis (n. 23. Apr. 1831; † 1905) digessit [3]) *Regesten* zur Geschichte der Mainzer Erzbisch., 1877—86 t. 2; *Die Anfänge* der Restauration der Kirche im 11. Jahrh. 1854—64 t. 2, *Acta et scripta,* quae de controversiis ecclesiae graecae et latinae sec. XI. composita exstant, 1861; *Konrad v. Wittelsbach* Card. Erzbisch., 1880. — Ant. Kerschbaumer Cremsensis n. 24. Aug. 1823, in urbe patria parochus, decanus et capituli praepositus († 6. Febr. 1909) inter alia edidit *Geschichte des Bistums St. Pölten* [4]) Wien 1875 t. 2; *Bisch. Feigerle* 1864; *Kard. Klesel* 1865; *Vita s. Severini,* 1862; *Lehrbuch der katholischen Pastoral,* Wien 1871 ed. 2; *Paterfamilias.* Eine Pastoral in Beispielen,

---

[1]) Nick Literarischer Handw. 1882, 107; 1883, 633.

[2]) Cf. Bettelheim Biogr. Jahrbuch III (1898), 191. — Mich. Lefflad (n. 26. Maj. 1828; † 2. Nov. 1900) professor historiae et philologiae in Lyceo eistettensi, exhibet Regesten der Bischöfe von Eichstätt in programmatibus illius Lycei a. 1870. 1871; 1873. 1874; 1880—82. Cf. hist. Jahrb. V (1900), 302.

[3]) Hujus op. t. 4. et 34. elaboravit Jo. Becker parochus n. 15. Nov. 1838; † 10. Maj. 1900.

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biographie 48, 166.

[2]) Cf. Kürschner Deutscher Liter. Kal. sub h. n.

[3]) Cf. Kürschner sub hoc n.

[4]) *Geschichte des Bisthums St. Pölten* im Mittelalter descripsit Wien 1876 Godefredus Edm. Fries, OSB. Seitenstadensis monasterii n. Waidhofii ad Ibbisam in Austria infer. 1. Oct. 1836, tabularii et bibliothecae praef., bonus hist.: hinc plurium societatum literariarum sodalis († 18. Jan. 1904). Inseruit plures diss. historicas in varia folia literaria, quibus illustrat historiam Austriae inferioris et monasteriorum (inter quas *Geschichte* des Benediktinerstiftes Garsten in Oberösterreich; *Geschichte der österr. Minoritenprovinz,* Wien 1882; epitome hist. OSB. in Austria, quae est praef. operis Scriptores OSB. Wien 1881) etc. Eae recensentur in Script. O. S. Ben. p. 102 s. et a Lauchert in biogr. Jahrbuch IX (1904), 171.

für alte und junge Seelsorger, Regensburg 1894 ed. 3; *Kath. Erziehungslehre* 1868; conciones et opuscula ascetica etc. — Conradus Kuhn Helvetus, parochus et decanus, frauenfeldensis n. 4. Nov. 1829; † 30. Apr. 1901) collegit *Thurgoviam sacram* 1869—83 t. 3, quibus complectitur historiam parochiarum et monasteriorum illius pagi[1]). — Lud. Rapp Tyrolensis (n. 25. Aug. 1828; † 3. Jun. 1910) diligens topogr. continuavit descriptionem dioec. brixinensis (cf. p. 1678); elaboravit topogr.-histor. Beschreibung *des Generalvikariates Vorarlberg,* 1893 t. 4; *Hexenprozesse* in Tirol 1874; 1891 ed. 2; *Statuten* der ältesten Synode (cognitae) von Brixen im J. 1511, 1878 et redegit ab a. 1863—70. *Kathol. Blätter* aus Tirol.

870. Inter *praesules* illustres hujus periodi praeter tot alios, quorum mentionem jam fecimus, referri debent: Aegidius Johannes Mauri OP. Montis Felisci n. 9. Dec. 1828, prof. theologiae et concionator, post varia in ordine obita munera episcopus raetinus (Rieti 1872), dein (1888) auximanus (Osimo), demum (1893) archiepiscopus ferrariensis et cardinalis († 12. Mart. 1896). Ejus *Lettere pastorali* ed altri scritti, prodierunt Milano 1886; *Scritti varii* ib. 1892 t. 2. — Abel Anast. Germain n. 1. Apr. 1833 natione Gallus parochus erat ecclesiae cathedralis bajocensis et electus est (1876) episcopus constantiensis (Coutances). Ob insigne concionandi talentum saepe invitatus fuit ad habendas laudationes funebres praesulum vel virorum magnorum, unde eae constituunt quasi historiam episcopatus gallici († 12. Nov. 1897). Reliquit et egregias literas pastorales de argumentis quam maxime utilibus[2]). Descripsit *Saint-Michel,* le Mont de S.-Michel (celebrem quondam abbatiam) Paris 1879; 1883 in 12. ed. 2. — Eodem a. (1897) decessit Joannes Maria Bécel n. 1. Aug. 1825, strenuus missionarius per varias Galliae dioeceses, archipresbyter et canonicus venetensis (Vannes), demum episcopus (1866) et eques legionis honoris, cujus supersunt instructiones pastorales, opuscula ascetica, laudationes funebres[1]) etc. — Amandus Jos. Fava Gallus n. 10. Februar 1826 a. 25 transegit in Galliae coloniis africanis dictusque est episcopus s. Petri seu Martinicensis (1871), inde a. 1875 Gratianopolim est translatus. Novies venit ad limina apostolica, quinquies visitavit integram dioecesim, plures ordines et congregationes religiosas induxit in eam subque ejus episcopatu aedificatae fuere ultra centum ecclesiae, 200 restauratae, 270 institutae scholae. Quoquo poterat modo fovebat causam catholicam, stetit pro suo clero inique vexato proque ordinibus injuste expulsis, obstitit usurpationibus gubernii, adeo ut hujus incurrerit non semel censuram, acriter in francomuratores insurrexit, adeo ut dictus fuerit a Leone XIII episcopus militans. Obiit hic praesul industrius, fortis et apostolicus 17. Oct. 1899. Reliquit[2]) plurimas egregias litteras pastorales et sermones; *Jésus-Christ* roi éternel, Paris 1889 t. 2; 1891. — Laur. Schlauch Hungarus n. Neoaradni 27. Mart. 1824, episcopus szathmarinus (1873), dein (1887) magnowaradinus et (1893) cardinalis († 10. Jul. 1902) eloquens erat orator et in magnatum comitiis causam egit catholicam[3]). Promovit operariorum conditionem, hinc scripsit *Die Arbeiter-*

[1]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VI (1901) 203.

[2]) Cf. Polybiblion 1897 II, 543; L'Episcopat pag. 211, ubi literaturam de eo reperies.

[1]) Cf. bene longum catalogum in René Karviler Bio-Bibliogr. bretonne II, 300-8; Polyb. 1897 II, 544; L'Episcopat p. 671.

[2]) Polybiblion 1899 II, 459; L'Episcopat p. 341 s.; 265—69; Raoul Souvenirs d'un jubilé épiscopal, Grenoble 1895.

[3]) Cf. Hdl. II, 1967.

frage, Neunkirchen 1892. *Sermones* ejus prodierunt cur. Bunyitai, Budapest 1890—93 t. 3; hungarice ib. 1899 t. 4 ed. 2. — Adolphus Lud. Alb. Perraud Lugdunensis n. 7. Febr. 1828 congr. Or., et hujus praepositus generalis (1884—1902), historiae ecclesiasticae in Sorbona professor, episcopus augustodunensis (1884) et (1893) cardinalis et socius academiae[1]). Orator erat plane insignis († 10. Febr. 1906). Ejus Oeuvres pastorales et oratoires plane classica collecta prodierunt, Paris 1883—86 t. 4; *Etudes sur l' Irlande* contemporaine, ib. 1852 t. 2; *L' Oratoire de France* au XVII[e] et XVIII[e] siècles 1865; *Le P. Gratry,* ib. 1872; 1900; 1905 ed. 5; *Le Card. de Richelieu,* 1882; *les Erreurs* de M. l' abbé Loisy condamnées par le Saint-Siége, Autun 1904. — Eodem a. (1. Febr. 1906) occubuit in Belgio archiepiscopus mechlinensis et cardinalis Petrus Lamb. Goossens n. 18. Jul. 1827, antea professor in seminario mechliniensi et episcopus namurcensis (1883—84). Potens erat orator, qui institutionem publicam et scholas plurimum promovit. Scripta ejus collecta prodierunt t. 3.

871. His addantur alii historici, qui opera historica saepe erudita reliquerunt ut Henr. Reinhardt Olteni in Helvetia n. 10. Dec. 1855 († 6. Dec. 1906) laicus, sagax historicus et historiae professor in universitate friburgensi, qui cooperante Fr. Steffens collega ed. *Die Nuntiatur von Giov. Fr. Bonhomini* (1579-81) Dokumente 1. Bd. Aktenstücke zur Vorgeschichte der Nuntiatur (1570-79). Die Nuntiaturberichte Bonhominis und seine Korrespondenz mit C. Borromeo aus dem J. 1579 in op. Nuntiaturberichte aus der Schweiz seit dem Conzil von Trient. 1. Abth. Solothurn 1906, opus accuratum magna diligentia concinnatum[1]). — Mauritius Kerker Mergentheimensis (n. 8. Febr. 1825; † 3. Nov. 1900) rector seminarii ludimagistrorum et scholarchus, qui praeter biographias *John Fisher,* Tübingen 1860; *Olier* 1861; *Wilhelm der Selige* (Hirschaugiensis) ib. 1863, *Reg. Pole,* Freiburg 1874, plurimas inseruit notitias biographicas foliis et operibus literariis. Nonnulla edidit sub nomine M. Clerici[2]). — Maciej Zagloba Smolénski Polonus († c. 1900). — F. Clarke SJ. Anglus, qui spretis mundi blandimentis fidem amplexus est cath. (1869) et ingressus Societatem Jesu († 1900). — Steph. Jac. Neher[3]) Ebnati in Würtemberg (n. 24. Jul. 1829; † 7. Oct. 1902) parochus composuit *Kirchliche Geographie und Statistik* 1864—68 t. 3, opus suo tempore utile; *Die Bination* nach ihrer geschichtl. Entwickelung u. nach dem heutigen Rechte, Regensburg 1874; *Conspectus hierarchiae cath.* in toto orbe terrarum, ib. 1795, tabellae admodum utiles; *Der Missionsverein* oder das Werk der Glaubensverbreitung, seine Gründung und Wirksamkeit, Freiburg 1894; *Vera idea* ornatus ecclesiastici, Schaffhausen 1860; *Altare privilegiatum,* 1861, praktische Abhandlung über den Ablass des privilegierten Altars, plures articulos (232) etiam prolixos inseruit ed. 2. Lex. eccl. — Fr. Xav. Rondina SJ. Fanensis (n. 28. Febr. 1827; † 28. Febr. 1897), qui scholas in imperio sinensi et in Brasilia rexerat operamque suam contulit ad ed. Civiltà cattolica[4]), tractavit q. *La S. Casa* di Maria in Loretto, la sua storia, i suoi misteri, Romae 1889; 1894 ed. 3. *La donna cristiana* nella familia e nella società. Avvertimenti ed Istruzioni, Romae 1894

[1]) Cf. Kirchl. Handl. 1408.

[1]) Cf. Büchi hist. Jahrbuch XI (1906), 153—57.

[2]) Cf. Lauchert Biographisches Jahrb. V (1900) 301.

[3]) Cf. Lauchert ib. VII (1902), 332.

[4]) Cf. Sommervogel IX, 816 ss.

in 32. etc. — De historia Galliae sec. praesertim XIII. admodum sollicitus fuit Albertus Lecoy de La Marche n. 1839 laicus, archivarius in archivo nationali, historiae professor in instituto catholico parisiensi (1877—80), qui strenue stetit pro causa religionis, propter quod et incommoda est passus († 22. Febr. 1897). Inter plura ejusdem opera [1]) huc spectant: *De l' autorité de Grégoire de Tours.* Etude critique sur le texte de l' Histoire des Francs, Paris 1861 in 8; *Histoire de l' histoire,* ib. 1862; *La chaire française* au moyen âge, spécialement au XIII^e siècle, d' après les manuscrits contemporains, opus ab academia coronatum, vere eximium, ib. 1868 in 8. *Vie de J.-Christ* composée au XV^e siècle d'après Ludolphe le Chartreux, texte rapproché du français moderne, ib. 1869—72 in 4; *Saint Louis,* son gouvernement et sa politique, Tours 1887; *Le XIII^e siècle littéraire* et scientifique, Bruges 1888; *La guerre aux erreurs historiques,* Lille 1891 in 18; *La Peinture religieuse,* Bruxellis 1892 in 4; Vie de s. Martin év. de Tours, Tours 1895. Inseruit quoque articulos fasc. literariis; illustravit, collegit ediditque *opera* Sugeri, Paris 1868. — Paulus Fabre n. 3. Dec. 1859 historicus et historiae professor († 20. Febr. 1899) paravit editionem criticam *libri censuum* Ecclesiae romanae, cujus fasc. 1. de patrimoniis rom. Ecclesiae usque ad aetatem Carolinorum prodiit Lille 1892; cum Müntz describit *La Bibliothèque du Vatican* au XV^e siècle d'après des documents inédits, Paris 1888. Cum Goyau et Pératé edidit: *Le Vatican,* les Papes et la Civilisation, ib. 1895. Inseruit quoque plurimas diss., quae respiciunt praesertim dominium pontificium medio aevo, fasciculis literariis [2]).

872. Aliquot nominemus, qui *de ordinibus* religiosis vel de *monasteriis* scripserint. Lud. Jos. Joan. Leo Gouzot n. 25. Febr. 1827 canonicus archipresbyter cathedralis eccl. petrocoricensis (1870), dictus est episcopus gapensis (1884), translatus (1887) ad archiepiscopatum auxitanum (Auch). Scripsit *Histoire de la Chartreuse de Vauclaire* in 12., quam ipse restauraverat et in quam monachos reduxerat († 20. Aug. 1885). — Lucianus Merlet laicus quidem, a. circa 40 archivarius, Venetensis (n. 4. Jun. 1827; † 20. Jul. 1898) huc referri potest, quod plurium antiquarum abbatiarum chartularia et documenta in lucem protulerit [1]). — Diligens scrutator monasteriorum et locorum antiquorum fuit Jo. Jac. Aegidius Müller n. 26. Jan. 1830 Bergheimii, parochus († 1. Maj. 1898), cujus praeterea sunt [2]) *Anno II.,* der heilige Erzbischof von Cöln ... (1856—75), opus quod modo adhuc pretio non caret; *Das Marterthum* der thebäischen Jungfrauen in Cöln, Cöln 1896. — Plurium parochiarum et monasteriorum fata describit [3]) Nic. Schiapasse genuensis archidioecesis archivarius († 3. Oct. 1899). — Bernardus Appel n. in Bohemia 27. Sept. 1815 Can. reg. s. Augustini in canonia reichersbergensi, bibliothecarius et magister novitiorum, communi confratum suffragio in praepositum fuit electus 30. Maj. 1876. Vitae vere religiosae exemplo sodales aedificavit decessitque 7. Sept. 1899 a. aetatis 84. Scripsit *Geschichte* des reg. lat. Chorherrenstiftes des h. Augustin zu Reichersberg, Linz 1857. — Ejus sodalis et in praepositura successor Conrad Meindl [4]) n. 1844, bibliothecae et archivi praefectus narrat *Die Schicksale* des Stiftes Reichersberg von Antritt der Regierung des Propstes Ambros Kreuzmayr bis zum Tode des Propstes Petrus Schmid

[1]) Cf. Polybiblion 1897 I, 266.
[2]) Cf. Polybiblion 1899, I, 367.

[1]) Cf. Polybiblion 1898 II, 272.
[2]) Cf. O. Schell allg. d. Biogr. 52, 495.
[3]) Cf. Revue Bénéd. 1906 p. 281.
[4]) Cf. de utroque Czerník pag. 193; 199—202.

1770—1882, Passau 1873. Edidit Meindl plurima alia opera et diss. historicas: ita etiam *Leben und Wirken* des Bischofs Fr. J. Rudigier von Linz, Linz 1891. 1892 t. 2. — Plura de s. Floriani canonia publicae luci dedit[1]) Albinus (Eduardus Wilhelm) Czerny CRA. ejusdem sodalis. Sollers et diligens erat bibliothecarius et historiographus, Viennae n. 19. Febr. 1821; academiae scientiarum socius († 7. Jul. 1900). — Canonicus Porée diligenter describit *Histoire de l'abbaye du Bec,* Evreux 1901 t. 2. — Alphonsus J. A. Tielemans Bruxellensis (n. 23. Apr. 1843; † 14. Sept. 1898) bibliothecae univers. lovaniensis addictus (1878—92) luci dedit *Chronique* de la Chartreuse de Louvain depuis sa fondation en 1498 jusqu'à l'a. 1525 in Analectes pour servir à l'hist. ecclés. de la Belgique XIV, 1877. — Bened. Csaplár Sch. p. in Duna-Szerdahely Hungariae urbe n. 1821. Historiae studio adeo inclaruit, ut receptus fuerit in academiam pestinensem († 19. Aug. 1906). Inter alia narrat (1871) historiam ordinis sui per Hungariam[2]). — G. M. F. Bouange protonotarius apostolicus edidit *Histoire de l'abbaye d'Aurillac* précédée de la vie de S. Geraud son fondateur (894—1789), Paris 1899 t. 2. — *Codex diplomaticus cavensis* demum prodiit Mediolani 1874-93 t. 8 in 4. cooperantibus Michaele Morctaldi (cujus etiam est *synopsis* historico-diplomatica monasterii et tabularii cavensis), Mauro Schiani et Sylvano de Stephano OSB. — Praetermittimus Benevenut Stengele OSF. (n. 5. Apr. 1842; † 11. Nov. 1904) in conventu wirceburgensi bibliothecarium et vicarium, qui fasc. plurimos articulos et notitias[3]) de monasteriis et parochiis inseruit, ex quibus prodiit *Linzgovia sacra,* Ueberlingen 1887. — Jo. Baier in seminario wirceburgensi ludimagistrorum magistrum (n. 16. Oct. 1852; † 29. Apr. 1907), qui catechetica edidit, inter quae *Der h. Bruno als Katechet,* 1893, et plurium monasteriorum fata describit. — Rob. Scholten religionis professorem in gymnasio clivensi (n. 30. Apr. 1831; † 30. Jan. 1910), qui aliorum monasteriorum Germaniae scil. inferioris fata narrat et etiam *Eugen IV.* und das Klever Landesbistum[1]), 1884). — Car. Busl parochum († c. 1901), cujus est *Ehemalige Benedictiner-Abtei Weingarten* 1890 ed. 2. — Ernestus Gabr. Hauswirth OSB. Moravus n. 25. Sept. 1818, aliquamdiu theologiae moralis in universitate viennensi professor[2]), abbas monasterii Scotorum (1881; † 4. Mart. 1901) dedit *Abriss einer Geschichte* der Ben. Abtei U. L. F. zu den Schotten in Wien, Wien 1858; et *Urkunden* hujus abbatiae ab a. 1158—1418 in fontibus rerum austr. sect. II. t. 18., ib. 1859. — Jac. Wichner OSB. in monasterio admontensi Graecensis n. 22. Jul. 1825, archivarius et bibliothecarius sagax et diligens[3]), plurium societatum historicarum membrum († 21. Oct. 1903), meruit de suo monasterio in primis opere erudito *Geschichte des Benediktinerstiftes Admont,* Graz 1874—80 t. 4; *Gebhard* Erzb. von Salzburg, Brünn 1900. — Franc. Balme OP. († 25. Febr. 1900) cum sodali Lelaidier collegit *Cartulaire* ou Histoire diplomatique de s. Dominique, Paris 1892—1901 t. 3. Continuavit etiam *Etudes sur les temps primitifs* de l'ordre de S. Dominique auctore Antonino Danzas. — Pius Masetti OP. Fanensis n. 5. Maj. 1816, philosophiae

[1]) Cf. Čzerník p. 122—127; Lauchert biogr. Jahrb. V (1900) 310—12.
[2]) Cf. Polybiblion 1906 II, 375.
[3]) Cf. Lauchert biograph. Jahrb. IX (1904), 209.

[1]) Cf. Kreiter Kath. Lit. Kal. X, 398.
[2]) Cf. Lauchert ib. VI (1901), 145.
[3]) Cf. Kinnast Studien u. Mittheilungen aus dem Ben. O. XXV (1904), 429—440, qui accuratum exhibet ejus scriptorum elenchum; Scriptores OSB. p. 510; Lauchert biogr. Jahrb. VIII (1903), 223.

et theologiae professor, praefectus celebris bibliothecae casanatensis († 17. Mart. 1900) collegit [1]) *Monumenta et antiquitates* veteris disciplinae OP., Romae 1864 t. 2; *Memorie storico-biogr. critiche* del b. Guala vescovo di Brescia, ib. 1868. — Godefr. Madelaine O. Praem. Gallus n. 14. Nov. 1842, in canonia Mondaye prior et electus 10. Oct. 1899 abbas canoniae Frigolet, scripsit inter alia *Essai historique* sur l'Abbaye de Mondaye de l'ordre de Prém., Caen 1874; *Histoire de S. Norbert* etc., Lille 1886; ejusque vitam etiam illustratam edidit, Paris 1900. — Romualdus Schramm O. S. Ben. in monasterio břevnoviensi n. 1833, abbati a secretis, magister novitiorum († 22. Jul. 1902) collegit diligenter *Regesten* zur Geschichte von Břenow-Braunau, quod opus laudatur [2]). — Martinus Kiem OSB. in monasterio Muri—Gries, Algundae in Tiroli, n. 8. Febr. 1829, diu (a. 29) professor erat in gymnasio sarnensi, simul et diligens scrutator archivorum. Revocatus in monasterium dictus est decanus et bibliothecarius (13. Jun. 1903). Multos reliquit fructus suae diligentiae [3]), inter quos *Das Kloster Muri,* quo exhibet Acta murensia; literarum monumenta et epistolas, necrologium hermetisvillanum in Quellen der Schweizergesch. III. sect. 3, Basel 1883; Inneres Leben und Thätigkeit der *Muri-Conventualen* (1684—1776) in Studien und Mitth. aus dem Ben. O. 1885 I, 392; II, 135; 322; *Geschichte der Benediktiner-Abtei Muri-Gries,* Stans 1888—91 t. 2; *Der selige Nikolaus von der Flüe,* Einsiedeln 1881. — Faloci Polignani praeter plures diss. historicas vel archaeologicas [1]) coepit (1886) edere *Miscellanea francescana* di Storia, di lettere, di arti, in quibus vult typis edere quae hunc spectant ordinem. Hinc exhibet jam 1. fasc. Il Catalogo generale dei ministri generali di B. da Bessa; Bibliografie etc. — Hilarius de Barengton Cap. (n. 1864; † 1904) plura ad suum ordinem spectantia scripsit, inter quae *Les Capucins* et la France, Paris 1903.

873. De *missionibus* [2]) multa scripsit Hadr. Launay congr. missionum sodalis (n. 1853), ita in *Histoire générale* de la Société des missions étrangères, Paris 1894 t. 3, verum historiae ecclesiasticae supplementum; *Histoire des Missions de l'Inde,* 1898 t. 4, opus festinanter compilatum, nimis diffusum, documentis onustum, quod neque omnes Indiae miss. respicit, neque ab earum origine, sed nonnisi ab a. 1776, quo suppressa Soc. Jesu eae missiones transierunt sub curam seminarii missionum parisiensis. *Les missionnaires français* au Tonkin, 1900; *Mgr. Retord* et le Tonkin cath. (1831—58), 1893; *Mgr. Verrolles* et la Mission de Mandchoury, 1895; de hac missione pariter scripsit Tours 1905; *Les Bienheureux* de la Soc. des Missions étr. et leurs compagnons, 1900 ed. ut videtur jam 3; *Histoire de la mission* du Thibet 1903 t. 2. Cf. aliud ejusdem opus supra p. 174. — Lud. Eug. Louvet († 1900) describit *Les Missions catholiques* au XIX^e^ siècle, Paris 1894; 1899; *Vie de Mgr. Puginier* évêque de Mauricastre vicaire apost. du Tonkin occidental, Paris 1894; *La Conchin-*

---

[1]) Cf. Handl. II, 872.

[2]) Cf. Studien u. Mittheilungen XXIII (1902), 528. Ea habes ib. III (1882), I, 66-83 et in seqq. fasc. Cf. Scriptores O. S. B. p. 420.

[3]) Cf. Studien u. Mittheilungen XXIV, (1903), 554; Lauchert biogr. Jahrb. VIII (1903), 191 s.

[1]) Cf. Pagliaini II, 37.

[2]) Singulare est opus P. Verdun *Le diable dans la mission,* Paris 1896 t. 2, in quo vere mira refert, quae daemon operatur ad impediendum missionum fructum. Hujus auctoris est etiam *Le diable dans la vie de saints,* ib. 1896 t. 2. Vitas SS. 340 sec. X—XVIII expendit et facta singularia 650 accurate examinat.

chine religieuse [1]) ib. 1885 t. 2. — P. G. Deydon edidit *Bern. Louis Beaulieu* prêtre de la Soc. Missions étr. mort pour la foi en Corée (8. Mart. 1866), Vie et correspondence, Bordeaux 1894. — Fr. Marna vicarius generalis honorarius dioecesis osaciensis (in Japonia) edidit *La Religion* de Jésus resuscitée au Japon dans la seconde moitié du XIX^{e} siècle, Lyon et Paris 1897 t. 2 in 8. — Dionysius Guchen SJ. Gallus (n. 28. Jan. 1822; † 30. Oct. 1895) diu degit in missione madurensi, hinc enatum opus *Cinquante ans au Maduré,* Paris 1888 t. 2 in 8. plurimasque reliquit ep. in variis fasciculis literariis. Courtenay SJ. describit *le Christianisme* à Ceylon, Paris 1900. — A. Monfat Soc. Mariae († 1898) narrat *Les Origines de la foi catholique* dans la Nouvelle-Zélande. Les Mosoris, Lyon 1896. Reliquit et relationem de aliis missionibus ut in Melanesia aliisque insulis et scripta paedagogica [2]). — Henricus Depelchin SJ. Belga (28. Jun. 1822; † 26. Maj. 1900) audax missionarius, qui victis ingentibus difficultatibus condidit missionem zambesianam. Plura de missionibus habes in ejus literis editis [3]) in Précis hist. 1878 ss. et l. *Trois ans dans l'Afrique,* Bruxellis 1882 t. 2. — Jo. B. Paaps Belga, quondam capellanus castrensis pontificius († 1909) redegit aliquamdiu *Annales* des missions de l'Afrique équatoriale. — Jos. Sapeto aliquamdiu congr. s. Laz. Pedemontanus (n. 27. Apr. 1811; † 1895) missionarius in Syria et Aethiopia post reditum in Italiam scripsit *Viaggio et missione cattolica* fra i Mensa, i Bogos e gli Habab con un cenno geografico e storico di Abissinia, Romae 1857 in 8. — Terrien miss. congr. lugd. († 1908) narrat *Douze ans* dans l'Amérique latine, Paris 1904. — Raym. Casgrain n. 1831 professor quebecensis reliquit *Mémoires* sur les missions de la Nouvelle Ecosse (1760—1820), Quebec 1895; *Les Sulpiciens* et les prêtres des missions étrangères, Quebec 1895. — Quibus adde Henr. Havret SJ. († 1901), qui fuse illustrat *La Stèle chrétienne* de Si-ngan-fou, Chan-Hai 1897-1902 pp. 3. P. III. prodiit cura Lud. Cheiko S. J. et complectitur commentaire et pièces justificatives, quae prodit auctoris sagacitatem et vastam eruditionem. — De hoc eodem brevius sed docte disseruit Jo. Ev. Heller SJ. Passaviensis (n. 12. Nov. 1825; † 26. Oct. 1909) in Zeitschr. für kath. Theol. IX (1885) 74—124. — Ant. Pieper quondam celebris historici Janssen amanuensis, professor historiae ecclesiasticae in universitate monasteriensi (n. 20. Mart. 1854; † 24. Dec. 1908) scripsit *Die Propagandakongregation* u. die nordischen Missionen im 17. Jahrhundert, 1886; *Zur Entstehungsgesch.* der ständigen Nuntiaturen, Freiburg 1894, *Päpstl. Legaten und Nuntien* in Deutschland, Frankreich und Spanien seit der Mitte des 16. Jahrh., 1897 p. 1; *Die alte Universität Münster* 1773-1818; 1902; *Die röm. Archive* in Röm. Qtlschr. für christl. Alterthumskunde 1, 80—99; 259—65; *Christenthum,* röm. Kaiserthum u. heidnischer Staat, 1907. — Oswald (Wilhelm) Moosmüller OSB. Aiblingae in Bavaria n. 26. Jan. 1832 adhaesit Bonifatio Wimmer OSB. abbati et conditori congr. benedictinae in Pennsylvania. Strenuus erat operarius et in aliquot monasteriis prioris munere est functus († 10. Jan. 1901). Narrat fata 25 priorum a. monasterii s. Vincentii: *S. Vincenz in Pennsylvanien,* New-York 1873; et edidit *Bonif. Wimmer* Erzabt von St. Vincenz in Penns., ib. 1891; *Europäer in Amerika* vor Columbus [1]), Regensburg

[1]) De hac egisse etiam Lud. Veuillot supra diximus p. 1485.

[2]) Cf. Lorenz VI, 287; XII, 736; XV, 404.

[3]) Cf. Hdl. I, 1074.

[1]) Cf. Lauchert biograph. Jahrbuch VI (1901) 142.

1879 etc. — Praetermittendus non est Jo. Chrysostomus Mitterrutzner Canon. reg. in monasterio neocellensi (Neustift) Tirolensis n. 30. Maj. 1819, gym. brixinensis director, qui quamvis in missionibus non sit versatus sedulus fuit missionum fautor et promotor. Interfuit conc. vaticano ejusdem conc. secretarii Fessler amanuensis († 15. Apr. 1903). Plures callebat linguas orientales, et reliquit [1]) praeter alia biographias virorum illustrium, inter quas Jos. *Kard. Mezzofanti,* der grosse Polyglott, Brixen 1885.

874. Inter hagiographos eminet Jo. Martinov, cujus obitum luxit Soc. J. 1894. Origine erat Russiacus n. 7. Oct. 1821 in civitate Kazan. In universitate petropolitana studiis operam dedit, quibus absolutis praeceptorem egit in domo comitis Schuwalov. Dum iter institueret per Italiam et Galliam incidit in P. de Ravignan, qui eum lucratus est Ecclesiae, quam relicto schismate est ingressus. Mox etiam (18. Sept. 1845) Societati Jesu se addixit et exinde pluribus operibus rem catholicam illustravit [2]). Eorum potiora sunt: *Annus ecclesiasticus graeco-slavicus,* opus plane eximium stupenda eruditione refertum, actorum SS. t. XI. Oct. insertum et Bruxellis 1863 seorsim ed.; R. P. Antonii Le Gaudier S. J. Castrotheodoriciani (III[3], 906) *de perfectione vitae spiritualis* opus posthumum, Parisiis 1856—58 t. 3 in 8; *Specimen ecclesiae ruthenicae* ab origine susceptae fidei ad nostra usque tempora in suis capitibus seu primatibus Russiae cum s. Sede apostolica romana semper unitae per Ignatium Kulczynsky, Tornaci 1859 in 8; *Trifolium serbicum* coronae ss. Cyrilli et Methodii inserendum seu breviarium vitarum patronorum Serbiae ss. Sabae, Sermonis et Simonis, adjecta vita s. Sabae auctore Thomeo Marnovicio, 1863 in 8; *Saulus et Paulus* ruthenae unionis sanguine b. Josaphat transformatus sivo Melitius Smotriscius, archiepisc. hieropolitanus per Jac. Suszam in lucem prolatus, ed. nova emendatior et auctior, Bruxellis 1864 in 8; *Cursus vitae et certamen martyrii b. Josaphat Kuncevicii* archiep. polocensis, calamo J. Susza adumbratum, Parisiis 1864 ed. nova; *Vita Melitii Smotriscii* archiep. hieropolitani auctore Jac. Susza, Bruxellis 1864 ed. nova; brevis enarratio historica *de statu ecclesiae moscoviticae,* auctore P. Bern. Ribera (1733), Parisiis 1874 in 8. ed. nova; *Lituanicarum Soc. J. historiarum ll. X,* auctore Rostowski 1877 in 8; *synodus brestensis* in Lithuania, 1877 in 4; *Recensio actorum et decretorum synodi provincialis fogaracensis II.* celebratae a. D. 1882, 1883 in 4. Inseruit multas diss. actis SS., in primis fasc. Précis historiques, Etudes religieuses et aliis pluribus. — Praetermittimus Car. House SJ. bollandistam († 5. Jan. 1907) et Henrico Samson Guestphalo (n. 1. Sept. 1844; † 18. Nov. 1903), qui scripsit *Die Schutzheiligen,* Paderborn 1889; *Die Heiligen als Kirchenpatrone,* ib. 1892; *Die Allerheiligen-Litanei* geschichtlich, liturgisch und asketisch erklärt, ib. 1894 pluresque libellos et diss. liturgicas, asceticas in foliis literariis [1]). — L. E. Le Bourgeois sacerdos coepit describere *Les Martyrs de Rome* d' après l' histoire et l' archéologie chrétienne, Paris 1897 t. 1., in quo agit de martyribus viae nomentanae et tiburtinae, opus accuratum et eruditum. — Cerf Remensis (n. 1824; † 10. Maj. 1898) canonicus honorarius narrat *Vie des saints* du diocèse de Reims, Reims 1898 t. 2. — Isidorus Moniquet SJ. Gallus (n. 8. Apr. 1834; † 10. Maj. 1896) *Les Saints* de l' Eglise de France. Les Saints de

[1]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VIII (1903), 71—73.

[2]) Cf. Polybiblion 1894 I, 540ss.

[1]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VIII (1903), 248.

l'Archidiocèse de Bordeaux (scil. Fort, Delphin, Amand, Seurin), Paris 1892-94; *Vie de S. Venance M.* d'après les Bollandistes, ib. 1892 etc. — Dionysius Murphy SJ. Hibernus (n. 12. Jan. 1833; † 18. Maj. 1896) studiis se dedit archaeologicis et celticis. Ejus inter alia sunt: *Triumphalia chronologica* monasterii s. Crucis in Hibernia, Dublin 1891, cum versione, notis et illustrationibus; *Our Martyrs:* a Record of those who suffered for the Catholic Faith in Ireland under the Penal Laws, ib. 1896; *The Annals* of Clonmacnoise being the Annals of Ireland from the Earliest Period to A. D. 1408. Translated into English A. D. 1627 by Conell Mageoghagan and now for the first time published, ib. 1896. Edidit et diss. plures archaeologicas et historicas [1]). — Victor Maria Doreau O. Carth. prior in carthusia s. Hugonis (in Anglia) scripsit [2]) *Henry VIII. et les Martyrs* de Londres. Origines du schisme d'Angleterre, Paris 1890 in 8. — Profillet capellanus quondam castrensis (n. 1824) collegit *Le Martyrologe* de l'Eglise du Japon 1549—1649), Paris 1897 t. 3, opus laude dignum; *Les Saints militaires,* martyrologe, vie et notices, ib. 1891 t. 6 in 12. — Car. Clair SJ. Gallus (n. 1835; † 21. Mart. 1899) plurium sanctorum vel virorum illustrium vitas narrat. Splendidam curavit vitam s. Ignatii, Paris 1890, cogitabat fovere et promovere artes christianas: quem in finem instituit et direxit cum aliis societatem s. Joannis. Insuper edidit (praeter alia) *Les Hymnes de l'Eglise.* Texte latin et traduction en vers, ib. 1879; *L'Art dans la liturgie* catholique, ib. 1893; *Les Papes en exil,* Lille 1869 in 12. Partem quoque habuit in redigendis *Etudes religieuses* [1]). — Franc. Plaine OSB. congregat. solesm. (n. 26. Dec. 1833; † 10. Jul. 1900) indefessus erat hagiographus et historiographus suae carae patriae (Bretagne). Ita inter alia edidit *Vie de s. Malo* évêque d'Alet (Saint-Malo), Rennes 1885; *Recherches historiques* sur les origines litteraires de l'ancienne province de Bretagne V^e^—XI^e^ siècle, in Revue hist. de l'Ouest t. V (1889) ss.; seorsim Vannes 1891: Inseruit quoque quam plurimos articulos bibliographicos et notitias literarias fasciculis eruditis [2]). — S. M. Mosnier describit *Les Saints d'Auvergne.* Histoire de tous les personnages de cette province honorés par l'Eglise d'un culte public, Paris (1900) t. 2, fructus studii 15 annorum. — Plurium personarum sanctarum vel piarum vitam describit Nic. Jos. Dabert n. 18. Sept. 1811 congr. S. Sulp., prof. philosophiae, dein theologiae moralis et dogmaticae in seminario vivariensi, et ab a. 1847 vicarius generalis. Anno 1863 designatus est episcopus petrocoricensis. Ter synodum habuit dioecesanam, plures ordines et congregationes in suam induxit dioecesim, ecclesias 58 consecravit aliaque opera in ejusdem utilitatem instituit [2]). Contra vexationes Ecclesiae in Germania adeo fortiter protestatus est, ut Univers, quo ejus protestatio continebatur, quam ne urgente quidem gubernio revocare voluit, per duos menses fuerit suspensum. Magni eum fecit Pius IX, et Leo XIII. pallio eum (1894) honoravit († 28. Febr. 1901). — Joseph Spillmann SJ. Helvetus, Tugiensis n. 22. Apr. 1842, absolutis studiis fere haesit in edit. fasc. lit. *Stimmen* aus M.-Laach et *Die kath. Missionen.* Ex notitiis his insertis prodierunt pulcherrima opuscula lectu dignissima et admodum utilia:

[1]) Cf. Sommervogel IX, 704.

[2]) Ejusdem fere argumenti est opus geminum sodalis Laurentii Hendrik *The London Charterhouse,* its monks and its martyrs 1889.

[1]) Cf. Polybiblion 1898 I, 366.

[2]) Cf. Bibliogr. des Bénéd. de la congr. de France, Paris 1906 p. 131—38; Polybiblion 1900 II, 177.

[3]) Cf. L'Episcopat p. 471 s.

Vom Cap zum Zambesi — Rund um Afrika, durch Asien — Ueber die Südsee — In der neuen Welt — Aus fernen Landen t. 21, quae saepe prodierunt et in varias versa sunt linguas. Ex praeviis libellis, auctis semper studiis, prodiit praestans ejusdem opus *Geschichte der Katholikenverfolguug* in England 1535-1681, Freiburg 1900-1905 t. 5, quorum 1. et 2. prodierunt 1910 ed. 3. Concinnavit et plurimas narrationes amoenas partim veras, partim fictas, quae avidissime legebantur, hinc saepe prodierunt, collectae t. 14 Friburgi 1905 ss. Obiit [1]) inter labores literarios 23. Febr. 1905. — Leo Clugnet Lugdunensis n. 1848, bibliothecarius quondam in universitate lugdunensi concinnavit *Bibliothèque hagiographique orientale*[2]), Parisiis 1902—5 t. 9; et *Dictionnaire* grec-français des noms liturgiques en usage dans l'Eglise grecque, ib. 1895. — Truchet canonicus († 1904) patriam suam Maurienne illustravit variis operibus, inter quae *Histoire hagiologique* du diocèse de Maurienne, Chambery 1867. — Franc. M. Benjamin Richard de la Vergne Nannetensis n. 1. Mart. 1819 Romae doctor theologiae creatus est. Post reditum dictus est dioecesis nannetensis secretarius, dein et vicarius generalis et a. 1871 episcopus bellicensis. Inde datus est archiepiscopo parisiensi Guibert (1875) coadjutor, cui et in sede successit 1886. Purpura ornatus est a Leone XIII. a. 1889. Praesul erat plane illustris[3]), qui difficillimis illis temporibus mansuetudine excelleret et non minus fortitudine († 20. Jan. 1908). Cum esset episcopus bellicensis concinnavit Les *Saints de l'église* de Nantes, Nantes 1873; 1899 ed. 2., opus fidelium aedificationi in primis destinatum, in quo hujus ecclesiae originem apostolicam vel fere apostolicam tuetur. — Guilelmus Hahn SJ. Belga († 10. Dec. 1903) optima intentione critice vitam s. Theresiae cogitavit illustrare op. *Les phénomènes hyst.* et les révélations de T., Bruxellis 1883 (germanice 1886), quod academiae matritensi adeo arrisit, ut illud praemio dignum censuerit, sed romana censura in ll. proh. indicem fuit relatum (1. Dec. 1885).

875. In *archaeologia*[1]) eminet Joan. Bapt. Rossi archaeologorum hujus aevi facile princeps n. Romae 23. Feb. 1822, patris Marchi discipulus, parisiensis academiae inscriptionum et literarum socius, qui cryptas romanas vere illustravit. Vitam enim omnem illis scrutandis consecravit atque quam plurima antiquitatis christianae monumenta e visceribus terrae protulit, descripsit, enarravit: quo in studio ingens ejus eruditio eum plurimum juvit. Hunc in finem condidit (1863) *Bullettino di archeologia cristiana,* quod a. 30 solus redegit. Alia ejusdem opera sunt: *Inscriptiones christianae urbis Romae* septimo seculo anteriores, Romae t. 1. et p. 1. t. 2. 1861—1888; *La Roma sotterranea cristiana*[2]), ib. 1864—77 t. 3; Aperçu général *sur les catacombes de Rome* 1867 in 8; *Musaici delle chiese di Roma* anteriori al secolo XV., ib. 1872-1892 fasc. 25 gallice et italice; *Imagines selectae Deiparae V.* in coeme-

---

[1]) Cf. biographiam ipso dignam auctore Baumgartner Stimmen aus M.-Laach 69 (1905) 1—22.

[2]) Singulorum tomorum conspectum exhibet Lorenz XVIII, 164.

[3]) Cf. k. Handl. II, 1876. Rothais Le Cardinal R. en Vendée, Vannes 1908.

[1]) Jo. Bethune praeclarus archaeologus non tam libris editis innotuit, quam operibus, aedificatis scil. quam plurimis ecclesiis et monasteriis inclaruit, necnon et operibus omnis generis misericordiae nomen suum libro vitae inscripsit († 18. Jun. 1894). Cf. Précis hist. 1894 p. 338 s.

[2]) Tomis 1. et 2. adjecit ipsius frater Mich. Jos. R. († 3. Oct. 1898) duos appendices Analisi; geologica ed architettonica pro operis intelligentia valde utiles. Etsi juri et sismographiae esset addictus operam suam contulit ad scrutanda crypta.

teriis subterraneis udo depictae, ib. 1863 in 4; *Piante iconografiche e prospettiche di Roma* anteriori al sec. XVI., ib. 1879 in f.; *Codicum latinorum bibliothecae vaticanae* (cum Od. Marchetti) t. X—XIII, ib. 1884 in 4; in cujus t. 1. reperitur commentatio de origine, historia, indicibus scrinii et bibliothecae sedis apost.; *la Biblioteca della sede apostolica,* ib. 1884; *Martyrologium Hieronymianum* cum Duchesne inter acta bollandiana (t. 63), 1894, opus eruditissimum. Symbolam uberem contulit ad *Corpus inscriptionum latinarum* consilio et auctoritate academiae literarum regiae borussicae editum, Berolini 1876 s. Aliis quoque fasciculis literariis dissertationes doctas (302) inseruit[1]). Decessit 20. Sept. 1894. — Praecipuus archaeologi de Rossi post Henr. Stevenson (cf. infra) discipulus fuit Marianus Armellini Romae (n. 7. Feb. 1852; † 24. Febr. 1896). Reperit ipse sepulcrum s. Agnetis et coemiterium ostrianum. Edidit *scoperta della cripta di s. Emerenziana* e d'una memoria relativa alla cattedra di s. Pietro nel cimiterio Ostriano, Romae 1877; *Il cimiterio di s. Agnese* sulla via Nomentana, ib. 1880; *Descrizione popolare* degli antichi cimiteri cristiani di Roma, ib. 1884; *Le chiese di Roma* dalle loro origini sino al sec. XVI, ib. 1887; 1891 ed. 2; *Gli antichi cimiteri cristiani* di Roma e d'Italia, ib. 1893; *Scoperta di un antico oratorio* presso la via Appia dedicato all'arcangelo Gabriele ed ai sette dormienti, ib. 1875; *Scoperta* di un antico graffito nel cimiterio di Pretestato sulla via Appia, ib. 1874; *Lezioni popolari* di archeologia christiana, ib. 1883; 1898 cur. Asproni[1]); *das wieder gefundene Oratorium* und Coemiterium der h. Thecla an der via ostiensis in röm. Quartalschr. III (1889), 343—53; IV (1890), 259—72. — Alius de Rossi discipulus fuit Petrus Crostarosa canonicus s. Mariae Maj. et protonotarius apostolicus n. 25. Febr. (juxta alios 13. Mart.) 1836, qui successit illi etiam in munere directoris musei archaeologici christiani († 25. Febr. 1902). Edidit[2]) *Le basiliche cristiane,* Roma 1892. Partes praecipuas habuit in reperiendo coemiterio Majori (Ostrianum) et unus e redactoribus fuit fasc. lit. *Nuovo Bullettino* (scil. archeologico), Cogitaverat exhibere *I Musaici antichi* della basilica di s. Maria Maggiore in Roma: quod morte interveniente ad exitum perducere non potuit, praestitit id Sixtus Scaglia, Roma 1901 in f. — Franciscus Liverani, etsi canonicus basilicae liberianae, protonotarius apostolicus et praelatus domesticus suae Sanctitatis, et capituli sui quondam ornamentum, misere defecit ad novae Italiae patronos et papatus hostes ediditque l. *Il Papato, l'Imperio ed il Regno d'Italia,* Florentiae 1861. Reliquit tamen retractavitque malesanas opiniones et exinde privatam duxit vitam sincerae retractationis testem († 28. Febr. 1894 a. aetatis 72). Scripsit *le catacombe* ed antichità cristiane di Chiusi descritte, Siena 1872.

876. In *Gallia* floruit hoc tempore archaeologiae studium. Praetermisso Jo. Jos. Leandro Bargès Auriolensi (n. 27. Mart. 1810; † 2. Apr. 1896) qui in Sorbonae cathedra successit celebri Glaire eaque inique suppressa totus vixit literis edendisque libris[3]) atque

[1]) Cf. ejus opera diligenter relata in opusc.: Presentazione solenne della medaglia d'oro al commendatore G. B. de Rossi, Romae 1883; Polybiblion 1894 II, 399; Baumgarten Literarische Rundschau 1894, 369; Album G. B. de Rossi, Rom 1892. Insigne encomium auctore de Waal reperies in Kirchenlexikon X, 1303—7.

[1]) Cf. Kirchl. Handlex. I, 338; Polybiblion 1896 I, 270, secundum quod n. est 1845.

[2]) Cf. Hdl. I, 1010.

[3]) Cf. Polybiblion 1896 I, 460.

diss. — plurimum innotuit Xav. Barbier[1]) de Montault n. 1830 praelatus domesticus suae Sanctitatis et historiographus dioec. andegavensis, plurium academiarum socius († 1901), qui praeter opera ad hujus ecclesiae historiam illustrandam plura alia concinnavit: Traité *d' iconographie chrétienne,* Paris 1890 t. 2; *Le costume* et les usages ecclés. selon la tradition romaine, ib. s. a.; tr. liturgique et symbolique *des Agnus Dei,* Romae 1865 ed. 2; tr. pratique *de la construction,* de l' ameublement et de la décoration des églises selon les règles canoniques et les traditions romaines avec un appendice sur le costume ecclés., Paris 1878 t, 2 in 8; Tr. *de la visite pastorale* selon la méthode de Bénoît XIII; *Les Mosaïques* des églises de Ravenne, Bruges, 1897; *le sacré collège* des cardinaux, Paris 1879; *Etude* historique et archéol. *sur l' élection des Papes,* ib. 1875. Coepit edere fasc. periodicos *Antiquités chrétiennes* de Rome du V^e^ au XVI^e^ siècle, Rome 1864; curavit novam auctamque ed. op. *Collection des Décrets authentiques* de ss. congr. romaines, 1872 t. 15 in 12; inseruitque plurimas diss. fasc. literariis. Opera ejus[2]) collecta prodierunt Paris 1889 ss. t. 16. — Edmundus Le Blant laicus Parisiensis n. 18. Aug. 1818, licet muneribus publicis detentus otium, quod illis surripere potuit, studio dedit. Subsidiis gubernii adjutus collegit *Inscriptions chrétiennes* de la Gaule antérieures au VIII^e^ siècle, Paris 1856—65 t. 2 in 4; *Nouveau recueil,* ib. 1892; propter quod opus adscriptus est academiae inscriptionum (1867) et factus director scholae romanae (1883—89). Edidit praeterea *La Question du vase de sang,* Paris 1859 in 8; *Manuel d'épigraphie chrétienne,* ib. 1869 in 12; *les Martyrs chrétiens* et les supplices destructeurs du corps, ib. 1875 in 8; Etudes *sur les sarcophages chrétiennes* antiques de la ville d'Arles, in coll. de documents inédites, ib. 1878 in 4; in qua (ib. 1886) reperies *Les sarcophages chrétiens* de la Gaule; *L' épigraphie chrétienne* en Gaule et en Afrique, ib. 1890 in 8; *Les Persécutions* et les martyrs aux premiers siècles de notre ère, 1893; *Les Actes de martyrs,* supplément aux Acta sincera Ruinartii in Mém. de l'Acad. des inscript. XXX (1883) p. 2 pag. 57—348, quibus sicut et Comptes rendus ejusdem acad. et Revue archéolog. Gazette archéol. aliisque foliis literaris inseruit diss. doctas quamplurimas[1]) — Jo. Mallet professor in seminario sagiensi (Séez) concinnavit *Cours élémentaire d' archéologie religieuse,* Paris 1883; 1898 ed. jam 6. — de Alfredo Largeault († 27. Jun. 1902) sacerdote cf. Polybiblion 1902 II, 182. — Petrus Carolus Armand Loyseau de Grandmaison Pictaviensis n. 23. Mart. 1824 laicus, archivarius († 1903), composuit pro encyclopaedia theologica ed. Migne *Dictionnaire héraldique* et praeter alia *Cours archéologique,* histoire et monuments, Tours 1879 in 8. — Julius M. Suchet n. 8. Jan. 1819 membrum academiae bisuntinae fructus assidui sui studii dispersit per varia folia literaria[2]); agunt fere de ecclesiis particularibus. Edidit quoque *Notices biographiques* et opera pastoralia episcopi Besson (cf. supra p. 1717). Obiit 8. Febr. 1904 a. aetatis 85.

877. Edmundus Henr. Jos. Reusens Belga n. 25. Apr. 1831 histori-

[1]) Alius hujus nominis est Paulus B., cujus exstant *Vie di s. Hilaire* de Poitiers, Paris 1887; *Vie de s. Athanase,* ib. 1888. — Josef B. parochus et socius aliquot academiarum 1831—1910) cum Victore B. edidit *Histoire* de l'abbaye de Floreffe O. Praem., Namur 1880; Histoire de l'abbaye de Malonne CRA., 1894.

[2]) E. Girow: Msr. ... B. de Montault 1910; Polybiblion 1894 I, 42; Lorenz I, 138; V, 77; IX, 83; XII, 81.

[1]) Eas diligenter recenset Polybiblion 1897 II, 172—176.

[2]) Cf. Polybiblion 1904 I, 272.

cus et archaeologus, professor lovaniensis et universitatis bibliothecarius (1859—98) auctor fuit ut in universitate lovaniensi institueretur cathedra archaeologiae christianae et palaeographiae medioevalis. Exhibet *archéologie chrét.,* Lovanii 1871—75, t. 2; 1885—86 ed. 2; inde derivavit *Manuel archéologie chrét.,* à l'usage des séminaires, 1886; *Eléments de paléograph.,* ib. 1899. Cum de Ram edidit [1]) *Analectes* pour servir à l'hist. eccl. de Belgique, 1864 et ss. ad a. 1900 prodierant jam. t. 27 in fasciculis trimestribus, ad quos operam contulerunt alii collegae. *Syntagma doctrinae theologicae* Adriani VI., ib. 1862; *Historia* bb. Martyrum Gorcomiensium a. G. Estio et Hesselio conscripta, quam notis illustravit atque appendice instruxit, ib. 1867. Multas diss. inseruit variis fasc. literariis, quae diligenter recensentur in Université cath. de Louvain, Bibliographie, Louvain 1900 p. 72.; († 24. Dec. 1903). — M. A. Delvigne parochus († 5. Jun. 1910) vicepraeses societatis scientificae bruxellensis plura reliquit opera ad historiam, archeologiam et artem christianam spectantia. — In Germania Henr. Detzel archaeologus n. 8. Jan. 1842 collegit [2]) *Christl. Ikonographie,* Friburgi 1895. 1896 t. 2 cum plurimis imaginibus (saepe jam antiquatis). — Alexander Grillwitzer Cist. in monasterio runensi (Reun) Graecensis n. 30. Oct. 1808, prior et magister novitiorum decoratus insignibus ord. Franc. Josephi († 24. Febr. 1900) multa reliquit opuscula et diss. [3]), inter quae *Die bildlichen Darstellungen* in den römischen Katakomben als Zeugen für die Wahrheit der christkatholischen Lehre cum 78 illustrationibus, Gratz 1876—1888; *Lehre von den Engeln,* 1843; *Segnungen und Weihungen* der k. Kirche nach ihrem Geiste und Inhalte dargestellt, Augsburg 1847; *Abälard,* Arnold von Brescia und der hl. Bernard oder wahre und falsche Fortschritte im Gebiete der Wissenschaft und des öffentlichen Lebens, Graz 1863; *Port. Royal* und Clairvaux oder christl. Freiheit in Lehre und Leben, ib. 1865; *Peter der Ehrwürdige* und der hl. Bernhard, ein Bild dauerhafter Freundschaft, ib. 1868; quae op. constituunt vitam s. Bernardi; *die christliche Religion* verwirft nicht die Liebe zum Schönen in der Natur. ib. 1877 etc. — Josef Führer Monacensis n. 20. Jan. 1858, professor historiae in lyceo dillingano (1897), dein (1898) in bambergensi († 8. Febr. 1903), insignis plane erat archaeologus. Dum literis daret Beiträge *zur Felicitasfrage* 1890 et 1894 coepit diligere studia archaeologica [1]). Ut haec excoleret et promoveret ter in Orientem, Siciliam, Graeciam, Asiam minorem et Africam instituit iter literarium, cujus plures exstitere fructus: *Die altchristlichen Grabstätten* Siciliens, Berlin 1907 etc. — Eodem a. decessit (30. Oct. 1902), Eugenius Müntz Alsata n. 17. Jun. 1845, qui delectabatur archaeologia, hinc membrum electus est scholae gallicae Romae. Factus est conservator bibliothecae et musei bonarum artium Parisiis et professor aestheticae et historiae artis, socius academiae inscriptionum ejusque vicepraeses. Praeter alia scripsit *Les Arts à la cour des Papes* pendant le XV. et le XVI. siècle, 1878—82 t. 3; à la cour des papes Innocent VIII., Alexandre VI., Pie III., (1484—1503), Paris 1898. *Etudes sur l'histoire* de la peinture et de l'iconographie chrétiennes, 1885; *La Bibliothèque* du Vatican au XVI. siècle, 1886; ... au XV. siècle 1887 (cum Paul Fabre), *Etudes bibliographiques* et archéologiques sur le moyen-âge, 1880;

[1]) Cf. Hdl. II, 1753.
[2]) Cf. röm. Qtlschr. IX, (1895), 121 ss.
[3]) Cf. Xenia bernard. III, 281.

[1]) Cf. Specht Gesch. des k. Lyceums Dillingen p. 218.

Histoire de l'art pendant la Renaissance, 1888, opus inchoatum [1]); *Les Antiquités* de la ville de Rome au XIV^e^, XV^e^ et XVI^e^ siècles, topographie, monuments, collections d'après des documents nouveaux, Paris 1887; *La Mosaïque chrétienne* pendant les premiers siècles, ib. 1893 in 8. — Felix Raible parochus († 15. Mart. 1907) post diligentissima studia descripsit *Der Tabernakel einst und jetzt.* Eine hist. und liturgische Darstellung der Andacht zur aufbewahrten Eucharistie, quod ex ejus schedis cum pluribus illustrationibus edidit E. Krebs Friburgi 1908, propter quod opus accuratum et eruditum [2]) ab A. Koch dicitur ‚historiographus tabernaculi'. Jam antea disseruerat *Über Ursprung, Alter und Entwicklung* der Missa praesanctificatorum in Katholik 1901 I, 143—56; 255—66; 363—374. — James Spencer Northcote n. 26. Maj. 1821 pastor quondam anglicanus conversus est ad fidem catholicam (17. Jan. 1846), ordinatus sacerdos, praeses fuit collegii oscottensis (1862) et canonicus birminghamensis († 3. Mart. 1907 a. aetatis 86). Studiis se dedit archaeologicis, quorum fructus fuerunt *The Roman Catacombs,* Londini 1857; germ. interprete A. G. Rose Köln 1857; 1860 ed. 3. quod opus auctum ex de Rossi Roma sotterranea (cooperante Brownlow), inscriptum *Roma sotterranea,* Londini prodiit 1869; 1879 ed. 2. t. 2; *A visit* to the Roman catacombs, ib. 1877; *Mary in the Gospels,* ib. 1867; 1906, *The fourfold* difficulty of the Anglicanism, ib. 1846, in quo varia refert motiva, quae amicos ad conversionem induxerunt. Cum amico suo E. Healy Thompson (de quo cf. p. 1463) ed. *Clifton Tracts* opuscula scil. (78) in utilitatem populi, Londini 1851. — Celeberrimus Aegyptiol. erat Pet. Le Page Renouf Anglus, n. 1822 laicus anglus, qui dum Oxonii studiis incubuit, amplexus est fidem catholicam (1842). A Newman, qui ejus talenta magni faciebat, Dublinium vocatus est, ut in universitate catholica historiam antiquam et linguas orientales doceret. A gubernio constitutus est scholarum inspector et conservator antiquitatum aegyptiacarum et assyriarum. Doctas inseruit diss. foliis literariis. Edidit insuper *The Doctrine of the catholic Church* in England on the Holy Eucharist, 1841 in 8; *The Greek and Anglican communions,* 1847; *The Condemnation of Honorius,* London 1868, quem proh. 14. Dec. 1868, l. impugnarunt A. van Beek et Bottalla; quibus respondit: *The Case of Pope Honorius* reconsidered with reference to recent apologies, ib. 1869; *Lectures on the origin and growth of religion* as illustrated by the religion of ancient Egypt [1]) etc., ib. 1880. Vir erat sat inquieti ingenii († 4. Oct. 1897).

878. Multi symbolas contulerunt ad historiam *literariam* [2]). Isidorus Carini Siculus, bibliothecae vaticanae praefectus († 25. Jan. 1895) quamplurima reliquit [3]) opuscula et diss. de ea deque palaeographia, archaeologia et

[1]) Cf. Vapereau Diction. des contemp., Paris 1893; Picozzi Les. eccl. III, 651; Polybiblion 1902 II, 539.

[2]) Cf. Theol. Quartalschr. Tübingen 91 (1909), 312.

[1]) Cf. Polybiblion 1897 II, 462.

[2]) Marius Sig. Tavagnuti bibliopola compilavit *Kath. theol. Bücherkunde,* Wien 1891 quinque constantem pp. I. Hagiographia ... systematisch nach 45 Materien geordnet; II. Christol. Biographie, scripta recensens de Christo ab 1837—90; III. Mariologische Bibliographie; IV. Die Kanzel scil. Verzeichnis der kath. Predigtliteratur der J. 1862—90; V. Bibliotheca catholica Soc. J. Den bibliogr. Arbeiten, inquit Gla I, 1 p. 5, ... mangelt leider die auf diesem Gebiete unerlässliche Vollständigkeit, Genauigkeit und Zuverlässigkeit, die aus der oft ganz fehlerhaften Zusammenordnung der angeführten Bücher, der falschen Schreibung der Verfassernamen, den häufigen Verwechselungen und anderen Verstössen recht grell in die Augen springt, so dass damit dem Bedürfnisse des gebildeten Theol. in keinem Falle genügt wird.

[3]) Cf. Polybiblion I, 430.

arte critica etc., inter quae et diss. *La versione della Bibbia* in volgare italiano, 1894. — In Gallia Bibliographus literatissimus erat Petrus Gust. Brunet Burdigalensis n. 1807, praeses academiae patriae († 24. Jan. 1896 a. aetatis 89), inter cujus opera plurima[1]) aliqua theologis etiam usui esse possunt. Ita nova ed. *Dictionnaire des ouvrages anonymes* auctore Barbier, et op. *Supercheries littéraires* auctore Quérard Paris 1867—72 t. 7 in 8, cum supplemento ad op. *Manuel du libraire* auctore Brunet (cognomine quidem sed nullo modo cognato) cooperante Deschamps, ib. 1878—80 t. 2. Accedunt *Dictionnaire de bibliologie catholique,* ib. 1860 in collect. ed. Migne; *curiosités théologiques,* 1861 in 12; *La Papesse Jeanne,* sub nomine Philomnestes Junior, 1862 in 12; *La France littéraire* du XV^e^ siècle, 1865 in 8: *Livres perdus.* Essai bibliographique, 1873 in 8. etc. — Multa quoque edidit, quae theologis usui esse possunt, Jo. Barth. Hauréau Parisiensis n. 9. Nov. 1812, vir laicus et politicus, sed assidue bibliothecis et archivis addictus: erat enim bibliothecarius cenomanensis, manuscriptorum custos in bibliotheca nationali, typographiae nationalis director, academiae inscriptionum socius († 30. Apr. 1896). Ex innumeris operibus et diss. huc referri possunt[2]): *Continuatio Galliae christianae* t. XIV-XVI, Paris 1856—65 t. 3 in f., ut alibi diximus; *Histoire de la philosophie scholastique* au IX^e^ siècle, Paris 1837; *De la philosophie scholastique,* ib. 1850 t. 2 in 8. *Histoire* de la philosophie scholastique, ib. 1872—80 t. 3, a Carolo M. et deinceps; *Histoire littéraire* du Maine, Le Mans 1842—52 t. 4 in 8; Paris 1870—77 t. 10 in 12; *Les Oeuvres de Hugues de St. Victor*[3]), essai critique, ib. 1887 in 8. etc. Plurimas quoque reliquit diss. historicas, criticas, bibliographicas etc. in Comptes rendus de l'Acad. des inscriptions, typisque dedit epistolas aliquot rom. pontificum, quas reperit; *Notices et extraits* de quelques msc. lat., 1891—93 t. 6 — Leo Gautier[1]) laicus, vir eruditissimus et strenuus rei catholicae apologeta n. est 8. Aug. 1832 in Havre. Sua eruditione et scriptis meruit munus archivarii archivorum nationalium, cathedram palaeographiae in schola chartarum (Ecole des chartes 1871), ut reciperetur inter socios academiae inscriptionum, magno Goberti praemio donaretur et eques diceretur legionis honoris. Abreptus est morte subita 25. Aug. 1897. Plurima reliquit scripta[2]), ex quibus huc spectant: *Comment faut-il juger le moyen âge,* Paris 1858 in 8: *Essai d'une théorie catholique* sur l'origine du langage, Gand 1858 in 18; Quelques mots *sur l'étude de la paléographie* et de la diplomatique, Paris 1859 ed. 2. in 16. praemissa notitia de chartarum schola; *Bénoît XI*; étude sur la Papauté au commencement du XIV^e^ siècle, ib. 1863; Tours 1876 ed. 2; *Etudes historiques* pour la défense de l'Eglise, Paris 1865; *Les Psaumes,* traduction nouvelle p. 1., ib. 1865; *Les Epopées françaises*; études sur les origines et l'histoire de la littérature nationale, ib. 1865—68 ed. 2., opus ejus praecipuum, quod singulari cura iterum iterumque retractavit; 1878—97 t. 5; *Cours d'histoire* de la poésie latine au moyen âge, ib. 1866; *Questions du jour.* L'infaillibilité devant la raison, la foi et l'histoire, ib. 1870

[1]) Cf. Polybiblion 1898 II, 174.

[2]) Cf. Polybiblion 1896 I, 461 ss.

[3]) *Les origines de la scholastique* et Hugues de s. Victor edidit Parisiis (1896) t. 2 in 8. Mignon theol. prof.

[1]) Alius a M. Julio Gauthier Bisuntino n. 29. Febr. 1848 diligentissimo archivista, qui diligentiam et eruditionem prodidit quam plurimis opusculis et diss. historicis et archaeologicis († 1905). Cf. Polybiblion 1905 II, 541.

[2]) Cf. Polybiblion 1897 II, 270, 458 ss., ubi catalogus bene longus eius operum et diss. exhibetur.

in 18; *Histoire de la charité*[1]), ib. 1874; 1877; *Histoire de la poésie liturgique au moyen âge*[2]). *Les Tropes*, ib. 1886; *La poésie religieuse* dans les cloîtres des XI[e] et XII[e] siècle, 1887; *Etudes historiques*, 1864; *La Littérature catholique* et nationale, Lille 1894; *Etudes* et controverses historiques, Paris 1866 sylloge diss. in foliis publicis editarum; *Portraits* contemporains, ib. 1873; 1880; *Portraits* du XIX[e] siècle, ib. 1894 s. t. 3; *Oeuvres poétiques* d'Adam de S. Victor, précédées d'un essai sur sa vie et ses ouvrages, Le Mans 1858-59 t. 2. Edidit insuper opuscula ascetica, utilia pro operariis, de quorum commodo erat admodum sollicitus et inseruit diss. doctas omnis generis fasciculis literariis. — Carolo Rigault[3]) OSB. congr. solesm. Aurelianensi (n. 8. Jul. 1842; † 7. Nov. 1897) tribui debet *Bibliothèque des écrivains* de la congr. de S. Maur[4]), quam edidit Car. de Lama bibliopola monacensis, Monachii et Parisiis 1882; *Cartulaire des Abbayes* de S.-Pierre de la Couture et de S.-Pierre de Solesmes, Le Mans 1881.

879. Henricus Keiter Paderbornensis, laicus, aliquamdiu bibliopola, qui et folia illustrata redegit (n. 17. Jun. 1823; † 30. Aug. 1899), nominari saltem meret, quia condidit et redegit *Katholischer Literaturkalender* (1881—97); *Kath. Erzähler* der Neuzeit, Paderborn 1880; 1890 ed. 2.; *Zeitgenössische kath. Dichter* Deutschlands, 1884; *Konfessionelle Brunnenvergiftung*, 1896. — Hoc eodem a. (12. Jan. 1898) decessit Bened. (Antonius) Braunmüller OSB. in monasterio mettensi, (n. 12. Mart. 1825) cujus et abbas fuit electus voto unanimi (17. Mart. 1884), examinator prosynodalis et visitator episcopalis scholarum de religione. Ex plurimis scriptis huc referri possunt: *Beiträge zur Gesch. der Bildung* in den 3 ersten Jahrh. des Christentums, Regensburg 1855; *über den Bildungszustand* der Klöster des 4. und 5. Jahrh., Landshut 1856; *Hermann Abt* von Niederaltaich, ib. 1876. Beiträge zur Gesch. von Prüfening 1882. Reihenfolge der Aebte von St. Emeran zu Regensburg 1883 etc. Multas diss. literarias et historicas inseruit fasc. liter., in primis Studien und Mitteilungen[1]) etc. — Leop. Janauschek Ci. in monasterio zwettlensi Brunensis n. 13. Okt. 1827, historiae ecclesiasticae et juris canonici in monasterio s. Crucis professor (1853), post reditum in suum monasterium archivarius, non obstantibus infirmitatibus, quibus premebatur, studiis historicis semper erat intentus († 23. Jul. 1898). Praeter alia edidit *Originum cisterciensium t. 1.*, in quo praemissis congr. domiciliis adjunctis tabulis chronologico-genealogicis veterum abbatiarum a monachis habitatarum fundationes ad antiquissimos fontes primus descripsit, Vindobonae 1877. Cum sodalibus[2]) edidit pretiosa *Xenia Bernar-*

[1]) Hoc argumentum fuse tractat nostro tempore Léon Lallemand in op. erudito et prolixo *Histoire de la charité*, Paris 1902—10 t. 4.

[2]) Cf. Dreves Stimmen aus M.-Laach 34 (88), 477—61.

[3]) Alius ab hoc est est Car. Jos. de Rigault d'Hericault (n. 18. Dec. 1823; † 2. Nov. 1899) laicus literatissimus et ardens catholicus, cujus opera *Les Mères des Saints*, Paris 1894; *Les Amis* de Saints, 1897; *Les grands Saints* de France et leurs Amis, ib. 1899 maxime laudantur. Alia ejusdem opera cf. Polyb. 1900 I, 73 s.

[4]) *Nouveau supplément* à l'histoire littéraire etc. addidit Henr. Wilhelm Colmariensis laicus (n. 1828; † 1899) edidit vero complevitque Bulière, Paris 1908 in 8.

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 47, 211, qui eas diligenter recenset.

[2]) Inter hos praesertim nominandus est Bened. Gsell Viennensis n. 28. Jan. 1823, qui in monasterio s. Crucis docuit literas sacras V. et N. Testamenti, munere etiam functus est magistri novitiorum, a Leone XIII. receptus inter consultores congr. Indulg. et Rel. et cruce aurea pro Ecclesia et Pont. decoratus († 25. Maj. 1901). Plura eruit ex archivis, ut *Cister-*

dina in memoriam VIII. sec. a nativitate s. Bernardi[1]), Viennae 1891 pp. 4. t. 6. Quam plurimas inseruit diss. historicas variis foliis literariis. — Jos. Sax Ampfingae in Bavaria n. 19. Jan. 1844 parochus († 30. Mai 1899) continuavit *Handlexikon der k. Theol.* a Jos. Schäfler coeptum, Regensburg 1881-93 t. 3, opus utile et satis plenum. — In Hispania Franc. Garcia Blano OSA. collegit *La Literatura española* en el siglo XIX, Madrid 1891 t. 1. et forte unicus. — Tamizey de Larroque Gallus n. 30. Dec. 1828 vir admodum eruditus eruditionem suam ostendit innumeris diss. et articulis, quibus folia literaria, Polybiblion in primis et Revue des questions historiques ditavit. Socius fuit academiae inscriptionum et eques legionis honoris, praetor (1860—70; † 1898). *Notes* pour servir à la biographie de Mascaron évêque de Agen (1679—1703) écrites par lui-même et publiées pour la première fois, Paris 1863; *Notes et documents inédits* pour servir à la biographie de Jean de Montluc évêque de Valence († 1579), Auch 1868; *Card. Bichi* év. de Carpentras. Lettres inédites écrites à Peiresc (1632—37), Marseille 1885; *Armand de Pontac* évêque de Bazas; documents, Bordeaux 1884; *Bénédictins méridionaux.* Dom B. de Montfaucon, D. J. Vaissète, Dom J. Pacotte. Documents inédits. Edidit quam plurimas epistolas ineditas virorum illustrium ad Nic. Cl. Fabri de Peiresc virum literatum et suo tempore celeberrimum († 1637). — Accuratissimus bibliographus erat Carolus Sommervogel[1]) SJ. Argentoratensis (n. 8. Jan. 1834; † 4. Maj. 1902) socius et praeses redactionis fasc. Etudes (1868-80). Novam (3) accuravit editionem *Bibliothèque des Ecriv.* de la Comp. de J. t. 9 Parisiis 1890—1900, cujus t. X. adjecit *Table* des Anonymes et pseudonymes; *Dictionnaires* des ouvrages anonymes et pseudonymes publiés de la Comp. de J., Paris 1884 t. 2; *Biblioth. Mariana* de la Comp. de J. ib. 1885; *Moniteur bibliogr.* de la Comp. de J., 1894—1901; *Table méthod.* des mém. du Trevoux[2]), Paris 1864 t. 3. — Jos. Eug. de Uriarte SJ. Hispanus (n. 6. Sept. 1842 in Biscaya, † 20. Sept. 1909) magna sedulitate et stupenda accuratione collegit *Catálogo razonado* de obras anónimas y pseudónimas de autores de la Comp. de Jesús pertenecientes á la antigua Asistencia de España, 1904—1906 t. 3; ed. 4. et t. 5. ut proxime instans promittitur. Manuscriptam reliquit *Biblioteca* de los Escritores de la Comp. de J. de la antigua Asistencia Española (1540-1793) t. 12, cujus impressio pariter promittitur. — Vir de re literaria bene meritus fuit Gaston Lud. Emmanuel du Fresne marchio de Beaucourt, laicus, vir probe catholicus[3]). Natus est Parisiis 7. Juni 1833. Fidelis scholae chartarum alumnus literis erat deditus membrumque consilii societatis pro promovenda Galliae

cienserstift Heiligkreuz in Brunner Cistercienserbuch, Würzburg 1881 p. 52—116; *Verzeichniss* der Handschr. in der Bibl. des Stiftes Heiligenkr. in Xeniis Bern. II, 1, 115—272; *Beiträge* zur Gesch. des St. Heiligenkreuz, ib. III, 35—112 etc. Cf. Lauchert Biogr. Jahrbuch VI (1901) 206, quem cf. (ib. IX, 206) de alio strenuo op. socio scil. de Ottone Grillnberger O. Ci. in monasterio Wilhering bibliothecario et archivario (n. 10. Mart. 1861; † 16. Aug. 1904) multis editis diss. de historia sui monasterii benemerito.

[1]) His adde l. eadem occasione editum a Fr. M. Symphoriano Gaillemin O. C. priore de Altacumba *Status abbatiarum*, prioratuum, monasteriorum, in quibus per universum orbem Deo militant filii aut filiae s. Bernardi a. jubilaeo 1891, quo VIII. recolitur centenarium, Brigantii.

[1]) Cf. Polybiblion 1902 I, 535. Eum juvit in tanto op. Franc. Kieckens SJ. († 1907).

[2]) Cf. Lauchert Biogr. Jahrbuch VII (1902), 290.

[3]) Cf. Polybiblion 1902 II, 271—74 et 458—63, ubi invenies bene longum catalogum operum ejusdem.

historia aliarumque societatum eruditarum. Condidit 1866 *Revue des questions historiques* et cum aliis viris eruditis pro tuenda fide et scientia societatem bibliographicam, cujus perpetuus erat praeses et anima, Polybiblion folium adeo benemeritum, quod omni quo poterat modo juvabat et promovebat, et plura alia instituta et opera literaria in utilitatem scientiae catholicae, quae studia Pius IX. et Leo XIII. datis ad eum literis debita prosequebantur laude. Suo prolixo op. *Histoire de Charles VII*, Paris 1881—91 t. 6 bis ab academia inscriptionum retulit praemium 1882 et 1890. Innumeros habuit sermones vel inseruit articulos, diss., notitias etc. pluribus foliis literariis. Magno bonorum catholicorum luctu decessit 1902. — Engelb. Mühlbacher n. 4. Oct. 1843 ingressus est canoniam s. Floriani. Studiis historicis praesertim temporum Karolingorum se dedit, in quibus excellebat et opera magni pretii condidit. Fuit historiae professor Oeniponte, dein Viennae, socius academiae viennensis et monacensis, membrum directionis centralis Monumentorum Germ. etc. († 17. Jul. 1903). Ad nos spectant[1]) *Die liter. Leistungen* des Stiftes St. Forian, Linz 1874, opus incompletum; 1905 cur. Redlich ed. 2; *Die streitige Papstwahl* des Jahres 1130, Innsbruck 1876. — Fr. Desiderius Doyen Belga, parochus et decanus, canonicus honorarius (n. 1825 †; 1903) sedula diligentia collegit *Bibliographie namuroise*, in qua ab a. 1473 recenset libros Namurci impressos, vel auctorum namurcensium alibi editorum, vel librorum, qui de hac disserunt provincia, Namur 1877—1902 t. 3, in quibus pertingit ad a. 1860.

880. Dietericus Gla n. 6. Dec. 1852 professor religionis in gymnasio dortmundano († 1906) collegit ingenti sedulitate *Repertorium* der katholischen theol. Literatur, welche in Deutschland, Oesterreich und der Schweiz seit 1700 bis zur Gegenwart erschienen ist, cujus tamen tantum t. 1. p. 1. et 2. prodierunt Paderborn 1895—1904 morte auctoris interveniente. Eae complectuntur Methodologiam et Encyclopaediam, Exegesin etc., et Apologeticam. Edidit quoque *Die Originalsprache des Matthäus-Ev.*, Paderborn 1887, quam hebraeam fuisse censet. — Diligentissimus archivorum scrutator fuit Franc. Falk Moguntinus n. 12. Jan. 1840. Ob indefessam solicitudinem et sagacitatem in investigandis antiquitatis monumentis dictus est ab episcopo dioecesis archivarius, ob merita a Leone XIII praelatus domesticus, ob inquisitionis accurationem magna fruebatur apud eruditos auctoritate. Paucis horis ante mortem studiis adhuc tenebatur, sed apoplexi correptus decessit inter 21. et 22. Sept. 1909. Nulla quidem majora reliquit opera, sed innumera opuscula, diss., memorias historicas et literarias fasc. publicis (Katholik praesertim) insertas. Opuscula potiora v. gr. sunt: *Geschichte* des Klosters Lorsch, 1866; *die Kataloge* der vorbonifatianischen Bischöfe von Mainz, 1871; *das heil. Mainz 1877*, coeptum, non continuatum; *die Druckkunst* im Dienste der Kirche, zunächst in Deutschland, Köln 1879; *die deutschen Messauslegungen* von der Mitte des 15. Jahrh. bis 1525, 1889; *Ehrenrettung* des ausgehenden MA. durch nicht-kath. Autoren, 1897; *Bibelstudien*, Bibelhandschriften und Bibeldrucke in Mainz, 1901; *die Bibel* am Ausgange des MA., 1905; *Die Ehe* am Ausgang des MA., 1908 etc. Reliquit et multa opuscula ascetica[1]). — Theodorus Wiedemann Bavarus (n. 20. Aug. 1823; † 9. Maji 1901) post actam animarum curam variis in dioecesibus etiam in Brasilia, philosophiae

[1]) Cf. ejus op. et diss. Černík p. 160—64; Ottenthal biogr. Jahrb. VIII (1903), 344—49.

[1]) Cf. Katholik 1909 II, 312.

et theologiae doctor totum se dedit redigendis foliis literariis ut Vienna *Kath. Literaturzeitung* et ab a. 1862—74 Oesterr. Vierteljahresschr. für kath. Theologie, et etiam foliis politicis et componendis libris historicis, qui ab accuratione et diligenti archivorum usu laudantur. Inter hos huc spectant *Otto v. Freysingen* nach s. Leben und Wirken, Freising 1848, Passau 1849; *Altmann* Bischof von Passau, Augsburg 1851; *Joh. Turmair* genannt Aventinus Geschichtschreiber des bayrischen Volkes, Freising 1858; *Dr. Joh. Eck* († 1543), Regensburg 1865; *Geschichte der Reformation* und Gegenreformation im Lande unter der Enns, Prag 1876—86 t. 5; *die religiöse Bewegung* in Oberösterreich und Salzburg bei Beginn des 19. Jahrh., Innsbruck 1890; *die Nekrologien* des Domstiftes Salzburg, Wien 1863. Suppeditavit etiam *urkundliche Beiträge* zur Geschichte der Diöcese St. Pölten in fasc. Hippolytus a. 1860—64; *Beiträge* zur Geschichte des Bist. Wiener-Neustadt in multis art. in österr. Vierteljahrschr. f. k. Th. ab a. 1864-73; *Beiträge* zur neuesten Gesch. der Wiener Universität, ib. IV (1865), 257—330 etc. Innumeros articulos, notitias, diss. in variis collectionibus vel fasc. literariis inseruit, qui eum produnt auctorem admodum laboriosum[1]).

881. Vir si quis unquam literatissimus erat Alex. Baumgartner SJ. Natus est in civitate S. Galli 27. Jun. 1841 patre, qui supremo pagi munere fungebatur et magna fruebatur apud concives cath. auctoritate: nam laudabili prudentia et fortitudine eorum gerebat causam. Absolutis studiis theologicis totum se immersit studio literaturae, cujus eximii prodierunt fructus, articuli et recensiones in Stimmen aus M. Laach, quarum diligens erat a. 36 adjutor, et in aliis foliis vel operibus literariis, encomia virorum illustrium, praesertim poetarum celebrium, Longfellow, Calderon, van den Vondel etc., necnon opera accurata, ut *Lessings religiöser Entwicklungsgang*, Ein Beitrag zur Gesch. des modernen Gedankens, Freiburg 1877; *Erinnerungen* an Bischof Dr. Greith, ib. 1884; *Goethe* Leben u. Werke, ib. 1885 t. 3 ed. 3. in melius retr. cur. A. Stockmann (1911). 2., opus accuratum et solidum, quod utique cultoribus illius poetae ultra omne fas deditis non arrisit; *Gallus Jac. Baumgartner*, 1892, biographia scil. sui patris; *Dr. Martin Luther*, ein Charakterbild, zum Lutherjubiläum, subnomine Jac. Wohlgemuth, Trier 1883; *Reisebilder* aus Schottland, ib. 1884; *Island* und die Faröer, ib. 1889; *Nordische Fahrten*. Durch Skandinavien nach St. Petersburg, ib. 1890, libri lectu digni et utiles. Demum se accinxit ad opus vere giganteum *Geschichte der Weltliteratur*, Freiburg 1897 ss. t. 6, quorum 1—4 prodierunt 1905 ed. 4. Disserit in eo ex ordine de literatura Asiae, de literatura graeca et latina, gallica et itala. Huic operi immortuus est 5. Sept. 1910. Parum ante mortem ediderat adhuc *Die Stellung* der deutschen Katholiken, libellus utilis pro componenda controversia, quae eo tempore orta est inter literatos catholicos. Erat Baumgartner insignis quoque poeta suique talenti plurima edidit specimina: unde salutari potuit poëta catholicus. Praetermittimus tot alios libellos ad literas praesertim humaniores spectantes, quos reliquit[1]). — Coronidis loco quosdam subjiciemus, quos nominasse prorsus decet. Hermann Streber filius Fr. Streber, de quo supra p. 1344 egimus, qui magnam habuit partem in editione Lexici eccl. altera, quam mul-

[1]) Cf. Lauchert biogr. Jahrb. VI (1901), 204—6.

[1]) Cf. encomium lectu dignissimum auctore O. Pfülf in Stimmen aus M.-Laach 79, 349—72.

tis accuratis locupletavit articulis († 9. Aug. 1898). — Guil. Kreiten SJ. (n. 21. Jun. 1847; † 6. Jun. 1902) sagax criticus, poëta insignis, in literatura profana praesertim, versatissimus. Inter tot opera (cf. Stimmen aus Maria L. LXIII (1902), 1 ss.; Hdl. II, 495; Gla 1, II passim) est et illud magni momenti *Voltaire*. Ein Beitrag zur Entstehungsgeschichte des Liberalismus, Freiburg 1878 pp. 2; 1884 ed. 2. aucta.

V. Theologia practica.

882. Hac aetate decessit Leo XIII. alter pontifex, qui annos Petri vidit. Ante dictus est comes Joachim Vincentius Pecci n. Carpineti 2. Mart. 1810. Absolutis studiis mox dictus est delegatus beneventanus (1838), quam ditionem a latronibus purgavit. Inde translatus est munere legati Spoletum et Perusium, postea dictus archiepiscopus missus est nuncius in Belgium. Revocatus factus est episcopus perusinus gregemque suum prudentissime rexit et a seditionibus, quae varias turbabant tunc ditiones, praeservavit [1]). Gregorius XVI eum cardinalem designavit (1846), sed in pectore reservavit, et nonnisi a. 1853 a Pio IX. solemniter promulgatus est, et a. 1877 constitutus Camerlengus s. rom. Ecclesiae. Defuncto Pio IX. jam in tertia suffragatione electus est pontifex 20. Febr. 1878. Pontifex magna praestitit splendoremque pontificatus plurimum auxit, adeo ut vel Ecclesiae adversariis si minus venerationi, admirationi esset; missiones fovit, adeo ut 248 archiepiscopatus vel episcopatus novos, et 48 vicariatus vel praefecturas apostolicas instituerit. De studio philosophiae et theologiae juxta s. Thomae principia erat sollicitus [2]), literas encyclicas stilo classico conscriptas ad fidelium omnis conditionis instructionem emisit [3]), ut plures encomium a pseudo-Malachia ei tributum ‚lumen de coelo' eventu comprobatum censuerint. Aperuit archiva vaticana in eruditorum commodum; pro tuenda s. Scriptura adversus rationalistarum impugnationes instituit commissionem biblicam (1902). Insignis quoque erat poëta et carmina vel senex composuit. Ejus *epistolae* encyclicae prodierunt sex collectionibus latine et germanice 1878—1904; *Allocutiones*, epistolae et constitutiones, Brugis 1878—1900 t. 7; *Discorsi*, Romae 1882; *Acta Leonis* papae, Parisiis 1885—93 t. 6; *Conventiones* de rebus ecclesiasticis, Romae 1878—93 t. 14; *Atti di Leone XIII.* riuniti . . , e presentati in italiano con opportune divisioni di materia, titoli etc.... dai Sac. F. Veglia et G. Ferrari, Torino 1909; Parisiis 1893—1903 t. 6 in 16. Decessit [1]) tantus pontifex in bona senectute a. 94 aetatis 20. Jul. 1903.

879. Magna sunt merita de *jure canonico* in Germania Friderici Henr. Theodorici Huberti Vering Liesbornensis n. 9 Mart. 1833, juris canonici professoris pragensis. Concinnavit *Lehrbuch* des kath., orientalischen und protestantischen Kirchenrechts, Freiburg 1874 (in theol. Bibliothek); 1892 ed. 3; sed praecipue meruit ed. *Archiv für kath. Kirchenrecht*, quod redegit ab a. 1862 (1860). Ipse enim unus e praecipuis canonistis fuit etsi laicus, qui tempore turbarum conc. vaticani non

[1]) Cf. Scelta di atti apostolici del Card. G. Pecci, Rom 1879.

[2]) Cf. J. V. de Groot Leo XIII. und der h. Thomas von A., 1897.

[3]) Albertus Die socialpolitische Bedeutung Leo's XIII., 1888.

[1]) Cf. Hdl. II, 620 ss. ubi plurimae de eo recensentur biographiae, quas conscripserunt Galland 1893 ed. 2; Schneider 1903 etc. Polybiblion 1903 II, 178 ss.

nutavit, ut tot alii, sed strenue stetit pro juribus Ecclesiae, hinc male habitus fuit a collegis. Inseruit quoque articulos et diss. fasc. literariis, praesertim pretiosas notitias de juris canonici literatura Literarischer Handweiser a. 1876—80. Decessit magni factus a viris probe catholicis, quorum fruebatur familiaritate [1]), 30. Mart. 1896. — Eodem mense (26. Mart. 1896) decessit alius laicus, vir vere catholicus et eruditus optimae spei morte praematura abreptus Adolfus Bruder Hallae n. in Tiroli, qui nepotes ex fratre imp. Franc. Josephi in scientiis politicis instituit. Fuit custos bibliothecae universitatis oenipontanae. Sub auspiciis societatis quae a Görres nomen habet (Görresgesellschaft), concinnavit accuratum et bonum *Staatslexicon,* Freiburg 1887 ss. t. 5, quod propter suam utilitatem retractatum typis iterum fuit datum 1908-12 ed. 3. — Guilelmus Sanfelice ex nobilissima ducum di Acquavella stirpe natus est 18. (al. 13) Apr. 1838 et juvenis 18 a. ingressus est ord. s. Bened. in monasterio cavensi. Theologiam aliquamdiu docuit et decanum egit, vicarium gen. dioecesis et examinatorem prosynodalem. A Leone XIII. 1878, dictus est archiepiscopus neapolitanus et 1896 creatus cardinalis, qua occasione a pontifice intuitu ejus obsequii cholera infectis exhibiti salutatus est ‚verus caritatis apostolus'. Et revera in pluribus casibus tristibus inexhausta liberalitate et paterna benevolentia suis aderat ovibus, ut mirum non sit populum occasione ejus mortis (3. Jan. 1897) prorupisse in verba, mortuum esse angelum, verum fuisse sanctum. Reliquit opus inscriptum [2]): *Fundamenta juris canonici* vid. de jurisprudentia, de legislatione et de sanctione canonica seu de regulis, de principiis et de poenis canonicis, interjecta collatione cum regulis et legibus juris civilis, Neapoli 1878 t. 3. — Ejus in sede archiepiscopali successor Vincentius Maria Sarnelli pariter Neapolitanus 5. Apr. 1835, prius (1879) episcopus stabianus (Castellamar di Stabia), mox tamen post electionem gregi suo ereptus (2. Jan. 1898) reliquit praeter alia *Studii di preparazione* ad un corso di diritto publico eccl. — Frid. Bernh. Christ. Maassen Wismarii n. 24. Sept. 1823, ad fidem cathol. est conversus (1851). Jus romanum can. docuit Oeniponte, Graecii et Viennae. Definitione edita in conc. vaticano de infallibilitate pontificia, aliquamdiu adhaesit ejusdem adversariis. Ad saniora rediens sensa pedem retraxit (1882; † 9. Apr. 1900). Consiliarius erat aulicus, membrum tribunalis caesarei et academiae scientiarum. Edidit *Geschichte der Quellen* und der Literatur des kanonischen Rechts im Abendl. bis zum Ausgang des MA., 1870 t. 1, opus collaudatum, sed non absolutum; *Das Primat des Bischofs von Rom* und die ältesten Patriarchalkirchen . . . zur Erläuterung des 6. Kanons des 1. allg. Konzils von Nicäa, Bonn 1853; *Pseudoisidor-Studien,* Wien 1885 pp. 2; *Concilia* aevi merovingici 1893; *Paucapalea* Beiträge zur Literaturgesch. des MA., 1897 etc. — Phil. Schneider [1]) n. 8. Oct. 1840 Miltenbergae juris canonici in lyceo ratisb. professor, consultor (1904) s. congregationis pro eccles. legibus in unum redigendis († 25. Aug. 1906), tradit *Die Lehre von den Kirchenrechtsquellen,* Regensburg 1890; 1892; *fontes* juris ecclesiastici novissimi, ib. 1895; *die*

[1]) Cf. Heiner in notitia praemissa t. 76 (1896) Archiv.

[2]) Cf. Studien und Mittheilungen aus dem Ben. O. XVIII (1897) 361—64.

[1]) Alius ab eo est Fridericus Schneider ejus Ratisbonae collega, exegesis professor n. Sulzbacii 1852 († 1908). De utroque cf. Schenz p. 295 ss. — Alius quoque est Guil. Schneider de quo p. 1897 egimus; Frid. Car. Guil. Schneider professor fuit moguntinus, canonicus, praelatus pontificius et protonotarius, insignis archaeologus (n. 6. Aug. 1826; † 21. Sept. 1909).

bischöfl. Domkapitel, ihre Entwicklung und rechtliche Stellung im Organismus der Kirche, Mainz 1885; 1890; *die partikularen Kirchenrechtsquellen* in Deutschland und Oesterreich[1]), 1898; *Die neuen Büchergesetze* der Kirche, Mainz 1900. — Isid. Silbernagl Landshutanus n. 12. Oct. 1831, juris canonici in universitate monacensi professor († 6. Apr. 1904) composuit *Lehrbuch des kath. Kirchenrechts* opus accuratum et locuples, Regensburg 1880; 1903 ed. 4; *Verfassung* und gegenwärtiger Bestand sämmtlicher Kirchen des Orients, 1865. opus suo tempore utile, sed non amplius sufficiens; 1904 ed. 2. cura Schnitzer; *Jo. Trithemius* 1868; 1885; *Das Eherecht* nach den Gesetzen der griechischen Kirche, München 1862; *Der Buddhismus* nach s. Entstehung, Fortbildung und Verbreitung, München 1891 in 8; 1903 ed. 2., opus nunc non omnibus absolutum numeris[2]). — Felix Cavagnis n. 13. Jan. 1841 Bordognae philosophiae quondam et juris canonici professor, in eo ita excelluit, ut a Leone XIII. creatus fuerit cardinalis (1901; † 28. Dec. 1906). Ejus *institutiones* juris publici ecclesiastici, Romae 1882—83 t. 3, prodierunt[3]) quarta vice ib. 1906. — *Lehrbuch* des k. Kirchenrechts Caroli Gross professoris juris in univ. viennensi prodiit post auctoris mortem (20. Febr. 1906) Wien 1911, ed. 6. sed novus editor curam non habuit recentioris literaturae, hinc ejusdem pretium scientificum est imminutum. — De Luca SJ. professor juris canonici Romae in universitate gregoriana, membrum congregationis pro codificatione juris canonici († 1905), reliquit *institutiones juris publici ecclesiastici.* — Clarum meruit nomen Simon Aichner in oppido Tirolis Terenten n. 10. Oct. 1816, juris canonici professor in seminario brixinensi, cujus diu fuit optimus regens. Electus est in episcopum brixinensem (1884) atque dioecesim exemplar omnis virtutis rexit ad a. 1904, quo sedi suae renunciavit. Obiit magno gregis luctu 1. Nov. 1910 senex a. 94. Composuit professor *Compendium* juris ecclesiastici, 1862; 1895 ed. 6. per seminaria Austriae satis vulgatum. — Ad usum seminariorum concinnavit etiam Ant. Bonal congr. s. Sulp. († 1904 a. aetatis 78) *Institutiones canonicas,* Paris 1896 t. 2, ed. 3. Opus tamen stili elegantia non se commendat neque ed. caret mendis. Ediderat jam antea *Théologie ascétique.* — Ita et A. Tilloy (n. 1824) edidit *Traité théorique et pratique* du droit can., ib. a. (1904) t. 2 ed. 2. — C. Lombardi *Juris canonici privati institutiones,* quas tradidit in scholis pontificii seminarii romani, Romae 1901 t. 3 ed. 2. — Ch. Makée exaravit ad usum seminariorum et in gratiam clericorum, qui Romam se conferunt ad gradus academicos consequendos, *Institutiones* juris ecclesiastici tum publici tum privati, Parisiis 1897. — Henr. M. Pezzani exposuit in seminario vaticano *codicem* s. cath. rom. Ecclesiae, Romae 1893. 1896 pp. 2 t. 3, quo in op. quodammodo codificare vult universum jus canonicum exhibens decisiones authenticas, quas commentario et annotationibus illustrat. — A. Pillet presbyter dioecesis camberiensis, juris can. prof. in facultate catholica insulensi in articulos distribuit jus canonicum generale, Paris 1890. *Les Martyrs d' Afrique.* Histoire de s. Perpétue et de ses compagnons, Lille 1885. Cf. p. 1772. — Eug. Grandclaude phil. quondam et theologiae professor († 24. Febr. 1900) composuit

[1]) *Beiträge* zur Gesch. des deutschen Kirchenrechts dedit Jos. Jul. Alex. Herm. Hüffer Monasteriensis, juris professor in universitate bonnensi n. 24. Mart. 1830; († 15. Mart. 1905), qui plurima alia edidit opera historica, quae huc non spectant. Cf. Keiter k. Lit. Kal. VII (1905), 137; in primis Hermann biogr. Jahrb. X (1805), 210—2.

[2]) Cf. Hdl. II, 2091.

[3]) Cf. Polybiblion 1907 I, 269.

jus canonicum juxta ordinem decretalium, Parisiis 1882—83 t. 3 in 8; *Les Principes de 89* et le Concile, ib. 1870; *La Question biblique* d'après une nouvelle école d'apologistes chrétiens, ib. 1893 in 16. Condidit fasc. literarios *Canoniste contemporain* etc. — Ingentem *Cours complet de Droit canonique* coepit Parisiis 1896 typis tradere B. Duballet, cujus jam plures prodierunt t., ita ipso auctore praeambula juris canonici t. 1. Parisis 1901. Traité des paroisses et des curés t. 2 ib. 1900. 1901 (t. VII. VIII); Tr. *des conseils de fabrique,* ib. 1896 t. 2 (t. XIII). R. Bassibey illi inseruit *Procédure* matrimoniale générale, ib. 1899; *Le Mariage* devant les tribunaux ecclés., ib. 1899; *des sentences* ex informata conscientia, ib. 1894.

883. Quosdam saltem nominemus qui argumenta magis specialia tractarunt. — Franc. Quirinus Kober n. est in Warthausen 6. Mart. 1821. Absolutis studiis mox repetentis munere in convictu theologico tübingensi functus est atque docuit jus canonicum, paedagogicam, didacticam et exegesim (1848), easdemque disciplinas tradidit dein professor in facultate theologica tübingana († 25. Jan. 1897). Edidit [1]) *Der Kirchenbann* 1857; 1863; *Die Suspension* der Kirchendiener, 1862; *Die Deposition u. Degradation,* 1867, opera solida, clara, stilo conscripta nitido, in quibus rationem habet historiae. Reliqua quae spectant poenas vindicativas et medicinales doctis diss. exposuit, quas inseruit fasciculis tubing., in quorum redactione a. 40 fere sedit, vel Archiv f. k. Kirchenrecht vel Kirchenlex. Disseruit quoque *de Beryllo Bostrensi* in theol. Qtlschr. 1848 p. 57—95; 1853 p. 535—590 *de juribus vicariorum generalium; über den Einfluss* der Kirche und ihrer Gesetzgebung auf Gesittung, Humanität und Zivilisation im MA. ib. 1858 p. 443—94; *Die Residenzpflicht* der Kirchendiener bei feindlichen Verfolgungen und ansteckenden Krankheiten 1882 p. 3—85 etc. — Fr. Jac. Scheuffgen n. 18. Nov. 1842; † 20. Mart. 1907) praepositus capituli trevirensis inter alia edidit *Die Hierarchie* in der kath. Kirche Münster 1897, ein Nachschlagebuch; *Beiträge* zur Geschichte des grossen Schismas, Freiburg 1889 etc. — Vir potens sermone et opere fuit Herm. Jos. Schmitz n. 16. Maj. 1841 Coloniensis. Oeniponti studiis operam dedit et doctor theologiae est creatus. Sacerdos ordinatus (1866) suadente de Geissel archiepiscopo Romam se contulit, ut se in jure canonico excoleret, in quo et lauream promeruit. Post reditum parochum egit Crefeldiae ingenti fructu illius magnae parochiae. Electus est 1894 episcopus auxiliaris coloniensis († 21. Aug. 1899). Opera caritatis in proximum plurimum fovit, catholicorum conventibus diligenter interfuit, causam catholicam eloquenter promovit, opera quoque docta reliquit [1]), inter quae eminet *Die Bussbücher* und die Bussdisciplin der Kirche, Mainz 1883 t. 1; Düsseldorf 1898 t. 2., cum quo op. cohaerent plurimae dissertationes in Arch. f. k. Kirchenrecht, Katholik, hist. Jahrbuch, in quo habes Gross-Siegelbewahrer *Prof. Dr. J. G. Kaufmans* und die Universität Köln während ihrer letzten 50 J. XV (1894) 1—50. Reliquit et conciones, ut *Tobias* ein Vorbild für die Katholiken der Gegenwart, Mainz 1892; 1904 ed. 3. *Die acht Seligkeiten* des Christenthums und die Versprechungen der Socialdemokratie, Gladbach 1891; Cöln 1900 ed. 3; *der Prophet Elias,* seine Sendung zur Belebung des Glaubens, Cöln 1897; 1898 ed. 2; *David* der Mann der Hoffnung auf Gott, ib. 1899; *gegen den Strom.* Erwägungen und Rathschläge für christl. Jungfrauen, Einsiedeln 1901; 1902

[1]) Cf. Sägmüller theol. Quartalschr. 79)1897) 569—79.

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 54, 128 s.

ed. 6. ex ejus schedis cur. G. Hütten; *Gattin und Mutter* im Heidenthum, Judenthum und Christenthum, Bonn 1885 sub nomine Fabricius, Einsiedeln 1895. — Hadr. van Gestel SJ. († 1900) disseruit *de justitia* et lege civili, Groningae 1889; 1896 ed. aucta. — Opus suo tempore sane utile concinnavit Allègre canonicus in Calais n., qui juris civilis jam doctor theologiae Romae se addixit creatusque est doctor theologiae et juris canonici[1]). Literis Parisiis vixit († 1900) typisque dedit *Le code civil* commenté à l'usage du clergé dans ses rapports avec la théologie morale, le droit canon et l'économie politique, Paris 1888 t. 4. — G. Péries composuit libellum utilem *L'Index* Commentaire de la Const. ap. Officiorum et munerum Paris 1898 in 8; *Code de procédure canonique* dans les causes matrimoniales, ib. 1893; La procédure can. *dans les causes disciplinaires* et criminelles[2]), 1890. — Fr. Gomez Salazar (1905) edidit Tr. *de las censuras ecclesiasticas* con la regla á la const. ‚Apostolicae sedis' expedida en 12 de Oct. de 1869, Madrid 1874. — Praelectiones juris regularis edidit Piatus Montensis (Jo. Jos. Loiseaux) n. 8. Aug. 1815. Canonicus quondam tornacensis, qui (1865) fasc. per. Nouvelle Revue théol. fundavit (1869). Ingressus est 1871 O. Cap. et factus provincialis († 21. Apr. 1904). Edidit ad recentissimas leges eccl. redactum; ed. 3. cur. sodalis Victorius ab Appeltern, Paris s. a. (1907). — Nervegna congr. episc. et reg. addictus († 1906) auctor est tr. de *legislatione canonica* ordinum religiosorum. — Ferd. J. Moulart Belga n. 4. Aug. 1832, professor lovaniensis (1862) praelatus domesticus suae Sanctitatis, membrum acad. romanae religionis cath. († 10. Jul. 1904) inter alia edidit *L'Eglise et l'Etat* ou les deux puissances, leur origine, leurs rapports, leurs droits et leurs limites[1]) Lovanii 1877; 1879 ed. 2; 1895 ed. 4; germanice interprete Houben, Mainz 1881. Disseruit quoque *de sepultura et coemeteriis*, ib. 1862 et aliis duobus opusculis; *des fabriques d'églises* et de l'administration de leurs biens, Lovanii autographice a. 1899 jam ed. 9. — Utile est opus Felicis Grimaldi *Les congrégations romaines* guide historique et pratique, Siena 1898. — R. Parayre edidit *La sacrée congr. du concile* Parisiis 1897; *Les Chapelles domestiques* et l'Autel portatif, ib. 1900. — In usum potissimum laicorum exponit Lafarge sacerdos aurelianensis *Le Gouvernement de l'Eglise* ou principes du droit ecclésiastique, Paris 1890 in 8. — Jos. Ant. At n. 1827 narrat *Histoire* du droit canon gallican, Paris 1904. Scripsit praeterea *Le Vrai et le faux* en matière d'autorité et liberté d'après la doctrine du Syllabus, Tours 1874; *Les Apologistes français* au XIX[e] siècle 1898. 1909: espagnols 1910; biographica et alia etc. — Singularem investigationem instituit Jos. Liborius Schmidt juris consultus colmariensis Paderbornae (n. 1. Aug. 1836; † 7. Apr. 1894) in diss. erudita et accurata *Jus primae noctis*, Friburgi 1881; Slaw. Geschichtsquellen zur Streitfrage über das Jus primae noctis 1886. — Car. Lud. Braun juris canonici in seminario fuldensi professor et capituli decanus (n. 21. Oct. 1835; † 16. Febr. 1900) disseruit *de suspensione* ex informata conscientia ob occulta solum crimina inferenda, Wirceburgi 1868. Alias edidit diss. de jur. can. in Arch. juris can.

[1]) Cf. Polybiblion 1900 II, 277.

[2]) Hanc eandem fuse et erudite commentatus est Joseph. Rom. Pennachi, 1898, et alteram ‚Apostolicae sedis', 1883. Diu quoque edidit *Acta apostolicae Sedis.*

[1]) De argumento gemino disseruit ejus collega Henr. van den Berghe (n. 31. Oct. 1848) praeses seminarii brugensis in op. *L'Eglise et L'Etat*, principes qui régissent leurs rapports mutuels, Lovanii 1895. Ejus praelectiones juris canonici autographice tantum t. 3 in 4. prodierunt.

884. In theologia *morali* versatus est Jos. Rappenhöner Neussensis n. 1. Jun. 1850, qui aliquamdiu fuit in Anglia theologiae dogmaticae et exegesis professor, dein (1888) Monasterii apologeticae et theologiae moralis generalis, inde (1891) vocatus est Bonnam ad docendam theologiam dogmaticam († 6. Febr. 1898). Reliquit[1]) *Allgemeine Moraltheologie,* Münster 1891-93 pp. 2; *Die Körperleiden* und Gemüthsbewegungen Christi, Düsseldorf 1878. — Eodem a. (21. Sept. 1898) mortem oppetiit mox ab electione et confirmatione in episcopum rottenburgensem Franc. X. Linsenmann n. Rotvilae 28. Nov. 1835. Munere functus est repetentis in convictu theologico tubingensi et factus theologiae moralis in universitate professor (1867). Canonicus fuit ab a. 1889, rector universitatis (1887-88), a rege nobilitate donatus (1883), in regni comitiis capituli deputatus (1895). Multa scripsit[2]) ad historiam literariam et theologiam dogmaticam et in primis practicam spectantia, quae inseruit fasciculis literariis tubingensibus, et praeterea *Lehrbuch der Moraltheologie,* Freiburg 1878; *Mich. Bajus* und die Grundlegung des Jansenismus, eine dogmengeschichtl. Monographie, Tübingen 1857; *Der ethische Charakter* der Lehre Meister Eckharts, ib. 1873; *Konrad Summenhart.* Ein Culturbild aus den Anfängen der Universität Tübingen, ib. 1877. — Aloysius Sabetti SJ. (1838—98) *Compendium theologiae moralis* a Gury et Ballerini compositum in novam et breviorem formam praecipue pro America septentrionali redegit, ita tamen ut non alienam tantum sed etiam suam sententiam ubique dicat. Neo-Eboraci 1884 ed. 8; 1896 ed. 17; cur. Tim. Barret SJ. 1906 (Lehmkuhl II, 861). — Eduardus Génicot SJ. antwerpiensis (n. 18. Jun. 1856; 21. Febr. 1900) Lovanii theologiae moralis professor edidit[1]) *Theologiae moralis institutiones* claras et solidas, Romae 1897; 1906 ed. 5; collegit et *casus conscientiae,* Lovanii 1901. — Hilarius a Sexten (Gatterer) O. Cap. Tirolensis (n. 15. Dec. 1839; † 20. Oct. 1900) theol. lector[2]) et suae provinciae praepositus pariter *compendium* concinnavit theol. moralis t. 2, quod est anthologia quaedam ex maxime probatis scriptoribus, Merani 1889; tr. pastoralem *de sacramentis,* 1895, et *de censuris* et irregularitatibus, Moguntiae 1898. — Victorius Constantini typis dedit *Institutiones* theologiae moralis, Romae 1881—83 tomulis 3. — Ant. J. J. F. Haine Antwerpiensis (n. 26. Sept. 1825; † 11. Nov. 1900) prof. hon. lovaniensis, praelatus domesticus suae Sanctitatis et membrum academiae romanae religionis catholicae exhibet *Principia dogmatico-moralia* universae theologiae sacramentalis, Lovanii 1875; *theologiae moralis elementa* ex s. Thoma aliisque probatis doctoribus, Lovanii 1881—84 t. 4 in 12; 1894 ed. 3; 1899 ed. 4; *synopsin* S. R. E. cardinalium congregationum, ib. 1857; *de la Cour romaine* sous le Pontificat de N. S. le Pape Pie IX., ib. 1859—61 t. 2; *de hyperdulia* ejusque fundamento, ib. 1864; *Principia et errores* seu prolegomena in s. theologiam ad syllabum et vaticanam synodum exacta. Accedunt 1. notitia ordine alphabetico digesta praecipuorum haereticorum, et schismaticorum ab Ecclesia damnato-

[1]) Cf. Lauchert allg. deutsche Biogr. LIII, 205.

[2]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 52, 2 ss.; A. Koch Bischof Dr. Fr. Xav. v. Linsenmann Theol. Quartalschrift 81 (1899), 375—96.

[1]) Cf. Hdlex. 1, 1638.

[1]) Alius ab eo est Hilarius Parisiensis n. 1831 aliquamdiu sodalis (ad a. 1894), dein tertii ord. s. Franc., qui plura scripsit (c. 30) ascetica, historica, theologica. Coepit opus grande *Theologia Universa,* sed ex t. 15 prodierunt tantum Lugduni 1868—71 t. 3. Misere periit in Tiberi flumine 18. Jul. 1904. Cf. Handl. I, 1968. Cf. supra p. 1524.

rum; 2. conspectus totius Summae theologiae s. Thomae A., ib. 1877 in 8. — Thomas Jos. Bouquillon Belga (n. 16. Apr. 1840; † 5. Nov. 1902), theologiae moralis prof. Brugis, Insulis, demum in universitate washingtonensi concinnavit egregias *institutiones theologiae moralis fundamentalis,* Brugis 1873; 1890 ed. 2 longe amplior; *de virtutibus theologicis* ib. 1875; 1890 ed. 2; *de virtute religionis,* ib. 1880 t. 2; *L'éducation,* Baltimore 1892 t. 3. — Jo. Ev. Pruner Norimbergensis n. 25. Febr. 1825 alumnus collegii germanici professor erat theologiae pastoralis et regens seminarii eistettensis, vir vere apostolicus, indefessus in promovendis missionibus et exercitiis spiritualibus et dirigendis unionibus sacerdotalibus. Factus est canonicus (1869), parochus cathedralis et capituli praepositus (1891; † 11. Jul. 1907). Edidit *Katholische Moraltheologie,* Friburgi 1875; 1902 t. 2; *Pastoraltheologie* 1900 t. 2; 1904 ed. 4; *Lehre vom Rechte* und der Gerechtigkeit 1857 t. 2; *Verwaltung* des h. Busssacramentes bei Missionen, Augsburg 1888, propter quae opera juxta Lehmkuhl inter recentis aetatis scriptores celebriores numeratur. Edidit et opuscula ascetica et diss. in fasc. literariis [1]). — Bened. Nepefny Bavarus (n. 21. Mart. 1835; † c. 1910) praeter alia reliquit *Die siebenfache Gnadenquelle* 1900; *Das katholische Priesterthum,* 1901 etc. — Engelbert Hofele Württembergensis parochus, praelatus domesticus suae Sanctitatis (n. 15. Jan. 1836; † 9. Sept. 1902) pias fovebat peregrinationes, Lauretum, Assisium, Romam et in terram sanctam. Redegit etiam (1882 — 94) *Rottenburger Pastoralblatt,* et *Dioecesan-Archiv* von Schwaben [2]) etc.

[1]) Cf. Kirchliches Handlexikon II, 1622.

[2]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VII (1902), 307.

885. De argumentis specialibus egerunt [1]) Henr. Feije professor theologiae dogmaticae in academia lovaniensi, Leonis XIII. praelatus domesticus, Amstelodamensis n. 19. Nov. 1820, quem Pius IX. Romam acciverat consultorem concilii vaticani et deputationis pro disciplina ecclesiastica secretarium [2]). Reliquit diss. canonicam *de matrimoniis mixtis,* Lovanii 1847; *de nuptiarum benedictione: ἀπόκρισις* ad virum ex. Ant. J. Binterim, Amstelodami 1848; *de impedimentis et dispensationibus matrimonialibus,* Lovanii 1867; 1884 ed. 3. aucta; 1893 ed. 4. Plurimas quoque inseruit diss. variis fasciculis literariis. Ejus *praelectiones juris canonici* t. 10 in 4. typis non prodierunt, sed autographice tantum exstant († 24. Maj. 1894). — Franc. Jos. Stein Amorbacensis, Bavarus n. 4. Apr. 1832, theologiae moralis et pastoralis in univ. wirceburgensi professor, episcopus wirceburgensis (1878), translatus ad sedem monacensem (1897; † 4. Maj. 1909) edidit [3]) *hist.-kritische Darstellung* der pathologischen Moralprincipien, Würzburg 1871; 1879 ed. 2; *Studien* über die rationalen Moralprincipien, 1875; *Eusebius von Cäsarea,* 1859; Studien *über die Hesychasten* des 14. Jahrh., 1873 etc. — *De conscientia* disputavit Reginaldus Beaudoin O. Praed. studiorum regens per ordinis provinciam in Gallia († 1907). Prodiit hic tract. posthumus cura A. Gardeil sodalis Tournai 1911.

[1]) De Leon. Gaudé C. SS. Red. († 14. Aug. 1910), qui optimam coeperat operum moralium S. Alphonsi L. editionem Romae, locuti supra sumus p. 540. Disseruit ipse *de morali systemate* s. Alphonsi M. de Ligorio, 1891. — Hujus sancti vitam narrat (gallice) Berthe Congr. SS. Red. († 22. Nov. 1907), Paris 1900 t. 2. De aliis ll. hujus auctoris cf. Polybiblion 1807 II, 543.

[2]) Cf. Kirchl. Handl. II, 2200.

[3]) Cf. Moulart Eloge funèbre de Mons. H. J. Feije, Lovanii 1894; Univ. cath. de Louv., Louvain 1900 p. 59 s.

886. Theologiam *pastoralem* tradunt Jos. Giese[1]) praelatus domesticus suae Sanctitatis (n. 10. Sept. 1827; † 18. Aug. 1894), qui redegit *Münsterisches Pastoralblatt* (ab 1863—70); edidit quoque *Erörterung* der Streitfrage über den Gebrauch der Azyma als Elemente der h. Eucharistie, München 1852. — Jo. Jos. Bernard parochus († 29. Mart. 1895) edidit suppresso nomine *Instructions* d'un curé de campagne t. 4, sed ed. 3. Parisiis prodiit jam t. 12. — Plures quaestiones, quae huc referri possunt, tractavit Valentinus Steccanella SJ. Veronensis n. 14. Febr. 1819, qui diu redegit *Civiltà cattolica* (1862-81; 1894-97), fuitque praepositus provinciae ord. venetae († 12. Maj. 1897). Ejus inter alia sunt: *Il clero* negli attuali rivolgimenti politici, Venetiis 1862 in 12; *delle elezioni popolari* nella Chiesa. Discussione storica, canonica, pratica, Prato 1878 in 16; *del Comunismo.* Esame critico filosofico et politico, Romae 1882 in 8; plures diss. cum oeconomia sociali, communismo, causa operariorum connexae in Civiltà cattolica[2]). Adversus novam doctrinam *de necessitate unanimis episcoporum consensus* theol. disquisitio, Romae 1870, etiam italice etc. — Symbolam utilissimam ad theologiam pastoralem contulit Carol. Capellmann doctor alioquin medicinae Aquisgranensis (n. 1. Jul. 1841; † 8. Mart. 1898) suo opere *Pastoralmedizin* 1877; 1893 ed. jam 9; Aachen 1910 ed. 10. retractata et aucta cur. W. Bergmann; disseruit quoque *de occisione foetus,* 1875; *Facultative Sterilität,* 1883; 1890. — J. Georgius Ratzinger Bavarus n. 3. Apr. 1844, etsi sacerdos vitae politicae immersus membrum erat parlamenti tam bavari quam germanici, folia publica redegit vel articulis ditavit († 3. Dec. 1899). Praetermissis aliis ejusdem scriptis, quae huc non spectant, commendantur[1]): *Geschichte der kirchl. Armenpflege,* qua promeruit doctoratum in theologia 1855; 1884 ed. prorsus retractata; *Die Volkswirtschaft* in ihren sittlichen Grundlagen, 1881; 1895 ed. retractata. — Andreas Gassner (n. 1. Oct. 1819; † 27. Mart. 1902) theologiae professor in facultate theologica salisburgensi, cubicularius pontificius, vir admodum pius[2]), ab a. 1861—84 redegit *Salzburger Kirchenblatt;* composuit *Ausführlicher Unterricht* über die Ehe für Brautleute und Verehlichte, Schaffhausen 1853; Regensburg 1901 ed. 4; Handbuch der Pastoral, Salzburg 1867—70 t. 2; 1881. — Anselmus Ricker OSB. Montis Pann. n. Posonii 10. Mart. 1824 diu concionator ad Scottos Viennae (1872—85) designatus est theol. pastoralis prof. in universitate viennensi auctore card. Rauscher (1872). Electus est rector magnificus 1881 († 29. Dec. 1902). Plura reliquit[3]) ut *Der Syllabus* ein Triumph der Wahrheit über den Irrthum dargestellt in 14 Fastenbetr., Viennae, 1867; et alias conciones; *Die Verwaltung des Busssacramentes,* ib. 1873; *Leitfaden der Pastoraltheologie,* ib. 1878 ed. 2; *Pastoralpsychiatrie,* 1894 ed. 3; *Theorie der Katechetik,*

[1]) Alius ab eo est Bernardus Gieser Wittembergae n. 1816, prius pastor, dein germano-catholicus, criminis laesae majestatis factus est reus et ad carceres damnatus. Fidem catholicam cum uxore est amplexus 15. Apr. 1854, vixitque dein Monasterii piis edendis libellis intentus († 18. Apr. 1873). Cf. Rassmann I, 125; II, 74; Rosenthal I, 847—52. — Praetermitti hic non debet liber clero nostra praesertim aetate valde utilis scil. P. Caulet *L'Avocat du clergé,* Paris s. a. (1897). — Petrus Funcke professor theologiae pastoralis monasteriensis n. 30. Dec. 1829; † 1899) diu redegit *Pastoralblatt* dioecesis monasteriensis.

[2]) Cf. Sommervogel IX, 860 s.

[1]) Cf. Lud. Fränkel allg. d. Biogr. 53, 215—18.

[2]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VII (1902), 266.

[3]) Script. OSB. p. 374 s.; Hdl. II, 1773.

1893 ed. 4; *Perikopensystem* in den ersten 6 Jahrh., ib. 1892. — Wilhelm Cramer [1]) Westphalus n. 3. Mart. 1815, decanus Dülmensis, regens seminarii et canonicus monasteriensis, demum episcopus auxiliaris (1852; † 15. Mart. 1903). Inter multa alia praesertim ascetica saepius edita scripsit *Die christliche Mutter,* Dülmen 1899 ed. 28; *Der christliche Vater* ib. 1897 ed. 8; *Der apost. Seelsorger,* Dülmen 1893 ed. 3; *Die christl. Lehrerin,* ib. 1895 ed. 4.; *Der grosse Tag* (i. e. prima communio) 1897 ed. 20; *Die ersten Jahre* im Lehrberufe, 1898 etc. — Portais canonicus titularis andegavensis († 1903) praeter alia edidit *La Doctrine catholique* exposée d'une manière simple, méthodique, complète à l'usage des collèges, des pensionnats, des catéchismes de persévérance, des communautés religieuses et des familles chrétiennes. Paris 1887 t. 2 in 8. — Guilemus Stang patria Badensis n. 1854 vicerector seminarii lovaniensis pro Americanis, episcopus riverormensis (Fall-River 1904; † 2. Febr. 1907), unus ex doctioribus Americae praelatus, primus forte lingua anglica pro americanis scripsit *Pastoral Theology,* Bruxellis 1897; *The Life of M. Luther,* et egregiam diss. de eodem in American Ecclesiastical Review [2]).

887. Lud. Rom. Ernestus Isoard n. est S. Quintini 19. Jul. 1820. Auditor Rotae fuit a. 1866; dictus 1879 episc. anneciensis. Strenuus erat ovium pastor, fortis in propugnandis Ecclesiae juribus, tuendis scholis christianis. Bis propterea delatus est ad tribunal politicum et damnatus († 3. Aug. 1901). Plura scripsit stilo claro et forti [1]), inter quae *La Vie chrétienne,* Paris 1871 in 12; *de la prédication,* ce qu'elle est et ce qu'elle doit être, ib. 1887 ed. 2; *Le Mariage,* Conférences, ib. 1880; *Le Clergé* et la science moderne, Paris 1864 in 8; *Le Sacerdoce,* Conférences, ib. 1878 t. 2 in 12; *le Système* du moins possible etc., Annecy 1895 in 12. etc. *Oeuvres past.,* ib. t. 3 etc. — Collationes plures habuit de argumentis pastoralibus Regis Planeix canonicus honorarius et superior missionariorum dioecesis claromontanae († 1910); etiam *Divinité de l' Eglise,* Paris 1896; 1902; *Constitution* de l'Eglise; *l' Apostolat laïque* dans les temps présents; sa nécessité, ses moyens, Paris 1890 in 12. — Caj. Augustinus Riboldi n. 18. Febr. 1839, episc. papiensis (1877), a Leone XIII. cardinalis creatus (1901) et Ravennam translatus, ubi mox 25. Apr. 1902 decessit, quaedam reliquit opera pastoralia [2]). — Steph. Ant. Alfr. Lelong Cabillonensis n. 3. Dec. 1834, episcopo a secretis et vicarius generalis (1867), demum (1877) episcopus nivernensis, jurium suorum tenax defensor († 16. Nov. 1904), collegit [3]) synodos dioecesanas ab a. 1878—1903, Nivernis 1903; *Statuts diocésains,* Nevers 1898-1900 t. 2; *Le Bon Pasteur,* ib. 1905 ed. 12; *Le Saint Prêtre,* ib. 1902. — Joan. Bapt. Scalabrini n. 6. Jul. 1839, episcopus placentinus (1876), qui solicitissime reformavit suam dioecesim, quam visitavit vicies et quinquies, et bis (1901 et 1904) transiit in Americam ad invisendos Italos emigratos. Maximam habuit curam de tradendo catechismo ovibus suis, unde dictus est a Pio IX. ‚catechismi apost.' Condidit plura folia pia in utilitatem

[1]) Cf. Hdl. I, 1030. — Alius ab eo est Wilh. Cramer parochus, cujus prodiit libellus utilis *Die kath. Wahrheit* gegenüber den Einwürfen ihrer Gegner, Paderborn 1897 in 12. ed. 2.

[2]) Cf. Revue des Sciences phil. et theol. I (1907), 393.

[1]) Cf. L'Episcopat p. 66 s.; Polybiblion 1901 II, 274 s.

[2]) Cf. Molteni Less. ecclesiastiche IV, 507.

[3]) L' Episcopat p. 409.

fidelium, s. Thomae vertit Summam italice et plura opuscula pastoralia [1]) emisit in lucem († 2. Jun. 1905). — Franc. Beringer SJ. Moguntinus diu congr. indulgentiarum consultor († 23. Jan. 1909) omnium utilitati consuluit ed. op. a P. Maurel gallice coepti, a P. Schneider germanice retractati, quod ipse continuavit: *Die Ablässe,* ihr Wesen und Gebrauch, Paderborn 1906 ed. jam 13. Ea collectio a congr. Ind. declarata fuit authentica (cf. supra p. 1854). Continuavit pariter collectionem a P. Schneider coeptam *Decreta authentica* s. Congr. Ind. et Rel., 1885, quae et ipsa declarata fuit authentica. Partem habuit in ed. Summae philosophicae Cosmae Alamanni (cf. III³, 643) et opp. Silv. Mauri.

888. *Casus* proponunt et solvunt praeter tot alios Mauritius Matharan SJ. Gallus (n. 26. Mart. 1832; † 7. Aug. 1894), theologiae dogmaticae et moralis professor, in op. valde practico: *Casus de matrimonio* fere 500, quibus applicat et per quos explicat sua *Asserta moralia* circa eandem materiam (quae ediderat Uclesii 1885; 1887 ib.; Paris 1890 ed. 3, pariter valde practica), compendium clarum theologiae moralis, Parisiis 1893; et saepe dein editum. Inseruit diss. *de abortu et embryotomia* fasc. Etudes t. XVI et XVII. — Josephus Weiss CRA. in canonia s. Floriani n. 15. Sept. 1840 post curam animarum vocatus est (1873) in monasterium, ut doceret sodales theologiam moralem († 16. Mart. 1899). Magnam partem habuit in redigendis fasc. literariis linciensibus, quos industria et solertia sua plurimum promovit et solutione multorum casuum ditavit [2]), hinc admodum utiles reddidit.

889. In *paedagogia,* cui nostra aetate specialis cura impenditur, emicuit Herm. Rolfus n. 24. Maj. 1821, Friburgi in Brisgovia, parochus († 27. Oct. 1896): quam ut promoveret, edidit cum Pfister (cf. supra p. 1813) *Süddeutsches kath. Schulwochenblatt* 1861—67; in primis *Realencyclopädie* des Erziehungs- und Unterrichtswesens nach kath. Prinzipien, 1863—66 t. 4; 1871—74 cum supplemento 1884, vel a protestantibus collaudatum, est enim opus vere solidum, accuratum, spiritu irenico animatum [1]); *Glaubens- und Sittenlehre* der kath. Kirche, 1876 etc.; *Geschichte* des Reiches Gottes auf Erden, 1878—80; 1894 ed. 3; *Der Grund des kath. Glaubens,* Mainz 1862. — Egregia monita paedagogica tradit Lud. Baunard n. 1828, rector quondam facultatum catholicarum in universitate insulensi in collectione suorum sermonum et instructionum [2]), quam inscripsit *Dieu dans l' Ecole,* Paris 1888—91 t. 2; *Le Général de Sonis* d'après ses papiers etc. 1890; *Le Card. Lavigerie,* 1896 t. 2. supra p. 1992. — Item et Jo. Bern. Krier, rector Convictus puerorum Luxemburgi, vicar. gen. et cubicularius pontificius secretus (n. 13. Mart. 1835; † 4. Mart. 1900) in libellis *Beruf* ib. 1883; 1899 ed. 3; *Studium* u. Privatlektüre, Freiburg 1881; 1904 ed. 4; *Höflichkeit* 1888; 1904 ed. 6; *Geist des Convikts,* 1889. Descripsit *Springprocession* zum Grabe des h. Willibrord, 1871; etiam gallice 1879, et hujus sancti vitam, Luxemburg 1876 ed. 3. — Ernestus Jul. M. Allain n. 23. Apr. 1847, mathesis professor archiv. dioecesanus, can. honorarius (1886) et 1895 parochus († 9. Jan. 1902) sollicitus fuit de instructione publica: hinc scripsit *L' Instruction primaire* avant la Révolution, Paris 1870 in 32; . . . *d' après les travaux récents* et des docu-

[1]) Cf. Revue des Sciences phil. et theol. I (1907), 393.

[2]) Hos diligenter rec. Černík p. 153 ss.

[1]) Cf. Literar. Handw. 40 (1902), 227. Kirchl. Hdl. II, 1805; Keller ejus scripsit vitam 1894.

[2]) Canonicus Hézard scripsit Histoire du catéchisme depuis la naissance de l' Eglise jusqu' à nos jours, Paris 1900.

ments inédits, 1881 in 12; *La Question* d'enseignement en 1789 d'après les cahiers, ib. 1886, opus ab academia praemio coronatum; *L'Eglise* et l'Enseignement populaire sous l'ancien régime, ib. 1901. Juvit quoque folia literaria et notitias de libris suppeditavit fol. Polybiblion [1]). *Archevêché de Bordeaux.* Inventaire sommaire des archives antérieures à 1790, Bordeaux 1893 opus accuratum et utile pro hist. hujus dioecesis. — Henricus Baumgartner Tugiensis (n. 24. Maj. 1846; † 13. Oct. 1904) plurimum meruit de instructione populari, nam plura reliquit opera paedag. admodum utilia ut *Pädagogik* für Lehrer, 1885; 1902 ed. 4; *Methodik* für Lehrer, 1890 ed. 2; *Geschichte der Pädagogik,* 1903 ed. 4; redegit cum aliis Pädagogische Blätter, Zug 1893 etc. — Rud. Hassmann Feldkirchii n. 6. Apr. 1847, professor in seminario ludimagistrorum († 1898) scripsit *Erziehungslehre* für katholische Lehrer- und Lehrerinnen-Bildungsanstalten, 1902 ed. 3; *Unterrichtslehre* für Lehrer- u. Lehrerinnen-Bildungsanstalten, 1902 ed. 2. — Ita et Virgilius Grimmich O. S. Ben. in monasterio cremifanensi Bohemus, n. 13. Nov. 1861, professor philosophiae et paedagogicae in universitate viennensi, dein theologiae moralis in pragensi († 14. Aug. 1903), qui et curavit ed. 10—12 op. Ign. Schüch (pag. 1805) *Handbuch der Pastoraltheologie,* Innsbruck 1896. 1899. 1902. — Cl. August. Funke seminarii director, philosophiae doctor (n. 28. Apr. 1843; † 31. Jul. 1909) edit *Grundzüge* der Geschichte der Pädagogik, 1885; 1890 ed. 2. — Jo. Bern. Endres Trevirensis (n. 20. Aug. 1828; † 23. Apr. 1908), canonicus (1884) et 1891 seminarii trevirensis regens, edidit sub nomine Iren. Themistor *Die Bildung und Erziehung der Geistlichen* nach kath. Grundsätzen und nach den Maigesetzen 1884; 1904 ed. 3. — Alius ab eo est Ad. Josephus Endris Rüdesheimii n. 10. Jun. 1846 († a. 1911), cujus plura exstant opera paedagogica et de oeconomia sociali, quae recensentur in Keiter Kath. Literaturkal. X (1910), 94. — Conradus Ernesti Westphalus magister (n. 16. Mart. 1851; † 17. Jun. 1910) praeter paedagogica dedit *Anleitung* zur geistlichen Beredsamkeit, Regensburg 1881; *Die Kirche* in ihrem Liede, ihren Festen, ihrem Opfer, ib. 1881. — Franc. Xav. Kunz Helvetus director seminarii ludimagistrorum, canonicus lucernensis et pontificius cubicularius secretus (n. 9. Febr. 1847; † 17. Maj. 1910) redegit die Bibliothek der kath. Pädagogik ab a. 1888 pluraque reliquit opera paedagogica [1]). Alios paedagogos, quorum jam ingens est numerus praetermittimus.

890. Diligens et eruditus in Germania *liturgus* fuit Ferd. Probst, Ehingae in regno Württemberg n. 28. Mart. 1816. Post curam animarum vocatus est ad universitatem wratislaviensem pro theologiae pastoralis cathedra. Rector electus est universitatis (1889—90), receptus in capitulum, cujus demum fuit praepositus; a Leo XIII. praelatis adnumeratus domesticis. Obiit a. 84 aetatis 26. Dec. 1899. Innumera sunt quae literis consignavit [2]): potiora tantum indicabimus: *Die sogenannte Reformation* und die wirkliche Reformation. Ein Beitrag zur 300jähr. Jubelfeier der allg. Kirchenversammlung von Trient am 13. Dec. 1845. Nebst einem Anhange: Kurzer Ueberblick über die Unterscheidungslehren der Katholiken u. Protestanten, Mainz 1845; *Katholische Moraltheologie*

---

[1]) Cf. Polybiblion 1900 I, 172.

[2]) Cf. Lauchert biograph. Jahrbuch IX (1904), 208.

[1]) Cf. Keiter Katholischer Literaturkal. X, 245.

[2]) Cf. Lauchert allg. deutsche Biogr. 53, 124—26.

Tübingen 1848—50 t. 2; 1853 ed. 2; *Verwaltung* der hochh. Eucharistie, ib. 1853; 1857 ed. divisa in 2 t.; *Brevier und Breviergebet* [1]), ib. 1854; *Exequien,* ib. 1856; *Kirchliche Benedictionen* und ihre Verwaltung [2]), ib. 1857; *Liturgie* der 3 ersten christl. Jahrhunderte, ib. 1871; *Sacramente* und Sacramentalien in den 3 ersten christl. Jahrhunderten, ib. 1872; *Kirchliche Disciplin* in den 3 ersten christlichen Jahrhunderten, ib. 1873; *Katechese* und Predigt von Anfang des 4. bis zum Ende des 6. Jahrhunderts, Breslau 1884; Lehre *vom liturg. Gebete,* ib. 1885; 1892; *Gesch. der kath. Katechese,* ib. 1886; *Die ältesten röm. Sacramentarien* und Ordines, Münster 1892; *Liturgie* des 4. J. und deren Reform, ib. 1893; *Die abendländische Messe* vom 5.—8. Jahrh., ib. 1896; *Verwaltung* des hohenpriesterlichen Amtes, Breslau 1881; 1885 ed. 2; *Theorie* der Seelsorge, ib. 1883; 1885; *Kath. Pastoraltheologie,* Münster 1898 fasc. 1: quae opera plena sunt repertoria eruditionis liturgicae, etsi in nonnullis jam antiquata. Accedunt eruditae diss. in foliis literariis ut *Origenes* über die Eucharistie (theol. Qtlschr. Tübingen 1864 p. 449—534); *über den kath. Gottesdienst,* ib. 646—719; Lehre des Clemens von Alex. *über die Eucharistie,* ib. 1868 p. 203 ss.; descriptiones liturgiarum antiquarum etc. — Nicolaus Nilles SJ. Luxemburgensis natus est 21. Jun. 1828. Studia absolvit in collegio germanico (1847-53). Post brevem animarum curam ingressus est Soc. Jesu et mox adhuc novitius designatus est (1859) juris canonici in universitate oenipontana professor, quam cathedram rexit fere usque ad mortem (31. Jan. 1907). Diu quoque moderatus est convictum theologicum, magno ejusdem emolumento, cujus et consuetudines condidit. Diligentissimus fuit scriptor, qui indefessa assiduitate apis argumentosae instar monumenta collegit literaria, unde plurimi prodierunt utiles et docti studiorum fructus. Inter opera majora referri debent: *De rationibus festorum* ss. Cordis Jesu et purissimi Cordis Mariae ll. 4, ed. 5. novis accessionibus adornata, Oeniponte 1885 t. 2, cum accuratis et utilissimis indicibus. L. IV. complectitur indicem ditissimum literarium praecipuorum auctorum, qui de cultu ss. Cordis Jesu aliquid commentati sunt. *Kalendarium manuale* utriusque Ecclesiae orientalis et occidentalis, Oeniponte 1879—81 t. 2; pariter indicibus accuratis et utilibus instructum, opus ob eruditionem, accurationem et spiritum irenicum a viris doctissimis, vel a protestantibus (Nestle, de Lagarde, Harnack, Kattenbusch etc.) collaudatum. Imo vel ecclesia russiaca illud magni fecit editis quasi illustrationis gratia splendidis ephemeridibus figuratis graeco-slavicis, Moskau 1897, cujus exemplar praeses sacrae synodi Pobedonoszew auctori dono transmisit [1]). *Symbolae* ad illustrandam historiam ecclesiae or. in terris coronae s. Stephani, ib. 1885 t. 2; Commentarium *in conc. baltimorense III,* ib. 1888—90. Composuit praeterea quam plurima opuscula (ascetica plerumque) et diss. innumeras [2]), quibus ditavit Archiv für kath. KR., in primis Ztschr. für kath. Theol. (articulis et notitiis 120) etc. Vir erat vere reli-

[1]) Franc. Xav. Pleithner theologiae doctor et professor theologiae dogmaticae in lyceo frisingano (n. 10. Jan. 1852; † 17. Nov. 1908) narrat *Aelteste Geschichte des Breviergebetes,* 1887.

[2]) De hac monographia scribit Franz Die kirchlichen Benedictionen im MA. I, 7: Ihr dogmatischer Theil ist allerdings in manchen Punkten anfechtbar und ihr geschichtlicher mangelhaft, sie bietet aber viele treffliche Ausführungen und werthvolle praktische Anwendungen.

[1]) Cf. Fonck Zeitschr. für kath. Theol. 31 (1907), 396 ss.; kath. Hdl. II, 1447.

[2]) Cf. Blum Das Collegium Germ. zu Rom und dessen Zöglinge aus dem Luxemburger Lande, Luxemburg p. 94—109, qui numerat opuscula 57 et diss. 94.

giosus, pius et prudens, spiritu pacis animatus. — Tertius qui de s. liturgia insigniter meruit fuit Antonius Maria Ceriani Mediolanensis n. 2. Maj. 1828, clarissimus orientalista et palaeographus, diu (ab a. 1870) praefectus celebris bibliothecae ambrosianae, e qua copiosos hausit thesauros, quos typis cum doctis communicavit. Ita photolithographice edidit codicem ambrosianum vetustae versionis syriacae Peschitto appellatae Mediolani 1876—83; Missale ambrosianum juxta vetustissimos codd., 1902; *Monumenta sacra et profana* ex codd. praesertim bibliothecae ambrosianae t. 9, Mediolani 1861 ss., in cujus t. 8. plura exhibet, quae spectant liturgiam ambrosianam: ipsi enim revisio librorum liturgicorum ritus ambrosiani concredita fuit. Dedit et *notitiam liturgiae ambrosianae* ante sec. XI. medium et ejus concordiam cum doctrina et canonibus oec. conc. tridentini de ss. eucharistiae sacr. et sacrificio Missae etc., Mediolani 1895 in 8. *Canonical histories* and apocryphal legends relating to the N. Testament, ib. 1873 ex cod. ambros.; *Das vierte Ezrabuch* del Dre E. Ewald in coll. Memorie del R. Istituto Lombardo t. X., *Le edizioni* ed i manoscritti delle versioni siriache del vecchio T., t. XI. ib. 1868. 1869. Palaeographiae erat professor, membrum Instituti lombardi scientiarum et literarum et academiae berolinensis, inter consultores receptus a Leone XIII. commissionis biblicae, sacerdos plane piissimus († 2. Mart. 1907). Magni factus fuit ab eruditis: hinc in ejus honorem prodiit opus inscriptum *Miscellanea Ceriani*. Raccolta di scritti originali (35) per onorare la memoria di Mr. A. Ceriani[1]), Milano 1910. — Ceriani exemplum secutus est M. Magistretti qui typis dedit *Monumenta* veteris liturgiae ambrosianae. T. 1: Pontificale in usum eccl. mediolanensis necnon ordines ambrosiani ex codd. sec. IV—XV, Mediolani 1897; *La Liturgia* della chiesa milanese nel sec. IV., Milano 1899; *Le ceremonie* della messa privata secondo il rito ambrosiano, ib. 1887 in 16. — Praetermittimis Velghe prof. in seminario versaliensi, cujus est *Cours élémentaire* de liturgie sacrée d'après le rite romain, Paris 1897 ed. 3; 1899 ed. 4. — Gust. Brugier parochum constantiensem, praelatum domesticum s. Sanctitatis (n. 18. Aug. 1829; † 13. Sept. 1893), qui dedit *Kurze liturgische Erklärung* der h. Messe, 1886; 1903 ed. 18; notior tamen est sua *Geschichte der deutschen Nationalliteratur*, 1865. 1911 ed. 12 etc. — Jo. Panholzer (n. 14. Aug. 1842; † 30. Mart. 1907). — Aemilius Josephus Pourbaix (n. 24. Apr. 1845) liturgiae, dein et juris canonici in seminario tornacensi professor, ejusdem rector, vicarius generalis et demum episc. auxiliaris (1893; † 8. Jun. 1894), concinnavit *s. Liturgiae compendium*, Tornaci 1897.

891. Sequuntur jam alii de s. liturgia optime meriti[1]). Suitbertus (Jo. Adolphus) Baeumer OSB. Congr. Beuronensis n. 28. Mart. 1845 in oppido Kaiserswerth provinciae rhenanaei in monasterio bibliothecarium egit junioresque sodales in studiis juris canonici et exegeseos instituit. Multum juvit bibliopolam tornacensem Desclée in edendis libris liturgicis, plures diss. de argumentis liturgicis inseruit fasc. literariis ut *Das Stowe Missale* aufs neue untersucht in Zeitschrift für katholische Theol. XVI (1892), 446—490; *de auctore Micrologi* in Neues Archiv der Ges. für ältere deutsche

[1]) Cf. de hac collectione pretiosa Baumstark theol. Revue X (1911), 73 ss.; 105 ss.; Civiltà catt. 1911 IV, 575—84; Polybiblion 1910 I, 370.

[1]) *Bibliothecam liturgicam msc.* collegit 1889 Hugo Ehrensberger Engensis in Hegavia n. 1841, gymnasii professor († 24. Febr. 1904). Digessit pariter atque recensuit *ll. liturgicos* bibl. vatic. mss. (544), Friburgi 1897. Cf. Hdl. I, 1250; Lauchert biogr. Jahrb. IX (1904) 199.

Geschichtskunde 1893; *de Sacramentario gelasiano* hist. Jahrb. der G. Ges. 1893; *Die Verurtheilung* der Irrthümer Rosminis in Katholik 1888 I, 603-17; II, 25—50 etc.; edidit que *Das apost. Glaubensbekenntniss,* seine Geschichte und sein Inhalt, Mainz 1893; *Joh. Mabillon* ein Lebens- und Literaturbild [1]) aus dem 17. und 18. Jahrh., Augsburg 1892. Breviarii historiam confecerat mox edendam, sed nimiis studiis et laboribus confectus obiit [2]) vir vere religiosus 12. Aug. 1894. Prodiit posthumum *Geschichte des Breviers.* Versuch einer quellenmässigen Darstellung der Entwickelung des altkirchlichen u. des römischen Officiums bis auf unsere Tage, praemissa brevi notitia de auctore [3]), Friburgi 1895; gallice interprete Reg. Biron OSB., Paris 1895 t. 2 in 8. — Alius ab eo est Guil. Baeumker parochus (n. 25. Oct. 1842; † 2/3. Mart. 1905), cujus sunt *Ein deutsches geistl. Liederbuch* mit Melodien aus dem 15. Jahrhundert, Leipzig 1895; *Das deutsche Kirchenlied* in seinen Singweisen, Freiburg 1883—91 t. 3 (cf. p. 1849); t. 4 prodiit demum posthumus cur. Jos. Gotzen Freiburg 1911, opus ingentis diligentiae et eruditionis; *Niederländische geistl. Lieder* aus dem 15. Jahrhundert, 1888; *Zur Geschichte der Tonkunst* in Deutschland 1881. — Jo. B. Kayser Westphalus n. 1. Oct. 1826 theologiae professor Paderbornae (1854—69) director dein seminarii ludimagistrorum, demum professor in universitate wratislaviensi et capituli praepositus († 1. Aug. 1895) versatus in archaeologia, historia ecclesiastica et liturgia eximias dedit *Beiträge* zur Geschichte und Erklärung der ältesten Kirchenhymnen, 1866—69 pp. 3; 1881—86 t. 2, in cujus ed. 2. bonam proponit historiam poësis ecclesiasticae usque ad Gregorium M. Disseruit quoque *de argumentis,* quibus Deum esse probatur, Bonn 1851; *Barnabasbrief* 1866; *anthologia* hymnorum ecclesiasticorum, 1865. — Car. Aug. Beck sacerdos, rector sem. et consiliarius scholasticus († ante a. 1910) narrat *Geschichte des katholischen Kirchenliedes,* 1878. — Praeprimis de hymnologia ecclesiastica meruit Guido Maria Dreves filius illius Dreves, cujus supra p. 1728 meminimus, natus Hamburgi 27. Oct. 1854, diu sodalis Soc. J., qua tamen est (1905) egressus († 1. Jun. 1909). Totum se impendit colligendis hymnis eosque edidit in *Analectis hymnicis* medii aevi Lipsiae 1886—1907 t. 50 (cooperante ejus sodali Cl. Blume). Alia ejusdem opera sunt *P. Abaelardi Hymnarius* sive hymnorum libelli III ad fidem codd., Paris 1891; *Stimmen der Vorzeit* 1888, carmina; *Aur. Ambrosius,* der Vater d. Kirchengesanges, Freiburg 1893; *Hymnologische Beiträge,* 1897-1901 t. 2; *Die Kirche der Lateiner* in ihren Liedern, 1908; *Studien* zu Venantius Fortunatus und Rabanus Maurus, 1908; *Ein Jahrtausend* lat. Hymnendichtung, ed. a Clem. Blume 1909 t. 2 etc. — Devaux rector instituti catholici lugdunensis († 31. Jan. 1910) disseruit *De l'Hymnologie latine* [1]), Paris 1890 in 8.

892. De cantu *gregoriano* sollicitus fuit Paulus Jo. Schmetz scholarum inspector et musicae magister (n. 2. Sept.

[1]) Cf. Stelzer Zeitschr. für kath. Theol. XVII (1893), 154—9.

[2]) Cf. Albers Studien u. Mittheilungen XV (1894), 721 s.; Revue Bénéd. 1894, 481—99; Finke Nachruf, Münster 1896.

[3]) Cf. hist. pol. Bl. 115, 561 ss. — *De liturgia slavica* 1897 et aliis argumentis liturgicis disseruit Georgius Schober bav. Congr. SS. Red. (n. 5. Apr. 1840; † 9. Dec. 1907). Cf. Keiter s. h. n.

[1]) Compositionem poëticam bene longam concinnavit Fridericus Guil. Helle Guestphalus n. 28. Oct. 1834, qui varia folia politica redigebat († 4. Aug. 1901). Ea inscribitur *Jesus Messias* eaque prodiit 1896 t. 3 ed. 2., quae a facultate theologica wirceburgensi tamquam optima inter carmina religiosa praemio fuit donata. Reliquit alia carmina religiosa. Cf. Lauchert biogr. Jahrb. VI (1901), 252.

1845; † 25. Sept. 1897), cujus est *die Harmonisierung* des gregorianischen Choralgesanges 1885; 1894. — Ita et Ambrosius Kienle OSB. magister novitiorum in monasterio Beuron (n. 8. Maj. 1852; † 18. Jun. 1905) pluribus opp.[1]), ut *Die Choralschule* 1884; 1899 ed. 3; *Kleines kirchenmusikalisches Handbuch* 1893; *Maass u. Milde* in kirchenmusikalischen Dingen 1901 etc. — Ejus sodalis Bened. Sauter primus professus beuronensis, abbas monasterii pragensis Emaus (n. 24. Apr. 1834; † 7. Jun. 1908) opere *Choral und Liturgie* plurimum promovit per Germaniam studium cantus choralis[2]) 1865. Caecus dictavit praeter alia *Liturgischer Choral,* 1903. Pluribus (6) tomis exposuit Evangelia dominicalia etc., 1902 ss. — Tertius ex eodem ord. fuit Utto (Jos.) Kornmüller in monasterio mettensi novitiorum magister et prior Straubingae n. 5. Jan. 1824 († 13. Febr. 1907), cujus opera, opuscula et diss. recenset Lindner Die Schriftsteller des Bened. O. II, 53 et app. 47. — De Fr. X. Haberl Bavaro vero sacri cantus apostolo jam egimus supra pag. 1850. Natus est 12. Apr. 1840 († 1910). Rector erat celebris scholae sacri cantus Ratisbonae. Praeter ea, quae jam diximus, edidit *Kirchenmusikalisches Jahrbuch* 1876—1907; *Palästrinas Werke* 1880—1908 t. 33; *Bausteine* für Musikgeschichte 1886—88 t. 3; *Magister choralis,* Mainz 1863; 1899 ed. 12. Continuavit *Musicam sacram* a Proske coeptam ab anno 1871 Ratisbonae etc. — De musica sacra pariter sollicitus fuit Theod. Schmid SJ. Dillinganus (n. 9. Nov. 1837; † 9. Apr. 1903), de quo cf. Lauchert biogr. Jahrb. VIII (1903) 71. — Henricus Schauerte Westphalus, capellanus (n. 6. Mart. 1863; † 6. Sept. 1910) praeter alia narrat *Geschichte* der liturgischen Musik, Paderborn 1894; *Wesen* der h. Musik, ib. 1893; musices sacrae *justitia,* ib. 1893; *Mystik* ib. 1894.

893. Liturgis subjiciamus, qui de *arte* christiana meruerunt. Augustus Reichensperger Coloniensis n. 22. Mart. 1808 expertus juris consultus, validus patronus jurium Ecclesiae catholicae et dux catholicorum in comitiis († 16. Jul. 1895), multum contulit ad complendam magnificam ecclesiam cathedralem coloniensem et ad diffundendos bonos libros inter fideles instituta hunc in finem associatione a s. Car. Borromeo cognominata[1]). Omissis scriptis politicis hic memorandus est propter hos libros: *Die christl.-germanische Baukunst* u. ihr Verhältniss zur Gegenwart, 1845; 1860 ed. 3; *Fingerzeige auf dem Gebiete* der christlichen Kunst, 1854; Vermischte Schriften über *christliche Kunst* 1856. — Huc etiam referri potest Franc. Bock (n. 3. Maj. 1823; † 1. Maj. 1899) canonicus honorarius aquisgranensis, qui itineribus per Europam et Orientem institutis magnam sibi collegit eruditionem in artibus medii aevi circa s. liturgiam, quam et operibus prodidit doctis[2]), ex quibus praesertim memoria dignum *Geschichte der liturgischen Gewänder* des MA., 1856—71 t. 3. *Das h. Cöln* Beschreibung der mittelalterl. Kunstschätze in seinen Kirchen u. Sacristeien

[1]) Cf. kirchl. Hdl. II, 352.
[2]) Cf. ibidem II, 1939.

[1]) Ejus frater Petrus Franciscus pariter juri addictus (n. 28. Maj. 1810; † 31. Dec. 1892) strenuus quoque erat catholicae causae propugnator. De utroque cf. Kaufmann allg. d. Biogr. 53, 276—81; de nostro praesertim L. Pastor A. Reichensperger (1808—95). Sein Leben und sein Wirken auf dem Gebiete der Politik, der Kunst u. der Wissenschaft, mit Benutzung seines ungedruckten Nachlasses, Freiburg 1899 t. 2. — De Fried. Car. W. Schneider professore in seminario moguntino, canonico, praelato domesticae suae Sanctitatis, protonotario apostolico 1906 († 21. Sept. 1907) kath. Hdl. II, 1977; Festschrift zum 70. Geburtstag, Moguntiae 1907.
[2]) Cf. biogr. Jahrb. 14, 269 ss.

1858—61 etc. — Erich Frantz Silesius (n. 19. Jul. 1842; † 27. Dec. 1903) prof. archaeologiae christianae et historiae artium in universitate monacensi, dein wratislaviensi concinnavit *Geschichte der christl. Malerei* cum imaginibus, Freiburg 1885-94 t. 2; *Handbuch der Kunstgeschichte,* ib. 1900. — Georgius Jacob Straubingae n. 16. Jan. 1825, decanus capituli ratisbonensis († 12. Jul. 1903) [1]) meruit de musica sacra scripsitque *Die Kunst* im Dienste der Kirche, 1857; 1891 ed. 5; *die feierliche Einweihung* der Kirchen, 1864 ed. 2. Edidit etiam *Die lateinischen Reden* des seligen Berthold von Regensburg 1880; b. Alberti M. *de s. Corpore Domini sacri sermones,* 1893. — Friedericus Laib würtembergensis (n. 31. Sept. 1819; † 20. Jan. 1903) quondam parochus [2]) redegit: *Kirchenschmuck.* Ein Archiv für kirchliche Kunstschöpfungen und christl. Alterthumskunde, Stuttgart 1857—70 t. 27, cooperante Franc. Jos. Schwarz (1. Jul. 1885) quocum edidit *Formenlehre* des roman. und goth. Baustils, Stuttgart 1858 ed. 2; Studien über *Die Geschichte des christl. Altars,* ib. 1857; *Biblia pauperum.* Nach dem Orginal in der Lyceumsbibliothek zu Constanz, mit einer Einleitung, Zürich 1867; Freiburg 1899.

894. Insigniores *concionatores* in *Gallia* erant Aug. Leop. Laroche [3]) n. 26. Jul. 1845, episcopus nannetensis (19. Jan. 1893; † 18. Dec. 1895), cujus *Oeuvres oratoires* et Pastorales prodierunt cur. Surcin Orléans 1905 t. 6 in 12. ed. 3; Paris 1899 t. 7; 1901 t. 5, inter quae *Les Harmonies* de la religion chrétienne avec l'âme humaine et les sociétés, 1893; *Nos modèles,* ib. 1894; *Education et vie chrétienne,* Nantes 1895. — Henricus Didon OP., qui concionator primi ordinis censetur Lacordaire alter, n. 17. Mart. 1840, Romae studiis operam dederat et mox post reditum concionibus suis inclaruit, ut *Qu'est-ce qu'un moine?* Quel est son rôle social? Paris 1868, in quibus ostendit quantum debeat societas humana ordinibus religiosis. Minus arrisit auctoritati ecclesiasticae sermonibus, in quibus attingit mysterium ss. Trinitatis atque harmoniam fidem inter et scientiam, et iis, quos inscripsit *Indissolubilité et divorce,* 1880; 1892 ed. 2, unde monitus ab archiepiscopo est, imo Romam accitus et quasi relegatus in conventum Corbarae in Corsica insula. Rediens commoratus est Lipsiae et Berolini, cujus itineris fructum exhibet in op. *Les Allemands,* Parisiis 1884, qui l. brevi tempore 30 habuit editiones. Ut vitam Christi bene posset describere, in Palaestinam est profectus. Hinc prodiit *La vie de J.-Christ,* ib. 1890; germanice 1895 ed. 2; habuit et sermones *La foi et la divinité de J.-Christ,* 1894. *La science sans Dieu,* ib. 1878 etc. Sermones ejus sane eminent idearum nobilitate, dicendi vivacitate, stili splendore, sed minus doctrinae soliditate [1]) († 1900). — Felicis Ars. Billard n. 23. Oct. 1829, episcopi carcassonensis (1881; † 3. Dec. 1901) *Oeuvres choi-*

[1]) Cf. Hdl. II, 19; Lauchert biog. Jahrbuch VIII (1903), 192.

[2]) Cf. Lauchert biogr. Jahrbuch VIII (1893), 68.

[3]) Alius ab eo est Em. Laroche medicus, cujus sunt *Questions chronologiques* concernant la première carte hist. Chronologie des Israélites. Chronologie des Egyptiens. L'Exode, Paris 1892.

[1]) Cf. Polybiblion 1900 I, 361; Ceresani Less. eccl. II, 67; Jaël de Romano (videtur pseudonymus) Henri Didon, Paris 1903, quae non est proprie vita, sed oratio panegyrica. Longe melior est Stan. Reynaud Le P. Didon sa vie et son oeuvre (1840—1900), Paris 1904. — Alius ab eo est Henricus Didio canonicus et vicerector instituti catholici insulensis († 1903) qui coepit scribere *Histoire* de l'édition bénédictine de S. Augustin, quam absolvit ediditque Ingold in Documents pour servir à l'histoire religieuse des XVII[e] et XVIII[e] siècles, Paris 1903.

